HVNC · LIBRVM

INTER · ALIOS

GOLDWINO · SMITH

QVI · CARMINE · HEXAMETRO

PRAEMIVM

SEXTAE · CLASSI

ET · QVINTAE · CLASSIS

PRIMO · ORDINI

PROPOSITVM

REPORTAVIT

D · D

SCHOL · REGAL · ETONENS

MAGISTRI

ET

AVXILIARES

E · C · HAWTREY · R · OKES

E · COLERIDGE · G · G · COOKESLEY

E · H · PICKERING · H · DVPVIS

C · O · GOODFORD · C · J · ABRAHAM

G · A · CARTER · F · E · DVRNFORD

E · BALSTON · C · LVXMOORE

G · L · ELIOT · I · E · YONGE

A · D · M · DCCC · XL · I



I: D. Philippin geb: Sysangin sc.

PLVTARCHI

CHAERONENSIS,

QVAE SVPERSVNT, OMNIA,

GRAECE ET LATINE.

PRINCIPIBVS EX EDITIONIBVS CASTIGAVIT, VIRORVMQVE DOCTORVM SVISQVE ANNOTATIONIBVS INSTRVXIT

IO. IACOBVS REISKE.

[Vol. I]

LIPSIAE,

IMPENSIS GOTTH. THEOPH. GEORGI.

CIↃ IↃCCLXXIV.

PLVTARCHI

VITARVM PARALLELARVM

VOLVMEN PRIMVM,

THESEVM, ROMVLVM, LYCVRGVM,

NVMAM, SOLONEM, POPLICOLAM,

THEMISTOCLEM, CAMILLVM,

PERICLEM, FABIVM MAXIMVM

TENENS.

STVDIOSO PLVTARCHI
LECTORI
S. P. D.
IO. IAC. REISKE.

Quamquam faſtidium et ſupercilium vereor iniquiorum, qui in me Plutarchi reliquias qualicunque mea lima expolitas in publicum prodentem coorituri, aliaque ex aliis, vanitatem et leuitatem quandam meam, gloriolaeque cupiditatem, ingenii mediocritatem, copiolarum mearum ieiunitatem, affectationem induſtriae vltra modum in affecta aetate contendentis, neſcio quae alia criminaturi videntur; praeſtat tamen hanc procellam quietum exſpectare, quam ipſum ciere ante tempus eique occurrere. Quare, nondum accuſatus, erecta fronte, fidens totam hanc defenſionem hoc tempore tantiſper ſeponam, donec ea defungi neceſſe fuerit; quam defenſionem ſine multorum graui offenſione expediri non poſſe cernam. Quod mihi nunc ſatis eſt, id lectores quoque, ni fallor, aequi quidem, ſatis habebunt, vt edam, quid nouorum ornamentorum ad hanc nouam editionem contulerim, in eaque curanda quam viam inſtiterim.

Priorem Plutarchi ſcriptorum partem, h. e. Vitas, nunc edens, ſeu potius edere incipiens, in hac ad eas cunctas praefatione ſolummodo de iis agam, velimque teneri, a me Plutarchum appellante, vitas has deſignari; de altera parte, ſeu de opuſculis argumenti varii, pluribus tum diſputabitur, quum fata nobis conceſſerint eorum quoque editionem exordiri.

 Ver-

Vertente anno ſuperiori 1773. Georgius, librarius, cuius induſtriae praeter alios complures ſimiles auctores meliores, Plutarchum hunc quoque debes, Lector, de libris mecum agens, quos noua recenſione dignos cenſerem, et in tabernis deſiderari noſſem, cum inter alios complures Plutarchum quoque a me appellatum audiſſet, poſtulabat exemplum eius ſibi monſtrari, quo molem operis oculis aeſtimare poſſet. Monſtrabam editionem Frankfurtanam cunctorum operum, et Londinenſem vitarum. Vt vidit, ita ſtatim exarſit ſtudio huius auctoris, tot volumina impleturi (nam ſpiſſitas imprimis delectabat) atque precibus et obteſtationibus vt editionis ſuae gubernacula capeſſerem, ita me adortus eſt, vt tandem inuitum et reluctantem expugnaret. Ita condixi, ſtultus, et in fraudem meam facilis nimium atque flexilis, operam immemor negotii, cuius mihi profecto, non parum, quod alii largirer, ſed prorſus nihil ſupereſſet, in concinnando Apparatu Demoſthenico et recenſendo Dionyſio Halicarnaſſenſe ita diſtricto et obruto, vt vix reſpirare liceret; et corpuſculo ita fracto et labante, vt ſomno me dans noctem quamque mihi nouiſſimam inſtare, et ſurgens diem quemque venire poſtremum metuerem. Adde, quod cum fateri piget pudetque, tum diſſimulari nequit, crimen atrox, operaeque durum obſtaculum. Opuſcula Plutarchi varia cum non indiligenter iuuenis lectitaſſem, tam fueram fungus, vt Vitas legere nil curarem, opus aureum, diurna manu nocturnaque verſandum. Sed nimis ſaepe ſcilicet Phryx fui, ſero didici ſapere, et nunc quidem ingratiis meis, coactu alieno. Nam ad Vitarum lectionem, quae iam cum ineunte aetate fuerat inchoanda, nuper demum acceſſi, in ora tumuli iam altero pede vacil-

vacillans. Non ſatis hoc fuit inclementiae fati mei. Ita mihi mens laeua fuit, vt errorem admitterem, nunc irreparabilem, cuius ita me pudet taedetque, vt aegritudo paene me ſtrangulet. Habui penes me plures per annos Monachio miſſum codicem graecum bombycinum, ſeculo ferme XII. aut XIII. exaratum, cum toto Demoſthene, magnam Vitarum quoque partem tenentem. Codicem hunc cum diutius retinere puderet, minusque indies atque minus cernens otium ſe mihi velle dare, Plutarchum ad exemplum excuſum exigendi, praeſertim languentibus et hebeſcentibus oculis ad minutiſſimas literas et pallidiſſimum et paene euanidum atramentum, remiſi ad dominum, nulla Plutarchi vſura percepta, quam nunc magni redimam. Eſto tamen hoc documento, quam tota mea vita ab ipſa ſpe abfuerim Plutarchi aliquando a me edendi. Nunquam enim mihi tam bellam oportunitatem elabi paſſus eſſem, ſi vel per ſomnium ſuſpicatus eſſem, fore aliquando vt ad hoc neceſſitatis adigerer, ad quod obtorto paene collo pertractus ſum. Sed neceſſitatem, ais, ecquis admouit? Pertinacia nimirum et contentio et cupiditas eius, qui niſi nundinis his vernis primum Plutarchi volumen extudiſſet, irreparabilem ſibi videretur rei familiaris iacturam facturus, et pro ſapientia iſtius familiae perſuaſum ſibi haberet, ad recudendos libros vetuſtos vtriusque linguae nihil aliud requiri, quam burſam numis diſtentam, chartas mundas et candidas, typos nitidos, operas typographicas nauas et artis ſuae callentes, vetuſtum aliquod exemplum paucis numulis redemtum, cui operae verbatim inhaereſcant, denique ſic dictum correctorem, genus famuli typographici, qui ſedulus in id incumbat, vt vetuſti exempli

 men-

mendae fideliter propagentur, nouis innumeris mendis exaggeratae: hic igitur ardor librarii, obſtinati praedam ſemel luſtro excuſſam non mittere, metum mihi iniiciebat, ne homo, praeter quaeſtus ſui rationes praeſentiſſimas nil vlterius proſpiciens, hanc prouinciam me detrectante ad alium aliquem deferret, (et delaturus erat certo certius, atque cito quoque locatorem inuenturus) cui mercedulae maior, quam boni publici, ſuiue cura eſſet decoris. Ecquem latentem vnquam facinoris puduit? Nam correctoribus adhuc venia negata fuit in elogiis librorum nomina ſua iactandi; et qui nuper id auſus eſt, is meritas vanitatis poenas dedit. Plutarchus ergo ne prodiret, non modo nulla noua corolla auctior et comtior, quod leue fuerat atque ferendum, ſed praeter vetuſtas maculas etiam nouis coopertus, ſedulo mihi id praecauendum duxi, exiſtimans, ſi victus, ſiue pudoris, ſiue timiditatis intemperantia, committerem, vt Plutarchoque, et fama Lipſiae, et dignitate corporis florentiſſimi librariorum indigna prodiret, per annos certe proximos quinquaginta aliam meliorem ſufflaminatura, me piaculum eo eſſe contracturum, nulla excuſatione, neque ad deum, neque ad bonos et probos, neque ad meammetipſius conſcientiam expiabile. Fidens ergo deo, honeſta conſilia ſaepe in aſperrimis difficultatibus ſecundante, et aequitate bonorum, rem quamque non praerupte et ſeuere, ſed benigne humaniterque ex temporum rationibus ſpectantium, acceſſi ad opus hoc capeſſendum; rebusque poſthabitis aliis omnibus, huius hyemis, nunc peractae, quicquid a muneris publici functionibus ſuperfuit, id omne in lectione vitarum Plutarchi, et collatione exempli Londinenſis cum Iuntino

tino et Aldino, et emendatione graecae orationis, (vulgo vſurpant, texti Plutarchei) et conſcriptione mearum animaduerſionum ad has vitas, et emaculatione foliorum a prelo muſteorum conſumſi; tuſſi moleſta et contumaci, in tabem degenerante, corpus interim miſerabiliter carpente, animumque frangente.

Sui cuique ſunt mores. Interpretes auctorum alii hoc agunt inprimis vt locos e memoriis rerum geſtarum aut geographia declarandos illuminent. Quorum ego ſtudium vehementer laudo. Alii in rationibus linguae et dictionum abſtruſiorum ſignificationibus enucleandis contendunt. Quam ego contentionem vt contemnam, modum ſeruantem, atque ineptias deuitantem, tantum abſum, vt animaduerſionum mearum pars non contemnenda prorſus idem ſaxum voluat. Prima tamen haec mihi propoſita fuit meta, vt Plutarchi orationem, ſeu textum graecum, editio haec noſtra Lipſienſis multo daret emendatiorem, quam editionum ſuperiorum omnium vlla alia dediſſet. Neque deſpero hac in re eo me profeciſſe, quo licebat in iſta feſtinatione, in iſtaque criticorum adminiculorum tenuitate. Bonae notae manuſcriptis Plutarchi codicibus carebam. Farrago illa quisquiliarum, quam editionum recentiorum pleraeque, ceu caudam moleſtam turpemque trahunt, elogio variantium lectionum inſcriptam, parum bonae frugis praeſtabat. Editione Baſileenſi carebam poſteriore, quae Stephanicam decennio ferme anteceſſit. Quae res dubium ſaepe me reliquit de lectionibus, ſi quas in iunioribus libris inuenirem a vetuſtioribus diſcrepantes, a quonam illae lectiones profectae eſſent, Grynaeone, qui Baſileenſem illam curaſſe fertur, an a Xylandro, an a Stephano. Inte-

rim omnes has dubiae lectiones auctoritatis tantisper imputaui Stephano, donec hac de re mihi certius constiterit. Patrum nostraque memoria fuerunt in Belgio, Britannia, domique nostrae, viri egregii, bene multi, de literis graecis latinisque optime meriti; quos dubio vacat non pauca suis scriptis inspersisse, ad Plutarchi illuminationem facientia. Sed illorum scriptorum pars maxima deerat, et quorum esset copia, ea excutere et scrutari et exscribere, per otii angustias non licebat, homini difficili, cui soli agenda sint omnia, aut parum satisfecerit alius, si cui agenda mandarit. Erat ergo meo mihi penu victitandum, iisque solis vtendum, quae Bryanus et Solanus appararant; quae, vt saepe lauta et opipara, ita rursus haud raro ieiuna et macra sunt, tuamque famem ludunt. Quod saepe queror, cum de britannicis huiusmodi librorum editionibus sermo incidit, aegerrime facio vt idem hic quoque ingeminem. Splendent et oculos feriunt, atque arrident veluti, chartae typique Bryanei Plutarchi, minusque, quam alii huius ordinis, mendis typographicis obsitus est; verum tamen vel sic quoque iis non caret. Exemplum Parisinum Bryanus antequam operis suis in manus daret, prius perlustrare, mendasque, quibus scatet, eluere nil curarat. Quae est pudenda, et venia maior ignauia. Sic factum est, vt Londinensem hanc ad alias exigens, modo singula vocabula, modo bina, modo terna desiderarem. Quid? quod est locus in tomo quinto in vita Artaxerxis, p. 294. 1. ed. Lond. vbi versus quatuor ad quinque desunt. In vita Periclis T. I. p. 617. 7. addidi duo vocabula καὶ κυβερνῆται quae e Londinensi exciderant. Pari modo IV. 55. 4. deest εἰκόνα. et talium multo maior ibi est numerus,

nunc

nunc memoriae non ſuccurrentium. Sed ſedulo in annotationibus omnes illos locos annotaui, vnde repetet, cui haec pauca documenta minus ſatisfecerint. Me quidem hae mendae non potuerunt effugere, has indagines pangentem. Correctores, ſic dicti, librorum, typographici puta, ſaepiſſime, hanc in foveam incidunt, vt voculas verſusue praeteruideant. His auctor ſim, vt ſocium ſibi adſciſcant, qui exemplum recudendum ipſis praelegat, folia a prelo muſtea relegentibus. Sic ego factito, et in hoc Plutarcho feci. Ad perluſtrandam editionem Bryani, noſtroque prelo accommodandam accedens, mandabam vxori, vt Iuntinam mihi praelegeret, exemplum Londinenſe vna relegenti, et ſi quid diſcrepantiae in lectionibus occurreret, in ſchedula ſeorſim annotanti. Hoc facto, rurſus ego tacitus, eaque, qua par eſt, diligentia et meditationis contentione relegebam in exemplo Londinenſi eadem penſa, lectiones Iuntinas Aldinasque cum vulgatis componebam, ponderabam, ſenatum interpretum cogebam, ſententias interrogabam, iudicium ipſe meum explorabam, et ſi quid vulgata, h. e. Stephanica, lectione melius ſiue Iunta, ſiue Aldus, ſiue virorum doctorum ſagacitas, ſiue meae opinationis mediocritas ſuggereret, id protinus in orationem Plutarchi inferebam. Ita natus eſt (liceto mihi cum vulgo breuitatis gratia loqui) textus Plutarchi is, qui nunc in hoc noſtrae editionis Lipſienſis primordio prodire incipit, et porro prodibit in reliquis voluminibus mox inſecuturis, niſi me caſus haud praeuiſus ab eius moderamine auocarit. Exemplum Londinenſe a me ſic caſtigatum et ad animi mei ſententiam compoſitum ad typographeum mittebam; vnde folia quaeque recens excuſa primum

primum ad Heslerum, iuuenem doctum et industrium, ibant, qui maculas inde crassiores elueret. illis elutis eadem folia ad me migrabant, si quid mendarum superesset, penitius expurgaturum. Sed ea fuit eius perspicacia, vigilantia, fidesque, vt quod sublegerem spicilegium mendarum raro superesset. Ego tum in lustrandis foliis e typographeo ad me delatis hunc tenebam morem, vt intuens in schedas perlustrandas verba graeca Plutarchi auribus exciperem ex ore vxoris Aldinam, (non iam Iuntinam) praelegentis. Sic Aldinae quoque varietates venabar, eoque pacto non modo cognoscebam quid dissidii vetustis editionibus secumque, vt Iuntinae cum Aldina, et cum recentioribus, hoc est Stephanica eiusque propaginibus intercederet, sed etiam deprehendebam, si quid vocularum operae nostrae omisissent.

Deueni ad locum praefationis meae capitalem, quem ita decuerat a nullo non editore Plutarchi penitus dari enucleatum, vt mirum dictu sit, quam sit ab omnibus intactus praeteritus. Docendum mihi nempe video esse, per quot et quas tractationis, et, si fas est dicere, liquationis vices Plutarchus ad hoc, quod nunc adeptus est, munditiei puritatisque enisus sit. Quo in loco tametsi notitiarum necessariis copiis destitutus, copiosus atque subtilis esse non potero, sed necessario non pauca indicta relinquam, iis supplenda, quorum in potestate amplius atque instructius erit armarium librarium: confido tamen, trium Plutarchi editionum, (nam omnino tres sunt hoc nomine dignae,) me fructum cepisse eum, vt summam rei saltim explanatam dare penes me sit.

Paulo

Paulo ante negabam Basileensis editionis posterioris, a Grynaeo A. 1560. curatae, copiam mihi fuisse. Quae editio si a priore nil discrepat, de quo neutram in partem pronuntiare datum mihi est, Plutarchi vitae sunt omnino ter editae. Editiones enim nihil nouarum atque propriarum laudum tenentes, mera cum sint vetusta exempla recocta, penes me in editionum numero non habentur. Primus Plutarchi vitas edidit, quisquis fuit, nomen enim dissimulauit, qui Florentiae A. 1517. e Iuntae officina emisit. Quaeram in continenti paulo diligentius, quis huic editioni praefuerit, videorque mihi in vestigium institisse. Nam interest literarum, et gloriae virorum de iis bene meritorum, vt ad posteros constet, quae quibus debeant. Biennio post prodiit ex officina Aldi idem hoc opus, non verbatim e Iuntina recusum, sed a viro docto, qui Marcus Musurus fuisse videtur, e codicibus mstis, Venetis nempe, castigatum. Inde recuderunt hanc Aldinam (non vtique Iuntinam) Basileenses: nam aliorum exemplarium tituli caduceum Frobenii, alii palmam Bebelii, forte aliorum tituli alia nomina praeferunt, procul dubio quod librariorum Basileensium principes vniuersam massam exemplarium excusorum inter se diriberent, vnoquoque suam ratam distrahere conante. Basileensis haec merum est Aldinae imitamentum. nam pauca sunt neque admodum insignia eius κατορθώματα, de quibus paulo post pluribus dicetur. Postremus Stephanus Plutarcho formam eam circumposuit, quam a Stephani aetate inde ad hoc diei Chaeronensis gessit, per duas annorum centurias et vltra. Quotquot enim postmodum Plutarchum prelo subiecere, in exemplo Stephanico ita acquieuerunt, vt latum

latum vnguem ab eo non auderent diſcedere; cautiores profecto futuri, ſi hominem ſub centone ſpectaſſent. Stephanum haud paucas e Plutarcho labes eluiſſe, dubio vacat. Verum certabant in iſto viro vanitas et arrogantia, temeritas, vafrities et mala fides, et obtrectandi libido, vt ſaepe locorum plus mali Plutarcho dederit, quam profuerit. Perſaepe fiducia naſi ſui deceptus, eius dictionem corrupit; complures ſunt huiusmodi loci, quorum nunc vnum et alterum memoriae occurrentem commemorabo. T. I. p. 720. vlt. ed. noſtrae Lipſ. lectioni optimae et ab omnibus libris traditae confirmataeque κεκομισμένων Stephanus commentum ſuum κεκοσμημένων ſubiecerat. T. V. (ed. Londin.) p. 309. 3. pro dictione probatiſſima atque vſitatiſſima δικαστὰς καθίσας cum dictione Graeciae ignota δ. καθιστὰς commutauit. Iudices *ſedere*, et iudicium, quod cogitur, a praetore conſeſſum ire iuberi, res nota eſt. Conf. III. 445. vlt. 446. 1. ed. London. Parco pluribus exemplis. Ipſe Bryanus interdum Stephani temeritatem improbat, vt in annotat. ad p. 429. 7. T. III. ed. Lond. Modo bona fide ſemper egiſſet, atque indicaſſet, quid e codd. mſtis adſciuiſſet, et quid ex ingenio ſuo procudiſſet. Sed haud raro aut coniecturas ſuas tacite, clam et furtim ingeſſit (vt T. IV. 140. 14. ed. Lond) aut inuenta ſua pro lectionibus codicum mſtorum venditat, non indicans qui eſſent illi codices, et vnde habuiſſet, et vbi proſtent.

Haec vniuerſe de tribus hiſce primariis editionibus, Iuntina puta, et Aldina, Stephanicaque cenſemus. Caeterarum minorum editionum commemoratio noſtram ad rem parum facit, qui Fabricium non

non compilamus. Nunc de ſingulis illis paulo diligentius atque copioſius agemus. Iuntinae itaque praemiſſum aut additum, vnde de rationibus et fortunis eius conſtet, aliud nihil eſt, quam epiſtola dedicatoria, mox a me verbatim recitanda, ad Marcellnm Vergilium, reip. Florentinae a ſecretis, ſcripta; quae quamquam eſſe ieiuna videtur, vt ſunt pleraeque omnes epiſtolae huiuſmodi, libris praemiſſae illo ſeculo XVI. ineunte proditis, videor mihi tamen ex ea rem diſcere, adhuc a nemine obſeruatam, non contemnendam tamen in ea parte hiſtoriae literariae, quae ſtudia geſtasque res Italorum, tum temporis, atque de literis graecis merita, et, vt ad minutiora deſcendam, fata editionum Plutarchi declarat. Nullus equidem dubito, Marcellum illum Vergilium, virum graece latineque iſta aetate doctum, cuius interpretatio latina Dioſcoridis nota eſt, non Iuntis modo auctorem fuiſſe Plutarchi edendi, neque ſolummodo codicem ſuum operis Iuntinis in manus dediſſe, quem formulis ſuis exprimerent, ſed etiam partes easdem functum eſſe in curanda Iuntina, quas poſt modum Marcus Muſurus in Aldina functus eſt, et ego nunc in hac Lipſienſi fungor; hoc eſt Marcellum Vitgilium Iuntinae gubernatorem fuiſſe. Faciam vt lectores, a me velut in rem praeſentem manu ducti, ſecum ipſi poſſint arbitrari, quam multum a vero coniectura mea aberrarit; ipſa ſubiecturus epiſtolae verba, quae haec ſunt.

Marcello Virgilio Reip. Florentinae a ſecretis Philippus Iunta S.

Non poſſum, clariſſime Marcelle, non publice tibi gratias agere, cum et priuatim egerim, quod, cum iamdudum aliquorum ſuaſu, qui plurimum grae-

 cis

cis literis incumbunt, Plutarchi Chaeronei vitas in nostrà officina excudere cogitauerim, essetque mihi impedimento, quod optimo exemplari carerem, tu ob egregium tuum in literas amorem (desideras enim vt auctores tum graeci, tum Romani quam emendatissime ad manus hominum perueniant) codicem tuum ad communem studiosorum vtilitatem, castigatissimum nobis commodasti. Quarum lectio quantum vtilitatis legentibus afferre possit, non facile dixerim. hoc tamen ausim affirmare, cuius rei te auctorem habeo, qui has Plutarchi vitas nuper excusas legerit, scatebant enim ante plurimis mendis, et ideo multis locis non poterat verus sensus elici, propter infinita tot illustrium romanorum graecorumque virorum exempla, quae in illis passim inueniuntur, optimum vitae suae institutum esse acquisiturum. Has igitur more nostro, qui cum aliter nostram in amicos et nostri amantissimos beneuolentiam ostendere non possimus, hoc epistolarum genere, et debere nos illis, et non esse immemores ipsorum in nos officiorum publice non solum aetatis nostrae studiosis, sed si haec victura sunt vel posteris testemur, tuo felici nomine in manus hominum emittimus. Eae enim sunt hae nostrae epistolae, quae in fronte librorum nostra cura excusorum praeponuntur, vt etsi ad priuatum aliquem scribi videntur, publice tamen eruditis omnibus, ad quorum manus peruenerint, legendae scribantur. Et cui melius nuncupare poteram, quam illi, qui vere Plutarchum in vitam restituit? Sanauimus enim tuo exemplari tot vulnera, vt si ipse Plutarchus reuiuiscat, non aliter se scripsisse fateatur. Praetereo quod iam viginti annos Florentiae profiteris, omitto eloquium, doctrinam, incredibile

dibile ingenium ad res gerendas, morum integritatem, fidem ſummam, humanitatem ſingularem, quibus omnibus ad promerendum hominum gratiam frequentiſſime vteris. adeo vt non immerito tot iam annos ſummo omnium conſenſu primum a ſecretis locum Florentiae tenueris. Maiori namque praeconio quam hoc laudes tuae decantandae eſſent. Suſcipe itaque hilari fronte munus hoc noſtrum et quam primum potes Dioſcoridem tuum, tuum in re appello, a te ſcilicet latinitate donatum mittere, velis, vt re ipſa tuorum ciuium, imo totius Italiae de te exſpectationi ſatisfacias. Vale longumque nobis et caeteris amicis tuis literiſque viue.

Haec eſt illa Philippi Iuntae ad Marcellum Virgilium epiſtola dedicatoria, cuius vt alii ſunt aliquot loci non planiſſimi, ſed hiulci et parum latini, et barbariei finitimi, (ſed Aldi quoque ſimiles huic ſunt epiſtolae) ita in primis illa ſententia *hoc tamen auſim affirmare* cum inſequentibus, mihi quidem plane eſt imperuia. Nullum eſt dubium, a lectione Plutarchi, tot inſignia virtutumque vitiorumque documenta in illuſtri loco proponentis, mores egregie poſſe expoliri. Verum quid oportebat illud huc ingeri de exemplaribus ſeu editionibus Plutarchi nuper, h. e. paulo ante editum Iuntinum, vulgatis perquam vitioſis? Et quae tandem illae ſunt editiones Plutarchi Iuntina vetuſtiores? Ecquis fando vnquam inaudiuit de editione vetuſtiore? quis oculis vſurpauit? Dubio vacat Iuntinam Plutarchi vitarum eſſe principem. Ergo Iuntae verba non de graecis editionibus, ſed de latinis tantum interpretationibus accipienda ſunt, et ſic omnia prona atque plana ſunt. Ordo porro, quo vitas ſtructas exhibet Iuntina, multum differt ab or-

 dine

dine illo, qui in vulgatis regnat. Qua de re quo melius conſtet, proponam primum tabellam nominum, vt in vulgatis vitarum editionibus, hoc eſt Wechelana et poſt inſecutis, inter ſe ſuccedunt.

1. Theſeus. 2. Romulus. 3. Lycurgus. 4. Numa. 5. Solo. 6. Poplicola. 7. Themiſtocles. 8. Camillus. 9. Pericles. 10. Fabius Maximus. 11. Alcibiades. 12. Coriolanus. 13. Timoleon. 14. Aemilius Paulus. 15. Pelopidas. 16. Marcellus. 17. Ariſtides. 18. Cato maior. 19. Philopoemen. 20. T. Quintius Flamininus. 21. Pyrrhus. 22. Marius. 23. Lyſander. 24. Sulla. 25. Cimon. 26. Lucullus. 27. Nicias. 28. Craſſus. 29. Eumenes. 30. Sertorius. 31. Ageſilaus. 32. Pompeius. 33. Alexander. 34. Iulius Caeſar. 35. Phocio. 36. Cato minor, ſeu Vticenſis. 37. Agis et Cleomenes. 38. Ti. et C. Gracchi. 39. Demoſthenes. 40. Cicero. 41. Demetrius Poliorcetes. 42. Antonius. 43. Dio. 44. Brutus. 45. Artaxerxes. 46. Aratus. 47. Galba. 48. Otho.

Hunc ordinem tenent, quod dixi, Wechelana cum iunioribus. Vetuſtiorum autem nulli prorſus cum reliquis hac in re conuenit, ſed editioni cuique qui praefuit, ei ſuus ordo placuit; prout ſtatim videbimus. Nullus dubito vitas in Marcelli Virgilii Codice, vnde Iuntina manauit, eo fuiſſe collocatas, quo in Iuntina exhibentur, et qui hic eſt. Numeri Romani deſignant numeros Iuntinae, arabici Wechelanae. E. c. XLV. eſt vita in Iuntina numero quadrageſima quinta, eadem cum 31. ſeu Ageſilao, et ſic de reliquis. I. 1. II. 2. III. 5. IV. 6. V. 7. VI. 8. VII. 17. VIII. 18. IX. 25. X. 26. XI. 9. XII. 10. XIII. 27. XIV. 28. XV. 12. XVI. 11. XVII. 39. XVIII. 40. XIX. 41. XX. 42. XXI. 21. XXII. 22. XXIII. 46. XXIV. 45.

XXV.

XXV. 37. XXVI. 38. XXVII. 3. XXVIII. 4. XXIX. 23. XXX. 24. XXXI. 35. XXXII. 36. XXXIII. 43. XXXIV. 44. XXXV. 14. XXXVI. 13. XXXVII. 30. XXXVIII. 29. XXXIX. 19. XL. 20. XLI. 15. XLII. 16. XLIII. 33. XLIV. 34. XLV. 31. XLVI. 32. XLVII. 47. XLVIII. 46.

Ergo in hac Iuntina nonnunquam Romanus pari ſuo graeco antiſtat, iunior ſeniorem antecedit, quod idem in aliis quoque factum videmus editionibus. Fundus fuit hic Iuntinus liber noſtri critici ad has vitas periculi. Pro codice mſto eum habui, et merentur quidem editiones omnes principes, vt e mſtis ductae, hoc loco haberi. Quamquam mendis obſita eſt Iuntina, quarum partem Muſurus, aliam Stephanus poſtmodum ſuſtulere, rurſus tamen haud paucas exhibet eadem lectiones praeſtantiſſimas, praeter fas et meritum a Muſuro cum aliis deterioribus mutatas; quas illinc reuocaui, cum in hoc, quod iam prodit, volumine primo, tum in reliquis quatuor voluminibus, quae iam impreſſioni comparata et annotationibus inſtructa habeo, ſuo tempore, deo volente, prodendis. Bryanus quoque paſſim locorum ad hanc editionem prouocauit; ſed non pari vsquequaque diligentiae conſtantia.

Iuntinam Aldina biennio poſt eſt conſecuta; vniuerſe illa quidem, quam Iuntina eſt, emendatior atque plenior, deprehendi tamen eum, quem Aldini heredes ei moderatorem impoſuiſſent, ſiue is Marcus Muſurus, ſiue alius quicunque fuit, non vbique locorum recto vſum iudicio, commiſiſſe vt lectiones Aldinae Iuntinis de praeſtantia concedant. Quo fit, vt ſuſpicer, Muſurum, vt ſit plerumque fideliter auctoritatem codicum Venetorum ſecutus, interdum

 tamen

tamen ingenio ſuo nonnihil dediſſe, atque coniectu-
rarum ſuarum lubricitates auctoritatibus membrana-
rum furtim ingeſſiſſe. De quo nobis neceſſe nunc
eſt iudicium ſuſpendere. Duram nobis profecto cru-
cem fixit heroum illorum, qui primi libros graecos
formarum ſtannearum miniſterio inuulgarunt, ſiue
imprudentia, ſiue minutiarum faſtidium, qui tanti
non facerent, certiores nos facere, vnde lectio quae-
que ducta eſſet, bonone an triobolari e codice, an ex
ingenio procuſa. Nobis quidem ab antiquis illis tra-
dita omnia caſta, ſancta, intemerata habenda atque
amplectenda ſunt, quia negatum nobis nunc eſt malae
fraudis eos arguere. Per ego tamen vereor, ne nos
ſaepe nubem pro Iunone, coniecturas alicuius typo-
graphici correctoris pro fide atque veritate lectionum
ab antiquitate traditarum, amplectamur. Aldinam
Iuntina correctiorem eſſe, et iam admonui, et vel
tacente me, per ſe facile exiſtimatu eſt. Sed hoc
documentis planum me facere oportet, lectiones
Iuntinas interdum Aldinis praeſtare. Quibus docu-
mentis paucis et vltro occurrentibus defungar. p. 64.
4. huius noſtrae editionis reſtitui e Iuntina ἀλλήλοις,
vbi Aldina, et ex ea vulgatae, vitioſe dant ἀλλήλους.
Pag. 79. a. c. fin. ed. Baſil. [nam ad huius paginas
editionis hos locos in ſchedula quadam annotaueram,
neque nunc vacat in aliis edd. quaerere] in Vita Co-
riolani vergente recte dat Iuntina πάντες εἵποντο τὴν
ἀρετὴν μᾶλλον θαυμάζοντες, vbi Aldina vitioſe μὲν
loco articuli dat. P. 81. b. 17. αὐτῷ dat Aldina,
αὐτὸν recte Iuntina. 84. a. 34. δυσπρόμαχοι Aldina,
Iuntina melius δυσπρόσμαχοι. 86. a. 20. Aldina συν-
τιθέντος, Iuntina συνδεθέντος. Ordinem vitarum in
hodiernis editionibus regnantem prima induxit Al-
dina,

dina, cuius curator ſeriem temporum ſecutus eſt in iis digerendis. eſt tamen vbi turpiter laberetur. N. 18. noſtris in vulgatis recte legitur vita Catonis maioris, eius, qui Catonum gentis Romae ſator atque conditor fuit, cum Ariſtidis vita copulata; minoris autem Catonis, ſeu Vticenſis, vita poſt Phocionis legitur. Aldina contra, peruerſo ordine cum Ariſtide Vticenſem, cum Phocione Maiorem copulauit. Quem foedum errorem ſeu ſponte ſua, ſeu a Iuntina admonitus, correxit inſpector editionis Baſileenſis. In calce voluminis Aldini Antonium excipit Artaxerxes, hunc Dio cum Bruto, hos Aratus, agmen claudunt Galba et Otho.

Praefatio Aldino Plutarcho praemiſſa ſic habet. Franciſcus Aſulanus Petro Bembo Leonis X. Pont. Max. a Secretis Sal. p. d. Quoties in memoriam reuoco, praeſtantiſſime vir, Petre Bembe, quae mihi nuper circa aduentum tuum in hanc vrbem contigere: ita cum animo meo conſtituo: vt exiſtimem fieri quandoque ſolere, vt virtus etiam e neceſſitate proueniat. Etenim cum tu ſepoſitis parumper laborioſiſſimis illis vrbis Romae negotiis, quae propemodum infinita virum Summi Pontificis a ſecretis premant neceſſe eſt: tum valetudinis curandae, tum patriae duodecimum circiter poſt annum videndae cauſa Venetias perueniſſes, me ingenti quadam ac pene incredibili difficultate obrutum eſſe cognoui. Quippe iam ita pridem in more poſitum fuiſſe animaduertebam, vt illuſtrium virorum aedes perinde ac deorum immortalium templa non ſine munere quiſquam rite adeat. — Eſt autem mihi iam inde vſque a puero cum in familiam tuam, quam inter patricias honeſtiſſimam eſſe intelligo: tum vero in te ipſum ob eximias iſtas

 virtu-

virtutes, quibus te cum primis admiror: ſingulare quoddam animi ſtudium: adeo vt quemadmodum nihil impenſius cupio quam te officio aliquo promereri: ita nullum mihi muneris genus ad declarandam meam voluntatem ſatis eſſe videatur. illud vero me maxime angebat, quod nihil nouum et non antehac inuulgatum e noſtra officina educi in praeſentia poterat, quod tuo nomini dedicarem. ſolent enim id genus quaſi primitiae multo eſſe gratiſſimae. atque vt ab agricolis poma, ſic a librariis volumina iure donantur. quare in ea animi perturbatione: quod mihi prae manibus erat arripui. ac ne omnino te ſine munere adirem, hoc Plutarchi opus mecum afferre decreui. Sunt autem quas vitas appellant, non certe omnes quotcunque ille olim conſcripſit. quin neque omnes illius. nam et Euagoras Iſocratis eſt, et Ageſilaus Xenophontis. Sed quae paulo ante Florentiae nullo ordine velut tumultuaria opera in lucem exiuerunt. equidem vt plures numero inuenire non potui: ita multum et ſcripturae caſtigatione, et ordine hoc, quem a Plutarcho etiam ſeruatum fuiſſe contenderim propter ſeriem temporum Romanorum: libri totius pulchritudini afferre conatus ſum. ſuſtuliſſem profecto Ageſilaum atque Euagoram: niſi ita iam obtinuiſſet conſuetudo, vt quae poſterius imprimantur, non diminuta, ſed auctiora, ſi fieri poſſit, exiſtant. Factum eſt itaque neceſſitate potius, quam conſilio, vt prudens admodum in hoc munere dando viderer. quando nullum magis te dignum tota officina, vt arbitror, reperire potuiſſem: Quid enim homini et graece et latine eruditiſſimo magis conueniat? quam ſcripta eius auctoris, qui ob multiplicem eruditionem graecis pariter et latinis fuerit admirationi? idque

per-

perinde vt auream ſtatuam Romae aliquanto meruerit. quid tibi praeterea gratius libro hoc eſſe debeat, quem pater tuus vir vndique ornatiſſimus tunc etiam, cum aetatis annum prope octogeſimum ageret, ſolitus ſit magna cum voluptate perlegere? etc.

Non hoc nunc attingam quod eſt tralatitium, ne hic quidem a ſuo more deſciſcere Aldinos, quorum praefationes cenſurae ſunt operum a Iuntinis editorum. Hi duo principes, qui tum erant, rei typographicae artifices perpetua inter ſe bella gerebant, mutuis obtrectationibus graſſantes. In hoc inſiſtam quod de Euagora et Ageſilao admonet Aſulanus. Legitur nempe in Iuntina Euagoras inter reliquas Plutarchi vitas, quamquam non eius eſt, ſed Iſocratis. Cur eum ſecernendum haud duxiſſet, purgat Aſulanus. Sed addit pari de cauſa ſeruatum e Iuntina Ageſilaum quoque fuiſſe, qui pari de cauſa eliminandus fuiſſet, quippe qui non Plutarchi, ſed Xenophontis eſſet. In quo vehementer falſus fuit, ſiue Aſulanus, ſiue quicunque iſta Aſulani nomine exarauit, non ſcientia certa fretus, neque re explorata, neque in codicem Iuntinum intuens, ſed opinans, aut ſomnians, aut ſperans futurum, vt Iuntarum bonam fidem manifeſta obrueret calumnia, quae nulla opera a nemine non, ambos Ageſilaos, Xenophonteum cum Plutarcheo, comparante coargui queat. Quem Ageſilaum Iunta pro Plutarcheo primus ediderat, a quo acceptum officina Aldina reddidit, is a Xenophonteo rebus omnibus diſcrepat, vereque Plutarchi eſt. Inſpice modo calcem opuſculi Plutarchei, vbi narrantur exceſſu Xenophontis duobus paene ſeculis poſteriora. Nolim itaque hanc Aſulani ſeu temeritatem, ſeu calumniam quemquam morari.

Sed incidit hic locus quaerendi idemne Plutarcho Aldino quoque euenerit, quod Demoſtheni euenisse in praefatione planum teſtatumque feci, vt ex eadem officina eodem anno eiuſdem Plutarchi geminae inter ſe diuerſae prodirent editiones. Neque profecto nulla mihi eſt huius ſuſpicionis cauſa; quanquam res eſt in ſe abhorrens et paene incredibilis. Vitarum editionem Aldinam aliam oculis vſurpaui nullam, praeter exemplum id, quod olim a Schwarzio Altorfino ad Ludwigium, Cancellarium Hallenſem, ab hoc ad Baumgartenium, Theologum Hallenſem, inde ad me deuolutum, paulo poſt in iure atque poteſtate neſcio cuius erit. Cuius itaque rei exquirendae atque ad liquidum perducendae oportunitate careo, eam aliis expediendam relinquo. Cauſae vero dubitandi hae mihi ſunt. Bryanus ex Aldina lectiones profert, quas in meo exemplo nullas, ſed multum diuerſas reperio. Non mouerer hoc, cuius pondus eleuant labes duae literatis cognatae, deliquia memoriae, per trepidationem alia pro aliis ſubiicientis, calamique lapſus. Sed accedit adhuc aliud impeditius argumentum a libro Vulcobiano repetitum. T. I. p. 554. 3. ed. Lipſ. nota n. 40 ſignata Bryanus negat ἐν, neque in Iuntina, neque in Aldina legi. ego in ambabus cerno. T. II. p. 578. negat idem v. μηχανήματος in vtraque legi. In Aldina equidem cerno, in loco illo Marcelli, vbi de Archimede polyſpaſtum mouente, T. II. p. 259. Idem ibidem p. 578. ait in Aldina τις ἐκκλησία legi in eadem Marcelli vita p. 267. ego non τις ibi inuenio, ſed τήν. P. 581. b. ait Bryanus p. 294. in vita Ariſtidis in Aldina eſſe τῶν δέκα καθεςώτων. In mea quidem Aldina cerno vulgatam τῶν δὲ καθεςτ. Solanus ad T. V. p. 256. 12. ſuſpicatur Bryanum in Aldi-

Aldina πάσχειν reperiſſe, at in mea παρασχεῖν eſt. Br. ad T. V. 257. 8. ait vitioſum ἀλλ' ὂν, duobus vocabulis, quod in omnibus eſſet editionibus, a ſe correctum eſſe in ἄλλον, auctoribus Flor. et Ald. atqui in ambabus item vitioſa eſt lectio, vt in caeteris. idem euenit in annot. ad T. V. 259. 18. de voce κράνη, quae non eſt in Aldina, ſed Iuntina. T. V. p. 277. 10 ait Br. in ed. Flor. legi Ὀάρσης, non ὁ ἄρσης, quod Vulcobius inde ad Aldinae marginem attulerat. Ego vero aio Vulcobium recte retuliſſe, Bryanum aut a memoriae aut a ſchedarum ſuarum mendacio deceptum eſſe. Perſuaſum porro mihi ad hoc diei habui, Vulcobium annotatiunculas ſuas Aldinae marginibus inſcripſiſſe. Quod ſi eſt, neceſſe item eſt Aldinam eius ab Aldina mea diuerſam eſſe. Nam lectiones ab eo annotatae iam in texto Aldinae meae leguntur. Ecquis autem homo ſanus pro variante idem in margine annotet, quod videat iam in texto claris literis expreſſum? Sed accidit tale quid p. 114. vlt. T. I. ed. Lipſ. in σκηπτρούχων et p. 248. vlt. eiuſdem editionis noſtrae, vbi quod e Vulcob. refertur ἐπιβουλεῦσθαι tam in Iuntina, quam in Aldina legitur. Saepe refert Vulcobius Iuntinae lectiones. quod idem hic quoque hoc in v. ἐπιβουλεῦσθαι videtur voluiſſe facere. Ergo aliam lectionem in Aldina ſua habuit. Ergo duae ſunt diuerſae Aldinae. Et talium locorum numerus occurrit infinitus in iſtis Vulcobianis.

His a me, velut opinante tantum atque ſuſpicante, iam ſcriptis, acceſſit euidentia certi et luculenti teſtimonii, in quod praeter exſpectationem incido annotationes Britannorum ad Galbam et Othonem, quae ſunt in vitis Plutarchi poſtremae, legens. Ibi Bryanus, mirum dictu, qui nuſquam locorum antehac

hac duarum diuerſarum Aldinarum mentionem feciſſet, Aldinam primam atque ſecundam planis verbis laudat, non ſemel, neque iterum, ſed octies. Referam hic cunctos illos locos, quo et res planiſſime demonſtrata detur, et notae in promtu ſint, e quibus Aldinam ſuam dignoſcat, vtra ſit, prior, an poſterior, ſi penes quem Aldinae alterutrius exemplum eſt. Ego equidem his e locis didici, penes me iuniorem Aldinam eſſe, et vetuſtiorem cum Iuntina magis conuenire, quum iuniorem, in qua loci complures aliter conſtituti leguntur, quam aut in Iuntina, aut in Aldina prima.

Ad T. V. ed. Londin. p. 374. 15. ſic annotauit Bryanus. Ὀβίννιος Τίτος] Florent. editio et Aldina I. Ουτιτος. Aldina II. ὁ Τίτος. Ad p. 382. 8. Τερτυλιανὸς] Fl. et Ald. I. Τερπυλιανὸς. hic et infra. Ad 384. 18. παραιτυμένυς] Aldina II. et Xylander recte παραιτυμένυ. Ad p. 386. 4. ὐκ ἄξιος] Praue. optimeque factum eſt ab interpretibus qui illud ὐκ in εἰ mutantes, *ſi dignus eſt* reddiderunt. Bodlei. codex et editiones Florent. et Aldina I. non agnoſcunt ὐκ. Aldina II. et Baſil. εἰ habent. Ad p. 390. 17. Κρητίωνος] Flor. Aldina vtraque et Baſil. Κριτίωνος. Ad p. 392. 17. τῆς Τιβερίυ] inter has voces lacuna eſt in Flor. et Aldina I. nihil tamen illic excidiſſe — Ad p. 397. 18. ὑπερειδόμενος] imo, vt optime legitur in Bodlei. et edd. Flor. Aldina vtraque et Baſil. ὑπερειπόμενος. Ad p. 416. pen. Βριξιάλῳ] ita ſcribitur et — in Flor. Ald. I. Baſil.

Haec ſunt Bryani de veritate vtriuſque Aldinae teſtimonia. Num porro in numeris annorum, paginarumue, verſuumue, typiſue, aliiſque talibus externis notae inſint diuerſitatem prodentes, melius arbitrabuntur

trabuntur hi, ſi quibus vtriuſque exempli ſecum comparandi copia ſit. Haec hactenus.

Vulgatae noſtrae Plutarcheae orationis fons eſt Aldina, non Iuntina. quod ſic euenit. Stephanus obtinuit, vt ſua Plutarchi editio optima haberetur, et inſtar omnium poſt inſecutarum eſſet. Sed Stephanus operis ſuis recudendum dabat exemplum Baſileenſe, a ſe caſtigatum. Sed Baſileenſe ex Aldino, non e Iuntino, expreſſum eſt, gemina de cauſa; cum quod Aldinum recentius Iuntino eſſet, et typographi atque librarii recentiſſima quaeque vetuſtioribus praeferunt perfectiora habentes. Tum, quia Baſileenſibus propius erat, eoque minus ſumtoſum, cum Venetis, quam cum Florentinis commercium, eo fiebat vt librorum Venetiis excuſorum et facilior eſſet copia Baſileae, ſalubriuſque pretium, quam a Iuntis proditorum. Quicquid eſt, nimis multis atque luculentis conſtat argumentis Baſileenſem ex Aldina emanaſſe. Sunt tamen loci, quamquam non multos eos in Bebeliana quidem obſeruaui, vbi corrector ab exemplo Aldino diſceſſit, ſiue quod meliorem lectionem in Iuntina reperiret, ſi eam inſpexit, de quo dubito; ſiue ex ingenio ſuo. E. c. vitas vtriuſque Catonis in Aldina mirifico errore traiectas, in verum reduxit ordinem. Vitam Coriolani ſubiecit vitae Ariſtidis, quod in Iuntina Aldinaque contra eſt. Adhuc alia quaedam minuta in ordine vitarum mouit. Tam levicula quoque, atque χρεῖρας eſt pro χεῖρας, correxit paſſim locorum inſpector operarum Baſileenſium, ſiue is Eraſmus, ſiue Oporinus, ſiue quicunque alius fuit. Verum idoneum equidem arbitrum laudum editionis Baſileenſis ferre me haud auſim, non ſatis diligenter, neque aſſidue a me tritae, ſed raro et obiter inſpectae.

Iam

Iam ſupra dubitaui, qui poſteriorem Baſileenſem curauit, Anno 1560 proditam, qua careo, num is eam priori fideliter conformarit, an nonnulla nouarit; et ſi nouarit, num eius rei auctoribus vſus ſit codicibus mſtis, an ingenio ſuo. Quae res cum mihi neceſſario ſit in medio relinquenda. procedo ad exemplum Stephanicum, anno 1572. Geneuae proditum, et per tredecim volumina minoris formae extractum, hac diſtributione, vt ſena volumina graeca oratio, totidem alia latina interpretatio, poſtremum denique praefationes et annotationes et indices, et neſcio quae aliae reculae impleant. Rurſus priora terna volumina tenent vitas, poſteriora terna varii diſputatiunculas argumenti. Huic editioni et formae habilitas, et typorum elegantia, et fama Stephani, tantum fauorem tantamque conciliauit auctoritatem, vt orationem Plutarcho a Stephano contributam omnes pro lege ſanctiſſima venerarentur, quam migrare piaculum eſſet. Regnat hodie inter nos textus Stephanicus, h. e. Aldinus, non ex ipſo Aldino fonte hauſtus, neque purus redditus, ſed per riuum Baſileenſem, eumque tempore poſteriorem, in nos deriuatus. Non detraham de fronte Stephani corollam decore haerentem; aio quoque Plutarchi locos haud paucos ab eo egregie ſanatos eſſe. Sed afflarat eum quodammodo iactata prouerbio ſors catillariorum, quos aiunt, ſingulas rimas ſarcientes, binas inuicem pertundere. Infatigabili viri doctiſſimi induſtriae, laborum, quos exantlauit ingentes, multitudini, meritorumque de literis graecis magnitudini, quae tanta eſt, vt orationi facile non ſit eam exaequare, facilis condonem lubensque, quicquid ſiue in Plutarcho, ſiue vſquam alias delirarit, dummodo bona fide atque ſimplicitate,

tate viri honeſti rem gerere maluiſſet, quam fraude nos incautos circumuenire, et praeſtigiis iactantiae ludificari. Mutandum ſi quid cenſeres, Henrice, cur non aperte teſtabaris te id mutaſſe temet auctore? quo facto licuiſſet admonito cuique in partes ire, ſiue tecum facere, ſiue ad vulgatum reuerti. Cur adimebas nobis quaerendi, inter ſe momenta librandi, libere iudicandi poteſtatem, ſiue tacite furtimque tua ingerendo, ſiue pro lectionibus codicum vetuſtorum venditando. Auſus quidem Bryanus interdum eſt hiſcere, taciteque aurem lectori vellere, ſubiiciens, cerni hic illic in Iuntina Aldinaue lectiones Stephanicis meliores. ipſe tamen auſus non eſt iugum a Stephano impoſitum excutere. Denique retinuerunt omnes, veluti reuerentia numinis Stephanici conſtricti et faſcinati, propagaruntque certatim exemplum Stephanicum, quod ipſi vitiatum, et ab ipſo Stephano vitiatum agnoſcerent atque confiterentur. Cui vitio quodcunque conuenire nomen cuique videbitur, id ei imponat per me licebit. Cur autem tolerarunt errores a Stephano immiſſos et poſtmodum ab ipſo improbatos? T. I. p. 507. vlt. παρȣσία ſubiecerat in locum vetuſtae bonae lectionis παῤῥησία. In annotatione ad h. l. ipſum facti poenitet. et nihilominus manſit παρȣσία in editionibus Stephanica iunioribus. P. 684. vlt. quomodo venit in Stephanicam, et ſic in vulgatam, αὐτοῖς, quod Stephanus improbat, cum αὐτῆς, quod ipſe probat, in Aldina et Bebeliana legatur? Num Grynaeus e Iuntina in ſuam Baſileenſem poſteriorem αὐτοῖς retraxerat? et num ſic in noſtram vulgatam irrepſit? Viderint quibus Grynaeanae copia eſt. T. III. p. 428. 1. in vita Pompeii Iuntina et Aldina recte dant τὸν, Bebeliana τό. et ſic Stephanica

phanica perinde, Stephano occlamante et veram lectionem e coniectura subiiciente. Vnde constat eum aut nunquam, aut perraro, in Aldinam et Iuntinam inspexisse. Rursus non intelligo qui factum sit, vt, cum constet exemplaria nostra vulgaria e Stephanico, et hoc per Grynaeanum ex Aldino, non e Iuntino promanasse, tamen Stephanus, aut eo posteriores, a melioribus Aldinae lectionibus ad deteriores Iuntinae reuoluerentur; quam Iuntinam constat ab Aldi inde aetate paene a nemine oculis vsurpatam, paene omnibus ignotam fuisse. P. 195. 7. ed. Lips. recte dederat Aldina, ex eaque Bebeliana, αὐτοῖς. cur Stephanus e Iuntina vitiosum αὐτῆς reuocauit? T. II. p. 478. 2. ed. Steph. in vita Aemilii Pauli legitur secundum Iuntinam ἀναδύει, Bebeliana vero melius ex Aldina ἀναπιδύει reddiderat. Cur ab hoc discessum est? et quis primus discessit? P. 525. 10. ed. Lips. retinuerunt, auctore Stephano, recentiores e Iuntina φθόνον. in Bebeliana secundum Aldinam est φθόγον. T. IV. p. 189. 7. in Aldina est δυναμένοις, in Stephanica, secundum Iuntinam, δυνάμενοι. Documento hi loci sunto, quamquam vniuerse Aldinam imitati sunt posteriores, ea tamen delectus libertate vsos esse, vt saepe ad Iuntiuam propenderent. In ordine vitarum quoque Stephanus neutri diligenter adhaesit exemplo, neque Aldino, neque Basileensi, sed ad Iuntinam deflexit, vt in Sertorio et Eumene. In Aldina et Bebel. praecedit graecus, sequitur Romanus, contra in Iuntina et Stephanica.

Recusa saepe numero fuit haec Plutarchi editio a Stephano profecta, vt Franckfurti apud Wechelos bis, si titulis sat tuto fiditur, annorum diuersitatem praeferentibus. dudum enim male audit librariorum calliditas, libros frigentes nouis titulis conuestiens.

Quae

Quae fraus num in hoc quoque Plutarcho Wechelano exercitata ſit, ad rem nil attinet quaerere. Franckfurtanam hanc Pariſini A. 1625 renouarunt ea diligentia, vt illius paginas verſuſque ſuis paginis verſibuſque verbatim exprimerent. praeterea nullum eſt huic Pariſinae proprium nouumque decus, praeter Rualdi animaduerſiones.

Plena interceſſit vacua Plutarcheis ſtudiis annorum centuria (ſeculum vulgo, ſed inſcienter appellant) ad Bryanum, qui Londinenſi vitarum editioni A. 1726. immortuus eſt. qua de editione in continenti pluribus dicetur. Nuper admodum Wyttenbachius, V. C. Bernas, apud Amſtelodamenſes bonarum literarum profeſſor, adoleſcens egregie doctus, edendo libello de ſera numinis vindicta, publice profeſſus eſt conſilium ſe cepiſſe totum ſyntagma diſputatiuncularum Plutarchearum curis ſuis expolitum edendi. Quod conſilium ipſi cum congratulor, illudque ſpecimen exquiſita refertum aio literatura, tum rurſus vereor, ne illa ipſa vbertas coepto ſit obſtaculo futura. Neque enim editori ipſi facile ſit totum Plutarchum hac veluti rerum bonarum prodigentia obruere, neque lectorum patientia eam ferat. Et quantam, quam enormem ad molem exceſſurus ſit Plutarchus ita paſtus? qui foruli eum capient? Sed mittemus nunc hunc quidem, quo ad Bryanum redire liceat.

Londinenſis Vitarum editio quinque voluminibus in quarto maiori diſtributa eſt, quorum ſingula cum oratione graeca Plutarchi ſubſtratam ei latinam interpretationem, quae a Cruſerio profecta eſt, et annotationes, cum Rualdi, tum Bryano proprias, tum ab eo e Stephano et Xylandro excerptas tenet. Haec cuncta cum Bryanus ſe ſuperſtite typis Londi-

nenſibus excuſa vidiſſet, praeter annotationes ſuas ad volumina tria poſteriora, rebus humanis exceſſit. Telam ab illo affectam relictam pertexuit Moſes Solanus, qui in annotationibus ad III. IV. et V. volumina quo ſuas a Bryaneis diſtingueret, has nota nominis carentes reliquit, ſuas literis M. D. S. hoc eſt Moſes Du Soul ſignauit. Primis duobus voluminibus annotationum Solani prorſus nihil ineſt; ſed omnes ſunt Bryani, niſi ſi quas ille aliunde mutuatus, auctorum nomina in calce cuiuſque annotationis ſubiecit. Quaecunque igitur annotationes in hac quoque noſtra Lipſienſi recuſione nomine carent, has Bryani eſſe teneri velim. Nam mearum equidem annotationum ego Bryaneis aut nihil, aut ita parum immiſcui, vt diſtinctione indignum eſſet, admonitionis fortaſſe quid de lectione Iuntinae Aldinaeue. Calci vt huius voluminis ſubiectae ſunt meae, ad hoc volumen referendae, ita reliquorum quoque voluminum cuiuſque calx meas ſeorſim exhibebit. Quae noua decora ſuam ad editionem Britanni contulerint, de eo pluribus praefatio Solani exponit huic meae incontinenti ſubiicienda. Editionis huius, a multis certatim collaudatae, (vt fieri ſolet in libris vltra mare peruectis, quorum in ſplendore externo oculi adhaereſcunt, rari ſunt, qui ſublato centone, ſubtus poſita luſtrent) laudes veras atque conuenientes, ita non ſum iniquus vt obſcuratum obtrectatumue eam. Inſunt Bryani pariter atque Solani obſeruatis et coniecturis nae non pauca ſolerter excogitata, quibus ad emaculandum Plutarchum fidenter vſus ſum; rurſus tamen ſorte ipſi quoque vſi humano cuncto generi communi, et labuntur in coniectando; quas eorum coniecturas inuita Minerua natas, penes me ſi fuiſſet, et aequitas ſi

ſiſſet,

ſiſſet, quo ipſorum dignitati conſulerem, expungere atque obliterare haud eſſem cunctatus; et nodos relinquunt bene multos non enodatos, lectorum exſpectationem deſtituentes. Labem ſuperiorum editionum foedam, neque ferendam, a ſua remouere nil curauit Bryanus, indicem variantium, ineptiſſimam farraginem, quam cum e Pariſina repetiſſet ſeorſim in extento, vt vulgo vſurpant, tum lectiones ex eo excerptas meliores, nonnunquam vitioſas quoque, in annotationibus repetiit. Cui bono? Quid attinebat eadem bis legi, quae ſemel proponi ſatis poterat eſſe? Nos mendas illas tollere ſtudebimus. Lectiones codicis S. Germanenſis, quas ad Britannos ſero miſſas negatum ipſis fuit ſuis quaſque locis inſerere, ad loculos referri curabo. Monſtra lectionum et purgamenta libri Vulcobiani eliminabo; quod vt in hoc iam primo volumine fieret, paene e manibus nobis excuſſo, cum feſtinatio noſtra, tum ignoratio rei, paſſa non eſt. Accedens enim ad hoc opus tractandum, magni faciebam libri Vulcobiani auctoritatem, quae nunc, poſteaquam familiarius eum noſcitare coepi, penes me euiluit. Quo partem laborum compendifacerem Heslero meo mandabam, vt lectiones e libris A. V. SG. excerptas, quarum index in calce Londinenſis editionis ſeorſim eſt poſitus, ſtatim locis ſuis adſcriberet. Fideliter ille mandata exſecutus, fecit quod eius perſonam decebat. Me vero decuerat, prius lectiones illas ſecernere, et typis chartiſque indignas cancellare. Nulla illius, ſed omnis mea haec eſt culpa. Nondum ſcilicet ineptias illius indicis vſu meo didiceram aſpernari, quas paulo poſt probe coepi intelligere. Quare in voluminibus quatuor harum vitarum, quae proxima ſequentur, operam ipſe dabo,

ſaex illa Vulcobiana, aut penitus extergatur, aut parum certe eius ſtilum noſtrum effugiat.

Sed ille Vulcobianus liber, ſcire voles, lector, qui ſit, toties ille a me dictus, tot ſtigmatibus inuſtus. Iacobus Vulcobius, vel Du Vulcob, qui fuerit, haud teneo. Sed fuit penes eum Aldina Plutarchi, cuius marginibus ſiue ille ipſe, ſiue neſcio qui tandem alius, lectiones varias vndecunque corraſas, illeuerat. Cuius modi exemplum Demoſthenis Aldinum ab eodem Vulcobio, ſiue iuſſu eius ab alio quocunque, notatum hodie ſupereſt in bibliotheca ducali Weimarienſi; vnde vſuram eius ad paucos dies habui: quo de exemplo pluribus egi in praefatione ad Demoſthenem. quamquam in illo exemplo Weimarienſi viſus mihi ſum magis nomen Du Valcob, quam du Vulcob cernere Exemplum hoc Plutarchi Vulcobianum peruenit, neſcio qui, ad manus eius, qui editionem Francfurtanam curabat. Is transſcriptas e libri Vulcobiani marginibus varias lectiones in calce Francfurtanae retulit, miſeram et pudendam farraginem, cuius magna pars cum purgamentis ad ſterquilinium deferenda ſit. Ἄτοπος πανσπερμία, mixta et confuſa ibi omnia inter ſe, nullisque notis diſtincta; lectiones e Iuntina; coniecturae haud conſtat cuius quorumue; lectiones e codd. mſtis, tacitis notis vnde dignoſcantur. Quibus in codicibus neceſſe eſt fuiſſe aut quendam, aut quoſdam, a librariis exaratos portentoſum incredibilemque in modum aut oſcitantibus, aut indoctis rerumque omnium ignaris. Cum non mirer beſtiam fuiſſe humana forma indutam, quae mendarum iſta monſtra in chartas euomeret, tum miror Vulcobium, ſeu quiſquis alius fuit, ita fuiſſe ſtomachi validum, vt iſta lamberet; et editores miror, qui a Francfurtanis accepta

per

per Parisios, per Londinum circumgestata, tandem tantos post circuitus, et orbe ducentorum paene annorum peracto, Lipsiam quoque pertulerunt. Exemplo defungar vno, quo doceam, cuia sit illa farrago Vulcobiana. Solent graeci romana praenomina nominibus postponere. E. c. pro M. Lucullo dicunt Λεύκουλλον Μάρκον. Ex hoc nomine librarius ille, cuius calamus codicem exarauit, vnde tot mendarum plaustra Vulcobiana sedulitas, male quidem illa feriata, conuexit, Λεύκουλλον μάρτυρα effecit. Habete vobis, vos Bollandistae, nouum hunc sanctum, nouum martyrem Lucullum, ἀγαθῇ τυχῇ, adscribite choro vestro, in Acta eius inquirite. V. edit. Londinensis Plutarchi T. IV. p. 103. 3. Relatae quoque a Vulcobio fuerant lectiones e codicibus Parisinis, quibus ante eum vsi fuerant Amiotus, et Stephanus; item coniecturae Aurati. Quo factum est vt multorum codicum auctoritatibus ludamur, et turba testium velut opprimamur, quae, ad lucem spectata, non sit, nisi vna simplex auctoritas. Citantur ad eandem lectionem confirmandam vna et A. et H. Stephani codices, et Vulcob. et SGerman. Nos stupentes nubem testium, nescimus, mimum ludi, testem eundem modo sub larua A. modo sub larua St. modo sub Vulc. modo sub SGerm. prodire. Eiusmodi turbelas et perplexitates et hic et alias conciuit nobis maiorum indiligentia in demonstrandis sedibus earum lectionum, quas vndecunque referrent. Cum trepidus, cum rudis ad res accedis tractandas, quarum de rationibus nondum tibi satis neque vsu tuo, neque ex aliena doctrina constet, fieri non potest, quin multa praeteruideas, de multis ne suspiceris quidem, quorum te crebrior atque diuturnior vsus tandem certiorem faciat. Idem

mihi in Plutatcho Vulcobiano euenit, quo imposterum vtar cautius.

Saepe quoque illis in indicibus recursitat litera A. quae quomodo sit interpretanda, dubitatur, Amiotine, an Aurati, an Anonymi. Plerumque operae nostrae, iussu meo, hoc A. cum Anonym. permutarunt. Sed anonymum auctorem citans quanto plus proficias, quam nullum citans, haud intelligo. Sunt tamen illa ex A. relata plerumque bonae notae, sed diuersi generis. e codicibus mstis num relata ibi quaedam sint, in dubio relinquam. nunc certe haec scribenti memoria certum huius rei testimonium nullum suggerit; sed multae insunt, de quo certo constat, coniecturae, Aurati, ni fallor. Cuius Aurati pallium, h. e. praelectiones in optimos quosque auctores graecos publice Parisiis tum habitas, dicuntur, (meum haud est quaerere quo iure, quaue iniuria,) Scaliger, Muretus, Canterus, Stephanus, alii, dilaniasse. Quae ex exemplo Plutarchi litera A. signato referuntur lectiones, eaedem paene sunt cum iis, quae repertae a Doruillio sunt in exemplo, quod in bibliotheca publica Leidana nunc seruatur, olim penes M. Antonium Muretum fuisse dicitur. Mirifica versatur in fide illorum librorum Parisiensium ambiguitas, vt nescias, quae e codd. mstis petita sint, et quae a coniecturis profecta, et cuius, Auratine, an Amioti, an Stephani, an Mureti: Estne is pudor? estne ea modestia? an est supinitas? an contemtus posteritatis? an vanitas? an cupiditas etiam, captans eorum gloriam inuentionis, quorum auctorem dissimulet? Mihi fides atque diligentia in hoc quoque genere commercii placet.

Codices Bodleianos Bryanus vsurpauit, sed tertius

tius eorum, qnem creberrime citat, quibûſdam in vitis Scholiorum aſſumentis interpolatus eſt. partim cum Iuntina conſentit, vt videatur, illa iam prodita, demum exaratus eſſe. Multum quidem attuliſſe ad Plutarchi elimationem mihi nondum viſi ſunt illi codices Britannici.

Vniuerſe qui codices mſti Plutarchi a viris doctis inſpecti fuerunt, parum ex illis ad nitorem priſtinum Chaeronenſi reddendum profecimus; vt verear, ne praeter eos codices, quos Iunta et Aldini ad editiones ſuas adornandas vſurparunt, alii bonae notae codices nulli exſtent. Monachienſem codicem fruſtra nunc deſidero, poſtquam elabi e manibus paſſus ſum imprudens. neque repoſcere nunc aut vacat, aut iuuat. obſtant multa; ſpatia viarum, morae longitudo, breuitas otii mei, taedium denique, quod aduerſus conferendi laborem concepi, e quo moleſtiae plus, quam velis, fructus multo minus, quam ſperes, plerumque referas.

Subſtiti ergo intra terminos, quibus a preli feſtinatione, rerumque mearum neceſſitatibus concludebar. Materia, a Britannis comparata, eaque, quam mihi licebat trepidanti comparare, neceſſario contentus, ita ſum vſus, vt Plutarchi orationem tolerabiliter emendatam dare licuerit. In quo ſumma rei verſatur. Emendatus enim textus optimi commentarii vicem gerit. Emendatum nempe appello eum, e quo diligenter elutae fuerint, non mendae illae ſolum vulgares, typographicae, verum, et magis etiam, librariorum mendae, quae e codd. mſtis in primas editiones inductae, ex his poſtmodum per omnia exemplaria promanarunt. Vt typographicis quoque a mendis purgata prodiret noſtra editio, cum Heslero com-

munem operam dedi. Ab illo elimata folia pueri typographi ad me deferebant, ſi quid limi ſupereſſet, id porro detracturum. Tum ego, praelegente Aldinam vxore, muſtea folia relegens, conſecutus hoc mihi videor eſſe, vt ab editione noſtra mendae, grauiores quidem, atque pudendae ſupinitatis et obliuioſitatis argumenta, abſint. Praeter graecam orationem, et annotationes, ego nihil duxi ad curam meam pertinere. confido tamen caeteris quoque Hesleri diligentiam ſatis prouidiſſe, atque dedecus cauiſſe.

In annotationibus a me Plutarcho additis, raptim illis quidem effuſis, rebus his ſtudui, 1) vt vbi a vulgata diſceſſiſſem (vulgatam appello in Vitis eam, quam editio Londinenſis dat,) id indicarem cum cauſa facti. 2) ſi quid mearum coniecturarum in ipſam protinus orationem immiſiſſem, id locis quibuſque fideliter aperirem, proponens ſimul vulgatam, ante me in libris verſatam; quo integrum cuique ſit arbitrari et penſitare, et ſiue amplecti recens oblata, ſiue vetuſtis honorem debitum rurſus aſſerere. 3) coniecturas, quibus in textum iniiciendis nimium mihi viderer eſſe periclitaturus, reſeruaui annotationibus. 4) dictionum locorumue obſcuriorum ſententias conatus ſum declarare. Latiuagae lectionis iactationem, vt tota vita exoſus fui, ita hic vſurpare, ſi vel libuiſſet, non licebat tamen. Hoc idem erit filum annotationum reliquarum calci cuiuſque voluminis Plutarchei a me addendarum, quaecunque volumina deinceps ex officina Saalbachia exibunt, quoad nempe fata me huic operae praeeſſe ſinent. Annotationes Stephani, Cruſerii, Xylandri, Palmerii, ſic mutilatas reddi, vt Bryanea dat editio, conſultum haud duxi; curaui potius integras et plenas reddi. Bryanus et Solanus in annotatio-

tationibus paginas editionis ſuae Londinenſis citant. id quod illis eo facile factu fuit, quod antequam annotationes ſuas typographeo committerent, vniuerſa graeca Plutarchi oratio dudum ante prelo Londinenſi abſoluta eſſet. Illi numeri neque tolli ex annotationibus eorum, neque mutari poterant, quia in annotationibus ad volumen primum haud raro prouocatur ad locos ſecundi, tertii et inſequentium voluminum, quae noſtra prela nondum ſubiere. Quo igitur illi numeri Londinenſes haud eſſent noſtratibus, editione Londinenſi carentibus, inutiles, pueris typographi in mandatis dedi, vt in paginae cuiuſque noſtratis ſummo interiore margine ſignificarent, cuius paginae Londinenſis cui verſui reſponderet, qui in editionis noſtrae quaque pagina primus quisque verſus eſt. In calce voluminis quinti, ſeu poſtremi harum vitarum, proponetur tabella demonſtratura conſenſum paginarum editionum nobiliorum, h. e. Stephanicae et Francfurtanae, (cum qua Francfurtana Pariſinae paginae verſuſque penitiſſime conſentiunt) cum paginis et verſibus editionis noſtrae. Quod ſi ſecunda fors illuc nobis ſpiritumque vireſque produxerit, addemus quinque his vitarum voluminibus ſextum, cui conſecrabimus indicem dictionis graecae, qua Plutarchus in his vitis vſus eſt. De rationibus, quibus tractare varia Plutarchi opuſcula decreuimus, diſputandi locus erit in praefatione illis praemittenda, ſi iis quoque praefandi facultatem fata indulſerint. Faxit deus feliciter. Scripſi d. 24. Martii 1774.

MOSES DU SOUL
LECTORIS.

Prodit tandem in lucem elegans Vitarum Plutarchi Editio noua; forma, mole non incommoda; characteribus, vel seni conspicuis; cultuque reliquo splendido, insignis: quam adornarunt, Viri de bonis literis bene merentes, Iac. Tonson et Ioh. Watts; curauit autem et recensuit Vir Doctissimus AVGVSTINVS BRYANVS, operi iam affecto immortuus.

In qua quid praestitum sit, cum ab Editore ipso, qui operae in ea elaboranda positae, modum, rationes, consilium, atque inde reditura ad omnes commoda, aperire et enarrare maxime erat idoneus, audire non liceat; a nobis accipe, qui quod infectum ab eo relictum est, quam accommodatissime ad eius mentem potuimus, suppleuimus.

I. *Graeca Plutarchi* habes, iisdem plerumque verbis cum iis, quae in Editione Parisiensi a. MDCXXIV. exstant. Interdum tamen ab ea recessit Clar. Editor. Vtinam saepius! quotiesque ex ipsius et aliorum Notis et Emendationibus tuto et necessario, aliter quam in vulgata legitur, scribendum fuisse, patet; siue id ex aliarum Editionum, MSS. ve Codicum, auctoritate constet; siue ex certis et indubitatis rationibus, a Viris Doctis prolatis demonstratum sit! Quanto enim cum fructu, quanta cum voluptate, Scriptores veteres sua lingua nos tanto post interuallo etiamnum alloquentes, audire et intelligere nobis licet, cum ab innumeris illis mendis repurgata eorum verba sunt, quae, tot labentibus seculis, aut Librariorum incuria alleuit, aut sciolorum peior adhuc sedulitas inuexit, et ita confirmauit, vt nunc labore non leui opus sit, quo deprehendantur et feliciter in integrum restituantur.

Contulit ea de causa diligentissimus Editor veteres pleras-

plerafque omnes, alicuius nominis, Editiones: praefertim autem omnium Principem Florentinam; ex qua non paucas Emendationes haufit. Adhibuit etiam MSS. Codicum fubfidia; Appianique, et aliorum, vbi opus fuit, collationes; de quibns tertio loco nobis erit dicendum.

Pauciffima in Graeco huius Editionis textu operarum errata deprehendes. Corrupta, aut manca, quomodo ex Codd. auctoritate, aut ex Doctorum fententia, fuppleri aut emendari debeant, nifi quid aut diligentiam noftram fugerit, aut vires fuperarit, in Notis videbis.

II. *Latina Verfio* hic exhibita, ea eft quam praefert Parifienfis Editio, nifi quod aliquando ad Graeca ab Editore melius eft accommodata: quod fero a me intellectum eft, Graecis vnice intento, nec morem illum Latina cum Graecis edendi admodum probante, quo fit vt tam fupine et negligenter a noftri aeui hominibus Graeca ipfa legantur. Huic tamen malo aliquatenus in hac confulitur, et aliis aliquot nuperis Graecorum Auctorum in Anglia noftra Editionibus, quod Verfio, non in laterali columna, fed in inferiore paginae parte collocata eft, vbi confuli quidem, cum lubitum eft, fine moleftia, poteft, fed non tam procliue eft ad eam, ftatim ac perlecta Graeca funt, decurri.

III. Volumini cuique ad calcem addita funt quae ad enarrandum aut emendandum Plutarchi textum maxime facere vifa funt.

Ac primum quidem locum ibi obtinent RVALDI *Animaduerfiones*; in quibus, fi quid a Plutarcho alicubi grauius eft peccatum, Vir doctiffimus nos cum eo errare non patitur; fed ex aliis fcriptoribus, ea in re accuratioribus, quid verius traditum fit, fufe exponit et enarrat.

Secundo loco, *Variae Lectiones* exhibentur; non eae tantum, quae in Parifienfi exftabant, fed et Nouae, quotquot ex MSS. Angliae colligi potuerunt: eaeque non vt abfurde in Parifienfi factum eft, ad incertas alterius Editionis lineas concinnatae, quo fit vt fumma cum moleftia confulantur; fed ad huius ipfius Londinenfis lineas,

anno-

annotato accurate cuiuſque initio: quo certo iam, et minus laborioſe, vti, ſi lubeat, poſſis. Data quidem eſt ſedulo a Cl. Editore in duobus prioribus Voluminibus opera, et a me in tribus poſterioribus, vt nonniſi raro admodum eo iam labore tibi opus ſit: cum in Notis vbique diligenter obſeruatum ſit a nobis, quicquid ex iis ſubſidii ad emaculandum reſtituendumue Scriptorem noſtrum facere nobis viſum eſt. Sed, vti nos eorum induſtriae qui praeceſſerant aliquid addidiſſe confidimus, ita aequum eſt vt poſteriores etiam, ſi quid nos fugerit, vnde ſua ſtabiliant, in promptu habeant.

Codicum autem, ex quibus Variae illae Lectiones deſumptae ſunt, VII. tantum nominantur. Duo priores, ex quibus Pariſienſes conflatae; *Vulcobianus* et *Anonymus*. Quorum prior, nihil niſi ipſius Codicis ſcripturam habet: poſterior, multorum, vt Cl. Editori et mihi videtur, collationes exhibet; aliquando etiam, Doctorum virorum, non admodum veterum, Emendationes et coniecturas. De *Mureti Annotationibus* idem dictum puta; quae cum ſerius ad Editorem peruenerint, in Notis tantum reperientur: in quibus etiam alii aliquot Codices a Stephano, Dacerio et Editore ipſo interdum adducuntur, de quibus cum qui iis vſi ſunt Viri docti Lectorem obiter tantum moneant, quid dicam non habeo.

Noui Codices Oxonienſes, ex quibus acceſſio non ſpernenda nunc primum conflata eſt, quinque ſunt. De quibus ita Editor ipſe.

„*Primus*, *Baroccianus*, Liber MS. in Folio, pulcherrimus, Num. 226. ſic incipit. Τῆς *καθόλȣ πραγματείας τῶν παραλλήλων τȣ̃ Πλȣτάρχȣ, εἰς τρία διῃρημένης βιβλία, ἐνταῦθα ὁ τῆς πρώτης μόνον Βίβλȣ πίναξ ἔςιν.* Theſeus, Romulus; Solon, Publicola; Themiſtocles, Camillus; Ariſtides, Cato; Cimon, Lucullus; Pericles, Fabius Maximus; Nicias, Craſſus; Alcibiades, Coriolanus; Demoſthenes, Cicero. Deſinit tamen mutilus circa initium Themiſtoclis.„

Secun-

„*Secundus*, Bibl. Barocc. Num. 200. Liber MS. in Folio continet, praeter Herodoti pleraque, Plutarchi Theſeum, Romulum; Solonem, Publicolam (niſi quod hiet circa finem Solonis et initium Publicolae); et deſinit mutilus circa initium Themiſtoclis. Sub hoc titulo citat Catalogus MSS. *Vitarum pars, manu Andreae Doni*. Mihi quidem videtur eiuſdem manus eſſe cum Codice Primo. Characteres nempe plane congruunt: eaedemque gloſſae, notaeque marginales, adſcribuntur. In Solone notantur haec ſub paginam. Γράφοντος μὲν τὴν παροῦσαν βίβλον, καὶ φθάσαντος ἐνταῦθα, γέγονεν ἔκλειψις σελήνης, οὔσης τετάρτης καὶ δεκαταίης. ἐν ἔτει ατῷ φτῷ ιετῷ τῇ κε—ῃ τοῦ Ἰουλλ. ἡμέρᾳ δ', ὥρᾳ πρώτῃ τῆς νυκτός.„

„*Tertius*, Bibl. Barocc. Num. 137. Lib. MS. in Quarto. Chartaceus (vti reliqui) charactere minutiori et ineleganti. Continet Vitas XVIII. et Tres Libros Arriani de Expeditione Alexandri.„

„*Quartus*, Bibl. Barocc. Num. 114. Lib. MS. Chart. in Quarto. Manu recenti valde et minuta. Continet Sertorium et Eumenem; (ſed hunc imperfectum) cum plurimis Herodoti.„

„*Quintus* denique. Bibl. Laud. Lib MS. in Folio. Chartaceus. Manu elegantiore, ſed recenti. Continet Othonem et Galbam, binoſque Gracchos.„

Horum Codicum, quatuor priores ab ipſo Editore cum Stephaniana Editione collati fuere. Quintum cum Pariſienſi contulit — *Wiſe* iunior, Collegii S. Trinit. Oxon. vti ex Schedis Cl. Editoris colligere eſt. Mureti Annotationes, ex Codice Voſſiano, qui in Bibliotheca Leidenſi aſſeruatur, deſcripſit Iac. Phil. d'Orville.

Tertio loco, ad calcem cuiuſque Voluminis additae ſunt *Notae et Emendationes* Doctorum virorum; quibus potiſſimum vera et genuina Plutarchi ſcriptura aſſeritur aut poſtliminio vindicatur. Non Xylandri tantum, Cruſerii, et Stephani, quae iam in Editione Pariſienſi prodierant; ſed Palmerii et Dacerii, quae poſtea editae ſunt.

Qui-

Quibus acceſſere et Cl. Editoris permultae. In his loca innumera reſtituuntur: quaedam ex ſola meliorum Codicum Scriptura: alia ex aliis eiuſdem Scriptoris locis; nonnulla ex reconditiore eruditionis penu, aliorumque Scriptorum libris, magno labore, curaque non vulgari, conſultis et excuſſis.

Suas tamen ad finem vſque operis Viro Clariſſimo perducere non licuit; impreſſis enim Vitis, vna cum Notis, quas ad duo priora volumina concinnarat, e viuis die VI. Aprilis anni praeteriti ereptus eſt, relictis tantum ad paginas Voluminis tertii priores XVII. Notis, et in reliqua breuiſſimis ad oram Stephanianae, qua vtebatur, Editionis, Notulis.

Conquirere itaque coeperunt Typographi, huius Operis redemptores, quos dixi, Londinenſes, qni eodem conſilio quod deerat perſiceret; vt quam minima Eruditi Orbis iactura, edi tandem aliquando diu elaboratum et ante quinquennium inchoatum opus poſſet. Ad me, ruri in otio literario degentem, ventum eſt; aliis quidem ſtudiis, longeque diuerſo Operi intentum; ſed huic fauentem, ex quo tot Reipublicae Literariae, omniumque adeo ordinum hominibus, reditura videbam commoda; cum nouas identidem eximii huiuſce Plutarchi Operis in vernaculas linguas concinnatum iri Verſiones, trium iam ſeculorum experientia ſponderet; ex nouiſque Emendationibus in hac Editione indicatis, longe praeſtituras poſteriores prioribus, augurari tuto liceret. Accepi itaque prouinciam, a Viro graui et docto in primis oblatam, cui ſi ipſi rem in ſe ſuſcipere per grauiora negotia licuiſſet, non ſenſiſſet Reſp. Literaria detrimenti quicquam Editoris morte ad ſe hac in Editione perueniſſe. Ego vero, re intellecta, publicis commodis hac in parte non deeſſe, officii mei eſſe duxi: miſſiſque ad tempus aliis omnibus, totum me huc accinxi.

Perlectis ſedulo trium, quae reſtabant, Voluminum Vitis; animaduerſaque in prioribus Editoris ratione; methodoque eius rite inſpecta; tum demum horum etiam Volu-

Volumiuum Notas et Emendationes, aut iam editas a Viris quos dixi doctis, eligere; aut ope Notularum Cl. Editoris contexere; aut denique ex mei ipsius obseruatione, vbi quid aliorum diligentiam fugisse animaduertebam, nouas conscribere coepi. Quas Tu nunc, cum caeteris accipe; si non quales ab eo expectari possent, qui Operi edendo tantum temporis, cnm non mediocri qua pollebat eruditione, insumpserat; at non indignas tamen, vti spero, quae supplementi vicem obtineant; quamuis raptim, re ita postulante, a me scriptae sint; ne diutius Editione vtilissima careret Resp. Literaria.

Haec itaque omnibus Voluminibus communia insunt.

Vltimo vero additus est, *Index duplex* accuratus; Prior rerum in toto Opere memorabilium, ex Parisiensi quidem Editione desumptus, sed non tenui Editoris labore ad hanc, numeris mutatis, accommodatus: Posterior, Scriptorum a Plutarcho laudatorum.

Primo autem Tomo, praemissa quaedam sunt toti Operi inseruientia. 1. *Chronologia Daceriana*, ab Editore Latine versa. 2. *De Plutarcho*, ex Fabricio aliisque, scitu digna; *Catalogusque Vitarum* ab eo conscriptarum, a Lampria filio editus. 3. Plutarchi *Elogia*, ex veteribus praesertim excerpta; quae in Editione Parisiensi non exstant.

Haec sunt, candide Lector, quae te scire intererat, vt quid emolumenti afferat haec Editio intelligas. Quae si verbis minime fucatis, et ita nude, a nobis exposita sunt; eam scias fuisse Clar. Bryani modestiam, si Viri ingenium ex vno aut altero colloquio et scriptis norim, vt haud aliter ipse dicturus fuerit.

Tuae partes erunt, si operam bene collocatam senties, memoriam Viri de te bene meriti colere; fruique laboribus. Si autem ex Plutarchi lectione ad Virtutem Prudentiamque, hisce adiutus, profeceris; laboribus huiusmodi faueas aequum est: vt bona ingenia alacrius ad eximios quosque Veteres Scriptores emaculandos et illustrandos excitentur, ex quibus non exigua Bonarum omnium Artium incrementa sperare merito possimus.

Hinc

Hinc certe miris modis, longeque quam ex Hiſtoria melius, Virorum ſua fere cuiuſque aetate praeſtantiſſimorum virtutes et vitia intime perſpicienda, aeternitatique a Plutarcho conſecrata, intueri nobis licet. Hic, quid in iis imitandum, quid cauendum fugiendumue, optime, ſummaque cum voluptate et vtilitate, videns: immorando, verſando, et ſaepius repetendo, efficere potes, vt et te ipſe tibi, animum regendo, moreſque tuos ad eandem normam conformando, et Reip. vtilem per eaſdem artes praebeas, quas Viri illi Patriae amantiſſimi excoluerunt: ambitionem, luxum, peſtes reliquas fugias, quae alios, Reſque eorum publicas, peſſum dederunt.

Poſſunt quidem haec ex vernaculis etiam Verſionibus aliquatenus peti; nec inuidendum in ſubſidium indoctorum eiuſmodi procurari Verſiones quas legere et intelligere poſſint. Quin laudandi potius qui in eorum gratiam laborem iſtum ſuſcipiunt. Sed cauendum ſedulo ne Iuuenes, poſt tot annos in Scholis Academiiſque exactos, ſegniores facti, verſionibuſque illis contenti, a Scriptorum ipſorum Originalium lectione abſtineant: quod, in Graecis praeſertim, admitti a nimis multis conſtat.

Non abs re erit itaque his paucis, Qui factum ſit, inquirere, vt cum tertio ab hoc ſeculo tot non modo Viri, ſed et Foeminae principes et illuſtres, fuerint, quae Graeca et intelligerent probe et nocturna verſarent manu, verſarent diurna; nunc tam pauci inter doctos ipſos reperiantur, qui Graecos fontes adeant; et, Quid ei malo mederi poſſit, circumſpicere.

Cauſas mali huius Tres praecipuas inuenio; quas indicare hic ſufficiet, ne longius progrediatur oratio.

I. Lexicorum, quorum ope addiſcenda Lingua Graeca eſt, abſurda ratio a Stephano inuecta; in quibus ad Themata, ſeu Radices, referuntur inquirendae voces; prima huius mali cauſa mihi ſemper viſa eſt: cum danda fuerit opera, vt ſtatim, ordine ſuo alphabetico poſita, vox quaeſita inueniri poſſet. Vt enim moleſtiam inutilem mittam, quam inuehit Thematis primo inuentio, variarum

rum deinde ſub illo Claſſium peragratio, antequam ad id, quod vnice quaeritur, perueniri poſſit; quid abſurdius excogitari poteſt, quam ab adoleſcente, linguae prorſus, ſi rudimenta excipias, ignaro, id flagitare, vt, ad quod Thema referenda vox quaeque ſit, ſciat? Sunt quaedam, fateor, ita apertae, vt vel mediocriter in Graecis verſatus haerere non poſſit: at rurſus multae ſunt, quae vel doctis ipſis moleſtiam creent. Redeundum itaque fuit ad veterem, et, ante Stephanum, receptum, Ordinem alphabeticum; quem Conſtantini Lexicon obſeruat. Cuius ideo nouam Editionem non eſſe procuratam miror, additamentis locupletatam, quae ex Stephani Theſauro aliiſque non difficili labore a quouis peti poterant, ſi nulla ex priuato obſeruationum penu acceſſio in promtu eſſet.

II. Dolendum etiam, quod Lexica nulla exſtent, quae, in iuniorum ſaltem gratiam, Graecas voces vernaculis reddant. Abſurdum enim eſt, ope Latinae Linguae Graecam ab iis ediſci; tum quia Latinam ii nondum ſatis norunt, tum quod ipſi Lexicon ſcribenti magis familiaris ſua eſt, meliuſque perſpecta, expreſſiuſque adeo et ſignantius, ſi eam vel leuiter excoluerit, vim verborum phraſiumque reddere poterit. Qua de re aliquanto fuſius in Epiſtola Gallica dixi, quae ante aliquot annos in Tomo XI. libelli prodiit, cui titulus, *Nouvelles Litteraires.*

III. Mos, qui per duo fere iam ſecula obtinuit, quo Latina cum Graecis ad latus poſita eduntur, ſtudioſorum ſegnitiem alit, interque Cauſas, cur Graeca iaceant, non numerari tantum, ſed locum praecipuum obtinere, merito cenſendus eſt. Lectis enim leuiter fere Graecis, ſtatim, ſi haereant, Latina, quae ad manum ſunt et ſub oculis, adeunt; quibus lectis, vlterius inquirere plerique negligunt. Vnde fit, vt prauum ſaepe, pro vero, ſenſum accipiant; Interpretiſque mentem, pro Scriptoris ipſius ſibi obtrudi patiantur; Linguae certe penetralia nunquam adeant.

Haec Impedimenta, donec, rebus mutatis, ſublata ſint, moreſque ſaniores in Rem literariam inuecti, Iuue-

nibus noſtris ſtrenuis auctor ſim, vt Lexicon ſibi Conſtantini comparent: Graecas Editiones veteres in manus ſumant, in quibus Latini nihil eſt; has cum optimis recentioribus prius a ſe collatas, notatiſque variis lectionibus, ſedulo legant: Omnia ipſi per ſe, quantum, poſſunt ope Lexici, intelligere nitantur: In Margine Lexici, quae moleſtiam crearunt annotent; Perlectum ſic accurate Librum aliquem eximium, repetitis lectionibus ſibi familiarem reddant: ad alios tum demum Scriptores, eadem cura, labore certe iam longe leuiore, progrediantur. Spondeoque, paucis annis futurum, vt magna cum voluptate, magnoque cum fructu, quoſcunque opus fuerit, euoluere et intelligere Libros Graecos poſſint: qua ex re quid commodi ad eos, quid ad Rempublicam, Eccleſiamue, rediturum ſit emolumenti, huius loci non eſt enarrare. *Vale.* Calendis Maii, Anno MDCCXXVII.

LECTORI.

LECTORI.

His ſcriptis, cum Bibliopolae de Codice MS. inſigni inaudiuiſſent, qui in Coenobio Sancti Germani in pratis aſſeruatur, nollentque ſuam Editionem abſque ea Collatione prodire, decimo tandem poſt menſe ad eos peruenit illa Collatio; quam ſeorſim edendam, et primo volumini poſt Elogia inſerendam totam, ne diſtrahendo peccarent bibliopegi, curarunt.

Codex ille manuſcriptus optimae notae, Decimo ſeculo exaratus a Doctis exiſtimatur, qui ex notis indiciis aetatem ſcriptorum librorum ſatis feliciter et tuto aſſignare ſolent.

Membranaceus eſt; eleganti manu ſcriptus; (eadem quidem, ad Numae in eo Vitam vſque; deinde autem alia, ſed eiuſdem antiquitatis;) digniſſimuſque Clar. Editori merito in Schedis viſus, qui cum Edito conferretur. Delibatam eſſe hanc Collationem a Dacerio, in Notis videbis: ſed ex integra, quam nunc exhibemus, quanti ſit pretii melius patebit.

Continet autem (foliis 170.) Vitas Plutarchi XV. ſequentes; hoc ordine: 1. Antonii extrema tantum. 2. et 3. Pyrrhum et Marium. 4. Aratum 5. Artaxerxem. 6. et 7. Agidem et Cleomenem. 8. et 9. Tib. et C. Gracchos. 10. Lycurgum, fine mutilum. 11. Numam, initio imperfectum. 12. Lyſandrum. 13. Syllam. 14. Ageſilaum. 15. Pompeium.

Noſtro autem ordine, vt eo te labore leuem, ſic.

Lycurgum et Numam; Pyrrhum et Marium; Lyſandrum et Syllam; Ageſilaum et Pompeium; Agidem, Cleomenem, Tiberium Caiumque Gracchos; Antonii extrema; Artaxerxem; Aratum.

Collationem nos integram, a Viro Docto nobis incognito, dum Coislinianus adhuc Codex audiret, factam,

exhibemus; nisi quod inutilia haec omisimus; 1. Varias Lectiones in ea adnotatas, quibus ansam praebuerant mera typographica menda Editionis Stephanianae aut Parisiensis, ad quas alternis adornata est: 2. Notas vocum ita euanidarum, vt vix legi possent: 3. Scholia marginalia paucula, quae ipse Collator, dum describeret, leuissimi esse momenti obseruauit.

Reliqua omnia publici iuris facienda duximus. Quamvis enim non omnia eiusdem pretii sint; nonnulla etiam aperte mendosa; multa leuissima; ne haec quidem Viris Doctis prorsus inutilia censenda sunt; cum Librariorum solemnes lapsus, aetatumque variarum consuetudines prauas in scribendis Graecis obseruare, et in promtu habere, non minima sit felicis Critices instrumenti pars.

Optandum quidem foret, vt qui Varias eiusmodi Lectiones, tanto suo labore, concinnant, probas a mendosis et palam reiiciendis, aut asterisco, aut literulis aliquot, distinguerent. Idque ego, speciminis causa, in his saltem praestare moliebar, quae in tribus posterioribus Voluminibus exstant; sed temporis ratio, ne festinantes operas detinerem, prohibuit. Hoc vnum praestiti; cum per se edantur, Quaenam harum in prioribus Collationibus eaedem aut diuersae reperiantur, Quaeque in Notis sint adductae, aut ex coniectura praereptae, monere curaui, cum ad Varias Lectiones Te aut Notas illic amando. *Vale iterum.* Nonis April. MDCCXXVIII.

CHRONO-

CHRONOLOGIA DACERIANA
PLVTARCHI VITIS ACCOMMODATA.

Ann. Mund.	Ann. ante primam Olympiadem.		Ann. ante Romam conditam.	Ann. Ante I. C.
2437	737	Diluuium, quod Deucalionis vocatur, quia sub regno eius euenit; nempe 15 seu 16 anno ante exitum Israelitarum ab Aegypto.	761	1511
2547	627	Minos primus, filius Iouis et Europae, regnauit Cretae 110 anno post Diluuium. Fuit Rex iustissimus.	651	1401
2698	486	Minos secundus, filius Lycastes, nepos primi, successit patri. Fuit Tyrannus.	500	1250
		THESEVS.		
2720	454	Expeditio Argonautarum fuit circiter A. M. 2720. Non dubium est, quin Theseus tunc vixerit. Fuit enim cum Iasone, filiusque eius Demophon ad bellum Troianum iuit, quod euenit 40 ann. post illam expeditionem.	478	1228
2768	406	Troia capta. Tunc Iephtha iudicabat Israel.	430	1180
2847	327	Reditus Heraclidarum in Peloponnesum 80 ann. post Troiam captam.	351	1101
2880	294	Primum bellum Atheniensium contra Spartam, quo Codrus, Rex Atheniensium, se pro patria deuouebat. Saul, primus Rex Israel.	318	1068
2894	288	Helotae subacti ab Agide Rege Spartae.	304	1055
2908	266	Migratio Ionica, 140 ann. post Troiam captam.	290	1040

A. M.	Olymp.	LYCVRGVS.	A.V.C.	Ante I. C.
3045	129	Vixit tempore Prophetae Elisaei. Thales Musicus eodem tempore floruit.	153	904
3174	I	*PRIMA OLYMPIAS.*	25	774
		ROMVLVS.	Ann. ab Vrbe condita.	
	Ann. Olymp.			
3198	VII. I.	Roma condita anno primo Olymp. septimae.		
3201	VII. 4.	Raptus Sabinarum.	4	747
3235	XVI. I.	Mors Romuli.	38	713
		NVMA.		
3236	XVI. 3.	Rex electus	39	712
3279	XXVII. 2.	Mortuus.	82	669
		SOLON.		
3350	XLV. I.	Non dubium est, quo tempore Solon floruit, quum vixit sub Pisistrato, qui Athenas domuit Olymp. 50. Solon illo senior fuit 25 seu 30 ann.	153	598
		Coniuratio Cylonis.		
3354	XLVI. I.	Epimenides adiit Athenas. Septem Sapientes, Aesopus, Anacharsis Scytha.	157	594
3356	XLVI. 3.	Solon, Archon.	159	592
		Croesus, Rex Lydiae.		
3370	L. I.	Pythagoras in Italiam venit.	173	578
3391	LV. 2.	Cyrus, Rex Persiae.	194	557
3401	LVII. 4.	Croesus captus.	204	547
		VALERIVS PVBLICOLA.		
3442	LXVIII. I.	Consul effectus in locum Collatini.	245	506
		Pugna Bruti et Aruntis filii natu maioris Tarquinii. Vterque caesus.		
3444	LXVIII. 3.	Publicola ter Consul. Hora-	247	504

tius

A. M.	Olymp.		A.V.C.	Ante I. C.
		tius Puluillus collega eius dedicat Templum Iouis Capitolini.		
		Horatius Cocles Pontem ſublicium defendit contra Tuſcos.		
3448	LXIX. 3.	Mors Publicolae.	251	500
3459	LXXII. 1.	Hoc anno ponitur pugna Marathonia, qua vicit Darium Hyſtaſpis Miltiades Dux Athenienſis. Sed reuera duobus annis poſtea, nempe Ol. 72. 3. ibi proeliatum eſt. Interfuerunt Themiſtocles et Ariſtides.	262	489
		CORIOLANVS.		
3460	LXXII. 2.	In exilium abiit, quod frumentum Sicilia aduectum vetuit plebi diſtribui. Ad Volſcos receſſit.	263	488
3462	LXXIII. 1.	Naſcitur Herodotus.	265	486
3463	LXXIII. 2.	Coriolanus Romam obſidet. Matris et vxoris precibus exoratus recedit. A Volſcis obruitur lapidibus.	266	485
		ARISTIDES.		
3467	LXXIV. 2.	Ariſtides Oſtraciſmo pulſus in exilium, et poſt tres annos reuocatus.	270	481
		THEMISTOCLES.		
3470	LXXV. 1.	Pugna Salaminia, qua victus Xerxes a Themiſtocle, Duce Athenienſium, et Eurybiade, Duce Lacedaemoniorum.	273	478
3471	LXXV. 2.	Pugna Plataeenſis, qua Mardonius victus ab Ariſtide et Pauſania.	274	477
3474	LXXVI. 1.	Naſcitur Thucydides.	277	474
3479	LXXVII. 2.	Themiſtocles Oſtraciſmo pulſus.	282	469

A. M.	Olymp.		A.V.C.	Ante I. C.
		CIMON,		
3480	LXXVII. 3.	Filius Miltiadis, paulo iunior Themiſtocle, vixit eodem tempore. In Aſiam legatus Perſas terra marique vicit.	283	468
3481	LXXVII. 4.	Socrates naſcitur. Vixit 71 annos.	284	467
3500	LXXXII. 3.	Cimon moritur. Eodem anno naſcitur Alcibiades. Floruerunt Herodotus et Thucydides. Hic illo iunior 12 ſeu 13 ann.	303	448
		PERICLES,		
3519	LXXXVII. 2.	Filius Xanthippi, mouit bellum Peloponneſiacum, quod vocatur etiam bellum Archidami; quoniam Archidamus tunc Spartae regnabat. Bellum hoc durauit 27 ann. Pericles tutor fuit Alcibiadis. Iuuenis admodum fuit, quum Decemuiri Solonis leges Athenis petebant.	322	429
3521	LXXXVII. 4.	Moritur Pericles.	324	427
3522	LXXXVIII. I.	Naſcitur Plato.	325	426
		Xerxes ab Artabano interfectus.		
		NICIAS.		
3535	XCI. 2.	Athenienſes bellum in Sicilia ſuſcipiunt ſuadente Alcibiade, cui fruſtra ſe oppoſuit Nicias.	338	413
3537	XCI. 4.	Nicias in Sicilia victus, captus et morte multatus.	340	411
		ALCIBIADES.		
3538	XCII. I.	Iunior fuit Nicia, quocum diu in Republ. contendit. Spartam conceſſit anno, quo bellum auſpicati ſunt in Sicilia. Inde de vitae periculo certior factus	341	410

ad

A. M.	Olymp.		A. V. C.	Ante I. C.
		ad Tisaphernem, Darii Praefectum, confugit.		
3539	XCII. 2.	Dionysius senior tyrannidem Syracusarum occupat.	342	409
		LYSANDER		
3545	XCIII. 4.	Bellum Peloponnesiacum finiit, cum 27 ann. durauerat. Triginta Tyrannos Athenis constituit. Xenophon floruit eodem tempore cum Thucydide, licet aetate inferior. Historiam auspicatur, vnde Thucydides suam concludit. Sic isti tres Historici se inuicem sequuntur, totamque Graecam Historiam complectuntur.	348	403
3546	XCIV. I.	Alcibiades mandato Pharnabazi occisus.	349	402
		ARTAXERXES Mnemon,		
3549	XCIV. 4.	Filius Darii, et frater Cyri iunioris. Regnare coepit, quando Lysander Athenis potitus est. Insigni proelio Cyrum fratrem vicit.	352	399
3550	XCV. I.	Socrates moritur.	353	398
		AGESILAVS.		
3553	XCV. 4.	Iunior Lysandro, qui illum deperibat. Spartae regnauit post mortem fratris Agidis.	356	395
3554	XCVI. I.	Lysander in Hellespontum missus ab Agesilao.	357	394
3555	XCVI. 2.	Agesilaus Equitatum Persarum fudit. Lysander diem obiit.	358	393
3561	XCVII. 4.	Romani apud Alliam fusi.	364	387
		CAMILLVS.		
3562	XCVIII. I.	Ardeam recedit.	365	386
3566	XCIX. I.	Nascitur Aristoteles.	369	382

A. M.	Olymp.		A.V.C.	Ante I. C.
3569	XCIX. 4.	Naſcitur Demoſthenes.	372	379
3574	CI. I.	Chabrias Lacedaemonios fudit.	377	374
3579	CII. 2.	Pax inter Athenienſes et Lacedaemonios.	382	369
		Eodem anno inſignis pugna Leuctrica, qua Lacedaemonii ſub Cleombroto a Thebanis ſub Epaminonda victi. Cleombrotus ibi occubuit.		
		PELOPIDAS.		
3580	CII. 3.	Dux Thebanus, praefuit Sacrae Turmae proelio ad Leuctram.	383	368
3582	CIII. I.	Dionyſius ſenior, Siciliae Tyrannus, moritur. Succedit filius eius, Dionyſius Iunior.	385	366
3584	CIII. 3.	Iſocrates floruit, aetate Platonis multo inferior.	387	364
		TIMOLEON.		
3585	CIII. 4.	Occidit fratrem Timophanem, qui tyrannidem Corinthi affectabat.	388	363
3586	CIV. I.	Pelopidas Alexandrum Pheraeum in Theſſalia fudit. Ipſe tamen in proelio cecidit.	389	362
3587	CIV. 2.	Celebris ad Mantineam pugna, qua vicit Epaminondas, a filio Xenophontis Hiſtorici caeſus.	390	361
3588	CIV. 3.	Mors Camilli.	391	360
3589	CIV. 4.	Mors Artaxerxis, eodemque anno Ageſilai.	392	359
		D I O N.		
3593	CV. 4.	Dionyſium Tyrannum Sicilia expellit.	396	355
3594	CVI. I.	Naſcitur Alexander Magnus.	397	354
3596	CVI. 3.	Dion a Callippo interficitur.	399	352

DEMO-

A. M.	Olymp.		A.V.C.	Ante I. C.
		DEMOSTHENES		
3598	CVII. I.	Incipit perorare contra Philippum.	401	350
3602	CVIII. I.	Mors Platonis.	405	346
3605	CVIII. 4.	Timoleon in Siciliam miſſus ad opitulandum Syracuſanis.	408	343
3607	CIX. 2.	Dionyſius Iunior Corinthum miſſus.	410	341
3609	CIX. 4.	Naſcitur Epicurus.	412	339
3610	CX. I.	Timoleon magno proelio Carthaginenſes fudit.	413	338
3612	CX. 3.	Inſignis ad Chaeroneam pugna, qua Athenienſes et Thebani a Philippo victi. Alexander filius eius vnum cornu duxit.	415	336
3613	CX. 4.	Mors Timoleontis.	416	335
		ALEXANDER MAGNVS		
3614	CXI. I.	Totius Graeciae dux declaratus contra Perſas poſt obitum patris Philippi.	417	334
3616	CXI. 3.	Pugna ad Granicum.	419	332
3619	CXII. 2.	Pugna ad Arbelam.	422	329
3623	CXIII. 2.	Porus ſuperatus.	426	325
3627	CXIV. I.	Mors Alexandri.	430	321
		PHOCION		
3632	CXV. 3.	Ad Polyperchontem fugit, a quo per proditionem Athenienſibus deditus interficitur.	435	316
		EVMENES,		
3634	CXVI. I.	Inter Alexandri Duces fere primus. Militauerat ſub Philippo. Proditione traditus Antigono, et occiſus.	437	314
		DEMETRIVS,		
3636	CXVI. 3.	Cognomine Poliorceta, filius Antigoni. Relictus Dux	439	312

cum

A. M.	Olymp.		A.V.C.	Ante I. C.
		cum exercitu in Syria nondum 22 annos natus.		
3643	CXVIII. 2.	Athenae ab eo liberatae.	446	305
		PYRRHVS,		
3670	CXXV. I.	Rex Epiri, cum Demetrio vixit. In Italiam transuectus Consulem Laeuinum superauit.	473	278
3685	CXXVIII. 4.	Primum bellum Punicum per 24 ann. gestum.	488	263
3696	CXXXI. 3.	Nascitur Philopoemen.	499	252
		ARATVS.		
3699	CXXXII. I.	Sicyonius liberauit Patriam a tyrannide Nicoclis.	502	249
		AGIS et CLEOMENES.		
3723	CXXXVIII. 2.	Eodem tempore cum Arato vixerunt, quippe Aratum vicit Cleomenes.	526	225
		PHILOPOEMEN.		
3727	CXXXIX. 2.	Triginta annos natus, quum Cleomenes Megalopolin cepit. Sub idem tempus vixerunt Hannibal, Marcellus, Fabius Maximus, Scipio Africanus.	530	221
3731	CXL. 2.	Secundum bellum Punicum per 18 annos gestum.	534	217
3733	CXL. 4.	Hannibal ad lacum Thrasymenum Flaminium Consulem vicit.	536	215
3734	CXLI. I.	Et Varronem et Aemilium Coss. ad Cannas.	537	214
3736	CXLI. 3.	Victus ad Nolam a Marcello.	539	212
3738	CXLII. I.	Marcellus cepit Syracusas.	541	210
3741	CXLII. 4.	Fabius Maximus Tarentum occupat.	544	207
3747	CXLIV. 2.	Mors Fabii Maximi.	550	201
3749	CXLIV. 4.	Scipio ob deuictam Africam triumphat.	552	199

T. QVIN-

A. M.	Olymp.	T. QVINTIVS FLAMININVS,	A.V.C.	Ante I. C.
3752	CXLV. 3.	Consul factus nondum triginta annos natus.	555	196
		CATO CENSOR		
		Eodem tempore vixit. Comitatus est enim Fabium Maximum, quum Tarentum cepit, non plus 21 seu 22 ann. natus.		
3754	CXLVI. 1.	Tota Graecia liberata a T. Q. Flaminio.	557	194
3755	CXLVI. 2.	De Hispania triumphat.	558	193
3766	CXLIX. 1.	Mors Scipionis Africani.	569	182
3767	CXLIX. 2.	Mors Philopoemenis. Eodem anno primum consul	570	181
		AEMILIVS PAVLVS;		
		Filius Lucii Aemilii ab Hannibale ad Cannas superati.		
3782	CLIII. 1.	Secundum Consul Regem Perseum vicit et captiuum duxit. Hoc tempore vixit Iudas Macabaeus.	585	166
		Floruit item Terentius.		
3790	CLV. 1.	Mors Pauli Aemilii.	593	158
3794	CLVI. 1.	Nascitur Marius.	597	154
3801	CLVII. 4.	Tertium bellum Punicum per 4 annos gestum.	604	147
		Mors Catonis Censoris.		
3804	CLVIII. 3.	Scipio iunior, Pauli Aemilii filius, diruit Carthaginem.	607	144
		TIB. et C. GRACCHI.		
3827	CLXIV. 2.	Leges Caii Gracchi.	630	121
		M A R I V S.		
3843	CLXVIII. 2.	Numidiam proficiscitur contra Iugurtham.	646	105
		Nascitur Cicero.		
3844	CLXVIII. 3.	Nascitur Pompeius.	647	104

Marius

A. M.	Olymp.		A.V.C.	Ante I. C.
3846	CLXIX. I.	Marius secundum Consul missus contra Cimbros.	649	102
3850	CLXX. I.	Nascitur Iulius Caesar sub sexto Consulatu Marii.	653	98
		SYLLA.		
3855	CLXXI. 2.	Missus post Praeturam in Cappadociam.	658	93
3862	CLXXIII. I.	Romam occupat.	665	86
3863	CLXXIII. 2.	Athenas capit. Eodem anno Marius obiit.	666	85
		SERTORIVS.		
3867	CLXXIV. 2.	Missus in Hispaniam.	670	81
3868	CLXXIV. 3.	Marius iunior a Sylla victus, qui postea Pontium Telesinum sub portas Romae fudit. Vrbem ingressus, fit Dictator, et omnimodam saeuitiam exercet.	671	80
		MARCVS CRASSVS.		
		Proscriptionibus Syllanis fit diues. Pompeio senior.		
		POMPEIVS.		
3869	CLXXIV. 4.	Natus 25 ann. missus in Africam Domitium vicit.	672	79
		CATO VTICENSIS.		
		Fuit Pompeio iunior: quippe 14 tantum annos habuit, quum Sylla summa crudelitate saeuiit.		
		CICERO.		
3870	CLXXV. I.	Roscium defendit, quem Sylla clam opprimere voluit.	673	78
3871	CLXXV. 2.	Sylla Dictaturam abdicat, et insequenti anno moritur.	674	77
3874	CLXXVI. I.	Pompeius in Hispania contra Sertorium militat.	677	74

A. M.	Olymp.	LVCVLLVS.	A. V. C.	Ante I. C.
3877	CLXXVI. 4.	Missus post Consulatum contra Mithridatem.	680	71
3879	CLXXVII. 2.	Sertorius in Hispania trucidatus. Crassus cum Pompeio Consul.	682	69
3881	CLXXVII. 4.	Tigranes a Lucullo victus.	684	67
3887	CLXXIX. 2.	Mors Mithridatis. Pompeius expugnat Templum Hierosolymitanum. Nascitur Augustus.	690	61
		IVLIVS CAESAR.		
3891	CLXXX. 2.	Consul cum Bibulo Illyrium obtinet duasque Gallias cum 4 legionibus. Locat filiam Iuliam Pompeio.	694	57
3897	CLXXXI. 4.	Crassus a Parthis captus et occisus.	700	51
3902	CLXXXIII. 1.	Caesar Pompeium ad Pharsaliam superat. Is in Aegyptum fugiens occiditur.	705	46
3903	CLXXXIII. 2.	Caesar Alexandria potitus Aegyptum subiugat: inde Syriam profectus Pharnacem Ponti Regem vincit.	706	45
3904	CLXXXIII. 3.	Vincit Iubam, Scipionem et Petreium in Africa, et quater triumphat. Cato se interimit.	707	44
3905	CLXXXIII. 4.	Vincit Pompeii filios ad Mundam in Hispania. Cnaeus Pompeius proelio occidit, Sextus in Siciliam fugit. Caesar quintum agit Triumphum.	708	43
		BRVTVS.		
3906	CLXXXIV. 1.	Caesar a Bruto et Cassio interficitur.	709	42
3907	CLXXXIV. 2.	Brutus in Macedoniam transit.	710	41
		M. ANTONIVS.		
		Victus ab Augusto ad Mutinam eodem anno.		

Ad

A. M.	Olymp.		A.V.C.	Ante I. C.
		Ad Lepidum confugit Triumuiratus Augusti, Lepidi et Antonii, qui Imperium inter se diuidunt.		
3908	CLXXXIV. 3.	Proelium ad Philippos, quo Brutus et Cassius ab Augusto et Antonio pulsi sibi manus intulerunt.	711	40
3909	CLXXXIV. 4.	Antonius foedus init cum Sexto Pompeio contra Augustum.	712	39
3910	CLXXXV. I.	Augustus et Antonius amicitiam renouant post mortem Fuluiae, vxoris Antonii, qui Octauiam Augusti sororem desponsauit.	713	38
3918	CLXXXVII. I.	Noua occasio belli inter Augustum et Antonium.	721	30
3919	CLXXXVII. 2.	Proelium Actiense, quo Antonius ab Augusto victus cum Cleopatra in Aegyptum confugit.	722	29
3920	CLXXXVII. 3.	Augustus potitur Alexandria. Antonius et Cleopatra mortem sibi consciscunt.	723	28
				Ann. post I. C.
		GALBA.		
3947	CXCIV. 2.	Galba natus eodem anno cum Iesu Christo.	750	I
3981	CCII. 4.	Otho nascitur.	784	34
3982	CCIII. I.	Galba fit Consul.	785	35
4018	CCXI. 4.	Defectio Vindicis. Nero occiditur. Galba Imperator nominatur.	820	70
		OTHO		
4019	CCXII. I.	A Galba desciscit, quo occiso Imperium occupat. Tres post menses a Vitellio victus seipsum interficit.	821	71

DE

DE PLVTARCHO ELOGIA.

Taurus, apud Gellium lib. I. *cap.* XXVI.

Quid Plutarchus noſter, vir doctiſſimus ac prudentiſſimus ſenſerit, non abs re eſt, vt id audias.

A. Gellius lib. IV. *cap.* XI.

Plutarchus homo in diſciplinis graui autoritate.

Origenes lib. v. ſub finem, contra Celſum.

Παράδοξα δὲ πράγματα τοῖς ἀνθρώποις ἐπιφαίνεσθαί ποτε, καὶ τῶν Ἑλλήνων ἱςόρησαν ȣ̓ μόνον οἱ ὑπονοηθέντες ἂν ὡς μυθοποιȣ̃ντες, ἀλλὰ καὶ οἷον πολὺ ἐπιδειξάμενοι γνησίως φιλοσοφεῖν, καὶ φιλαλήθως ἐκτίθεσθαι τὰ εἰς αὐτȣ̀ς φθάσαντα. τοιαῦτα δὲ ἀνέγνωμεν παρά τισι τῶν νεωτέρων, καὶ χθὲς καὶ πρώην γεγενημένων, ὥσπερ παρὰ τῷ Χαιρωνεῖ Πλȣτάρχῳ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς.

Euſebius Praeparationis libro III. ſtatim initio.

Ἐμοὶ δὲ ἐξαρκεῖ τὰς ἀποδείξεις ἀπὸ τῶν μάλιςα διαφανῶν, καὶ πᾶσι τοῖς φιλοσόφοις γνωρίμων, κλέος τε ȣ̓ μικρὸν φιλοσοφίας παρ᾽ Ἕλλησιν ἀπενηνεγμένων, παρασχεῖν. ὧν πρῶτον λαβὼν, ἀνάγνωθι τȣ̃ Χαιρωνέως Πλȣτάρχȣ, etc.

Himerius Sophiſta Ethnicus, Bithynus, in funebri laudatione, quam in filium Rufinum habuit.

Θρηνῶ νῦν ὃν δεινότερον ἤλπιζα Μινȣκιανȣ̃ φθέγξασθαι, σεμνότερον δὲ Νικαγόρȣ, Πλȣτάρχȣ δὲ εὐγλωττότερον, Μȣσωνίȣ δὲ φιλοσοφώτερον, Σέξτȣ καρτερικώτερον, πάντων δὲ ὁμȣ̃ τῶν προγόνων λαμπρότερόν τε καὶ κρείττονα.

Eunapius Sardianus in praefatione libri de Vitis Sophiſtarum et Philoſophorum.

Πλȣ́ταρχος ὁ θειότατος.

Idem ibidem mox.

Πλȣ́ταρχός τε αὐτὸς ἡ φιλοσοφίας ἁπάσης Ἀφροδίτη καὶ λύρα.

Ibidem poſt paulo.

Τȣ́των δὲ σαφεῖς μὲν καὶ ἀκριβεῖς ȣ̓κ ἦν ἀνευρεῖν τȣ̀ς βίȣς, ἅτε μηδενὸς ἐγγεγραφότος, ὅσα γε ἡμᾶς εἰδέναι, ἱκανοὶ δὲ αὐτῶν ἦσάν τε καὶ

καὶ εἰσὶ βίοι τὰ γράμματα τοσαύτης ἀνάμεστα παιδείας καὶ θεωρίας, εἴς τε ἠθικὴν ἀρετὴν, καὶ ὅση πρὸς τὴν τῶν ὄντων διήρατο καὶ ἀνέβλεψε φύσιν, τὴν ἄγνοιαν τῶν δυναμένων ἀκολουθεῖν, ὡς ἀχλύν τινα σκεδάσασα. αὐτίκα οὖν ὁ θεσπέσιος Πλούταρχος, τόν τε ἑαυτοῦ βίον ἀναγράφει τοῖς βιβλίοις ἐνδιεσπαρμένως, καὶ τὸν τοῦ διδασκάλου.

Cyrillus Alexandriae Archiepiſcopus, libro I. contra Iulianum.

Γεγράφασι δὲ περὶ τούτων, Πλούταρχός τε καὶ ἕτεροι τῶν παρ' αὐτοῖς (Ἕλλησι) λογάδων.

Idem libro II. aduerſus eundem.

Ἔφη γάρ που περὶ αὐτῶν ἰσχνὸς ὢν ἄγαν ὁ Πλούταρχος ἐν πρώτῳ βιβλίῳ φυσικῶν δογμάτων Συναγωγῆς.

Theodoretus Cyri Syriae Epiſcopus, lib. x. qui eſt De Oraculis.

Μαρτυρεῖ δὲ διαῤῥήδην καὶ Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεὺς, ἀνὴρ οὐχ Ἑβραῖος, ἀλλ' Ἕλλην καὶ τὸ γένος, καὶ τὴν γλῶτταν, καὶ μέντοι καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς δόξαις δεδουλωμένος, καὶ τὸν τῶν χρηστηρίων ἀκριβῶς ἐπιστάμενος πλάνον. οὗτος πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ξυνέγραψε. Πολυμαθὴς γὰρ ὁ ἀνὴρ καὶ μάλα πολύπειρος.

Ibidem.

Ταῦτα οὐ προφήτης ἡμέτερος, οὐδ' ἀπόστολος εἴρηκεν, οὐδέ τις ἄλλος τῶν ἐκείνοις πεπιστευκότων, καὶ τὰ ἐκείνων δοξάζειν ἐσπουδακότων, ἀλλ' ἀνὴρ πᾶσαν μὲν ἠσκημένος παιδείαν, τῇ δὲ παλαιᾷ τῶν φιλοσόφων ἐξαπάτῃ δουλεύων οὕτως ἔφη.

Suidas.

Πλούταρχος Χαιρωνεὺς τῆς Βοιωτίας, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Τραϊανοῦ Καίσαρος χρόνων, καὶ ἔτι πρόσθεν. μεταδοὺς δὲ αὐτῷ Τραϊανὸς τῆς τῶν ὑπάτων ἀξίας, προσέταξε μηδένα τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα ἀρχόντων πάρεξ τῆς αὐτοῦ γνώμης τὶ διαπράττεσθαι. ἔγραψε δὲ πολλά.

Agathias Smyrnaeus Scholaſticus.

Σεῖο πολυκλήεντα τύπον στήσαντο Χερωνεῦ
  Πλούταρχε, κρατερῶν υἷες Αὐσονίων.
Ὅττι παραλλήλοισι βίοις Ἕλληνας ἀρίστους
  Ῥώμης εὐπολέμοις ἥρμοσας ἐνναέταις,
Ἀλλὰ τεοῦ βιότοιο παράλληλον βίον ἄλλον
  Οὐδὲ σύ γ' ἂν γράψαις· οὐ γὰρ ὅμοιον ἔχεις.

Photius

Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus in Myriobiblo ſiue Bibliotheca, Cod. CCLV.

Ἀνεγνώσθησαν ἐκ τῶν Πλουτάρχου Παραλλήλων διάφοροι λόγοι, ὧν ἡ ἔκδοσις κατὰ σύνοψιν ἐκλέγεται διάφορον χρηστομαθίαν.

Ioan. Xiphilinus Trapezuntius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Epitomes lib. XLIV.

Βουλομένου δὲ αὐτοῦ (Καίσαρος) καὶ παρασκευαζομένου στρατεύειν ἐπὶ τοὺς Πάρθους, οἱ περὶ τὸν Βροῦτον τὸν Μάρκον, καὶ τὸν Κάσσιον τὸν Γάϊον, ἐπεβούλευσαν αὐτῷ, καὶ ἀπέκτειναν, ὡς μὲν ὁ συγγραφεὺς λέγει, δι' ἀλιτηριώδη τινὰ οἶστρον, τοὺς Καίσαρας δεδιώς πω, etc. ὡς δὲ τὸ ἀληθὲς ἔχει, καὶ ὁ Πλούταρχος ἐν τοῖς παραλλήλοις διδάσκει, διὰ φρονήματος ἀξίωμα φιλελεύθερον, καὶ προαιρέσεως εὐγένειαν ἥκιστα ἐθελόδουλον.

Ioan. Salisberienſis vel Sarisberienſis, Carnutum Epiſcopus, lib. IV. cap. VIII. Polycratici.

De Magiſtratuum moderatione librum fertur ſcripſiſſe Plutarchus, qui inſcribitur Archigrammaton, et magiſtratum ſuae vrbis ad patientiam et iuſtitiae cultum verbis inſtituiſſe dicitur et exemplis.

Idem in Praefatione lib. v.

Modeſta ergo breuitate in inſpiciendo corpore eius Reipublicae immoremur, et quid ſuper hoc Plutarchus cenſeat, audiatur. Nam deducta ſuperſtitione gentilium, fidelis eſt in ſententiis, in verbis luculentus, et in ſacrario morum tantus arbiter, vt facile praeceptorem Traiani poſſis agnoſcere. Si quid autem apud eum a fide diſſentit aut moribus, tempori potius, quam viro, adſcribatur. Si enim Virgilio licuit aurum ſapientiae in luto Ennii quaerere, quae inuidia eſt, quae ad eruditionem noſtram a gentilibus ſcripta ſunt, noſtris commemorare?

Libri eiuſdem cap. IV.

Ego in hoc, ſicut et in plurimis, Plutarchum cenſeo audiendum, qui Deam coecam colendam eſſe negat, aſſerens eam niſi a coecis coli non poſſe. Multa quoque proponit exempla, quibus liquet omnes coecae Deae cultores coecatos, et praecipitatos tandem in foueam exterminii.

Ibidem.

Nam in doctrina morum luculentiſſimus eſt Plutarchus.

Idem Prologo libri VI.

Dum Plutarchi vestigia in Traiani institutione familiarius sequor, meipsum hac imagine arbitror compellari, eroque ludibrio omnium, nisi diligentius persequar quod incoepi. Me enim in praesenti clientem eius esse professus sum. Sequor ergo eum, et a capite Reipub. cum eo vsque ad pedes descendam.

Franciscus Petrarcha, Florentinus, Apologia contra Gallum, tribus, quatuor paginis ante finem.

Et cum Tullio Senecam pono, de quo Plutarchus magnus vir et Graecus vltro fatetur, nullum in Graecia fuisse, qui sibi in Moralibus possit comparari.

Idem epistola ad Senecam, quae tertia est epistolarum illius ad Viros quosdam ex Veteribus illustrioribus.

Inter omnes quidem, queis clara nomina, tuum Seneca nomen annuemrandum esse non sum nescius: idque si aliunde nescirem, magno quodam et externo teste cognoui. Plutarchus siquidem Graecus homo et Traiani principis magister, suos claros viros nostris conferens, cum Platoni et Aristoteli (quorum primum diuinum, secundum Daemonium Graeci vocant) M. Varronem, Homero autem Virgilium, Demostheni M. Tullium obiecisset, ausus est ad postremum et Ducum controuersiam mouere.

Petrus Victorius Variarum lib. X. cap. III.

Plutarchus magnae auctoritatis vir, et quo nemo aequalium plura sciuit.

Iustus Lipsius notis ad I. lib. suorum Politicorum.

Inter Graecos medios Plutarchus est, qui non historiam proprie, sed particulas Historiae scripsit et ablegit, Illustrium virorum vitas. Sed dignus tamen, si quis alius, Principe scriptor, qui iudicium mirifice format, et diffusa ac plana quadam scribendi via ad virtutem vbique et prudentiam ducit, sed ad illam magis: et, nisi fallor, melior omnino, quam acutior doctor.

ΠΛΟΥ-

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΠΑΡΑΛΛΗΛΑ,
Η ΒΙΟΙ ΠΑΡΑΛΛΗΛΟΙ.

PLVTARCHI PARALLELA,
SEV VITAE PARALLELAE.

ΘΗΣΕΥΣ [a] [1].

Ὥσπερ ἐν ταῖς γεωγραφίαις [2], ὦ Σόσσιε Σενεκίων, οἱ ἱστορικοὶ τὰ διαφεύγοντα τὴν γνῶ-

Quod faciunt in situ orbis describendo, Sossi Senecio, historici, qui, si quae cognitionem suam fugiant, ea extremis

a post Θησεὺς addunt καὶ Ῥώμυλος Παράλληλον πρῶτον Bodl. 1.2.

XXXV. Ἀϊδωνέως δὲ τοῦ Μολοσσοῦ ξενίζοντος Ἡρακλέα, καὶ τῶν περὶ τὸν Θησέα καὶ Πειρίθουν κατὰ τύχην μνησθέντος ἅ τε πράξοντες ἦλθον, καὶ ἃ φωραθέντες ἔπαθον, βαρέως ἤνεγκεν ὁ Ἡρακλῆς, τοῦ μὲν ἀπολωλότος ἀδόξως, τοῦ δὲ ἀπολλυμένου. καὶ περὶ Πειρίθου μὲν οὐδὲν ᾤετο ποιήσειν πλέον ἐγκαλῶν, τὸν δὲ Θησέα παρῃτεῖτο, καὶ χάριν ἠξίου ταύτην αὐτῷ δοθῆναι. συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Ἀϊδωνέως, λυθεὶς ὁ Θησεὺς ἐπανῆλθε μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας, οὐδέπω παντάπασι τῶν φίλων αὐτοῦ κεκρατημένων· καὶ ὅσα ὑπῆρχε τεμένη πρότερον αὐτῷ, τῆς πόλεως ἐξελούσης, ἅπαντα καθιέρωσεν Ἡρακλεῖ, καὶ προσηγόρευσεν ἀντὶ [305] Θησείων, Ἡράκλεια, πλὴν τεσσάρων, ὡς Φιλόχορος ἱστόρηκεν. εὐθὺς δὲ βουλόμενος, ὡς πρότερον, ἄρχειν καὶ καθηγεῖσθαι τοῦ πολιτεύματος, εἰς στάσεις ἐνέπεσε καὶ ταραχάς, οὓς μὲν ἀπέλιπε μισοῦντας αὐτόν, εὑρίσκων τὸ μὴ φοβεῖσθαι τῷ μισεῖν [306] προσειληφότας, ἐν

Quum vero Aïdoneus Molossus Herculem hospitio cepisset, et sermonem forte intulisset de Theseo et Pirithoo, quae suscepissent facinora, et detecti, quid essent passi, tulit grauiter Hercules alterius turpem exitum, et alterius periculum. Ac de Pirithoo quidem non putauit operae pretium se facturum expostulando, verum hoc postulauit beneficii, vt concederet sibi Theseum. Annuente Aïdoneo liberatus Theseus vinculis, Athenas est regressus, nondum prorsus amicis eius oppressis. Ac quaecunque delubra ante sibi fuerant a ciuitate assignata, cuncta Herculi, quatuor demtis, sacrauit, dixitque pro Theseis Herculea, vt autor Philochorus est. Sed quum mox pristino more intenderet imperare et praeesse reipublicae, in seditiones incurrit et motus. Quos vero infensos sibi reliquerat, quum comperisset eos, praeterquam quod se odissent, insuper timorem abiecisse

305 αὐτὰ ἀντὶ Bodl. 1. 2.

306 Τὸ μὴ φοβεῖσθαι τῷ μισεῖν] τῷ μὴ φοβεῖσθαι τὸ μισεῖν Bodl. 1. 2. 3. In Graeco legitur, οὓς μὲν ἀπέλιπε μισοῦντας αὐτόν, εὑρίσκων τῷ μὴ φοβεῖσθαι τὸ μισεῖν προσειληφότας. Lapus ita vertit, vt haud dubie legerit, οὓς μὲν ἀπέλιπε, μισοῦντας αὐτὸν εὑρίσκων, τῷ μὴ φοβεῖσθαι etc. Neutram lectionem cur probem, aperiam. Lapus eo locum non habet, quod neque omnes, quos reliquerat Athenis Theseus, ipsum oderant: et qui ante odissent, tum demum adducto in

δὲ τῷ δήμῳ πολὺ τὸ διεφθαρμένον ὁρῶν καὶ θεραπεύεσθαι βουλόμενον, ἀντὶ τοῦ ποιεῖν σιωπῇ τὸ προστασσόμενον. ἐπιχειρῶν οὖν βιάζεσθαι, κατεδημαγωγεῖτο καὶ κατεστασιάζετο· καὶ τέλος ἀπογνοὺς τὰ πράγματα, τοὺς μὲν παῖδας[307] εἰς Εὔβοιαν ὑπεξέπεμψε πρὸς Ἐλεφήνορα τὸν Χαλκώδοντος, αὐτὸς δὲ Γαργηττοῖ κατὰ τῶν Ἀθηναίων ἀρὰς θέμενος, οὗ νῦν ἐστι τὸ καλούμενον Ἀρατήριον[308], εἰς Σκῦρον ἐξέπλευσεν, οὔσης αὐτῷ πρὸς τοὺς ἐκεῖ φιλίας, ὡς ᾤετο, καὶ χωρίων ἐν τῇ νήσῳ πατρῴων. ἐβασίλευε δὲ τότε Λυκομήδης τῶν Σκυρίων. πρὸς τοῦτον οὖν ἀφικόμενος, ἐζήτει[309] τοὺς ἀγροὺς ἀπολαβεῖν, ὡς αὐτόθι κατοικήσων. ἔνιοι δέ φασι παρακαλεῖν[310] αὐτὸν βοηθεῖν ἐπὶ

abiecisse sui, et populum magna ex parte animaduerteret peruersum, neque iam sine strepitu parentem, sed blande postulantem agi secum, conatus vim adhibere, factionibus est et seditionibus repressus. Demum rebus deploratis liberos in Euboeam clam ad Elephenora Chalcodontis misit Mox in Gargetto devotis Atheniensium capitibus, vbi nunc Araterion (quod vocant) est, in Scyrum nauigauit: quod amicitia ei cum incolis (vt arbitrabatur) et praedia paterna in illa essent insula. Obtinebat ea tempestate regnum in Scyrios Lycomedes. Ad hunc postquam se contulit, postulauit agros reddi sibi, quasi illic commoraturus. Aliqui eum referunt auxilium ab illo contra Athenienses flagitasse.

in contemtum Theseo, etiam non metuebant. Tacitum enim odium contemtui aperto anteire et manifesta inimicitia solet: non contra. Quare non nostri quidem codicis lectio constat: sed ita est emendanda, οὓς μὲν ἀπέλιπε μισοῦντας αὐτὸν, εὑρίσκων τὸ μὴ φοβεῖσθαι τῷ μισεῖν προσειληφότας. Hoc vt ita esse intelligas, considera vocem illam tyrannorum, *oderint, dum metuant.* Estque sapienter dictum a Diodoro Siculo lib. XVIII. τὸ γὰρ ἐν ταῖς εὐτυχίαις σιωπώμενον μῖσος, ὅταν ἐκ μεταβολῆς ἐν ταῖς ἀτυχίαις ἐκραγῇ ταῖς ὀργαῖς, ἀποθηριοῦται πρὸς τοὺς μισουμένους. Qui, inquit, rebus vtentem secundis aliquem tacite oderunt: si, eius fortuna in aduersam mutata, indignatio haec erumpat, plane aduersum eos, qui odio sunt ipsis, efferantur. Sed haec satis. *Xyl.*

307 παῖδας αὐτοῦ Bodl. I. 2.

308 Ἀρατήριον] Etymologicum magnum vocat hunc locum ἀρητήσιον, citans Philochorum in Atthide. *Meziriac.*

309 ἐζήτει Vulcob.

310 ὡς παρακαλεῖν Bodl. I. 2.

311 τοῦ

τοὺς Ἀθηναίους· ὁ δὲ Λυκομήδης, εἴτε δείσας τὴν δόξαν τοῦ ἀνδρὸς, εἴτε τῷ Μενεσθεῖ χαριζόμενος, ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς χώρας ἀναγαγὼν αὐτὸν, ὡς ἐκεῖθεν ἐπιδείξων τοὺς ἀγροὺς, ὦσε κατὰ τῶν πετρῶν, καὶ διέφθειρεν. ἔνιοι δ' ἀφ' ἑαυτοῦ πεσεῖν φασι σφαλέντα, μετὰ δεῖπνον, ὥσπερ εἰώθει, περιπατοῦντα. καὶ παραυτίκα μὲν οὐδεὶς ἔσχεν αὐτοῦ λόγον οὐδένα τεθνηκότος· ἀλλὰ τῶν μὲν Ἀθηναίων ἐβασίλευσε Μενεσθεὺς, οἱ δὲ παῖδες [311] ἰδιωτεύοντες Ἐλεφήνορι συνεστράτευσαν εἰς Ἴλιον. ἐκεῖ δὲ Μενεσθέως ἀποθανόντος, ἐπανελθόντες αὐτοὶ τὴν βασιλείαν ἀνεκομίσαντο [312]. χρόνοις δ' ὕστερον Ἀθηναίους ἄλλα τε παρέστησεν ὡς ἥρωα τιμᾶν Θησέα, καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι πρὸς Μήδους μαχομένων ἔδοξαν οὐκ ὀλίγοι φάσμα Θησέως ἐν ὅπλοις καθορᾶν πρὸ αὐτῶν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενον.

XXXVI. Μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ, Φαίδωνος [313] ἄρχοντος μαντευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία τὰ Θη-

flagitasse. At Lycomedes, siue quod gloriam tanti viri vereretur, siue vt studium suum probaret Menestheo, eduxit in rupem eius agri Theseum, tanquam inde praedia ei monstraturus, et de saxo praecipitatum interemit. Nonnulli sua sponte ferunt prolapsum, cum a coena in deambulando pro more suo offensasset. Atque in praesentia quidem nemo vllam habuit mortui rationem, sed regnauit Athenis Menestheus. Filii eius priuatam vitam agentes, Elephenora ad bellum Troianum secuti sunt. Defuncto illic Menestheo, reuersi regnum resumpsere. Posterioribus seculis visum Atheniensibus est, cum aliis ex causis, honorem, vt heroi, Theseo tribuere, tum quod milites, qui in acie Marathonia adversus Medos steterunt, non pauci visi sint speciem in armis Thesei ante signa conspicere in barbaros ruentem.

Post bellum Medicum, Phaedone Archonte, consulentibus Apollinem Atheniensibus, respondit Pythia, vt ossa Thesei

311 τοῦ Θησέως παῖδες Bodl. I. 2.

312 βασιλείαν ἀνεκομίσαντο] ἀνεκαλήσαντο Bodl. I. 2. forte, ἀνεκτήσαντο.

313 Φαίδωνος ἄρχοντος] ἐπὶ Φαίδωνος Bodl. I. 2. Bentleius legit Ἀφεψίωνος; cuius emendationis rationes vide in eruditissima eius dissertatione anglice scripta de Phalaridis epistolis.

 314 Δολό-

σέως ἀναλαβεῖν ὀστᾶ, καὶ θεμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν. ἦν δὲ καὶ λαβεῖν ἀπορία, καὶ γνῶναι τὸν τάφον, ἀμιξία καὶ χαλεπότητι τῶν ἐνοικούντων βαρβάρων [314]. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ [315] Κίμων ἑλὼν τὴν νῆσον, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται, καὶ φιλοτιμούμενος ἐξανευρεῖν [316], ἀετοῦ τινα τόπον βουνοειδῆ κόπτοντος, ὥς φασι, τῷ στόματι καὶ διαστέλλοντος τοῖς ὄνυξι, θείᾳ τινὶ τύχῃ συμφρονήσας, ἀνέσκαψεν. εὑρέθη δὲ [317] θήκη τε μεγάλου [318] σώματος, αἰχμή τε παρακειμένη χαλκῆ, καὶ ξίφος. κομισθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Κίμωνος ἐπὶ τῆς τριήρους, ἡσθέντες οἱ Ἀθηναῖοι πομπαῖς τε λαμπραῖς ἐδέξαντο καὶ θυσίαις, ὥσπερ αὐτὸν [319] ἐπανερχόμενον εἰς τὸ ἄστυ. καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον· ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις [320] καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις καὶ δεδιόσι κρείττονας, ὡς καὶ τοῦ Θησέως προστατικοῦ τινος καὶ βοηθητικοῦ γενομένου, καὶ προσδεχομένου φιλανθρώπως

sei colligerent, et collocata apud se seruarent honorifice. Erat vero et auferre illa et nosse conditorium res difficilis, propter inhospitalitatem et feritatem incolentium barbarorum. Nihilominus tamen Cimon, cum ei capta hac insula, vt in vita eius recensuimus, cupido incessisset eruendi ossa illius, et aquila locum cliuosum ore (vti fama est) tundente, et fodiente vnguibus, diuina quadam sorte rem animo pensitaret, aperuit locum. Reperti sunt magni corporis loculi, adiacensque hasta aenea cum ense. Haec a Cimone in triremi sua deportata, ouantes Athenienses, eximia celebritate et sacrificiis, sicut ipsum reducem ad vrbem exceperunt; ac media conditus est vrbe prope gymnasium, quod nunc est. Est id perfugium inuiolabile seruis et omnibus demissioribus, timentibusque potentiores: quippe quod tutelaris Theseus atque auxiliaris fuisset, et benigne abiectorum acce-

314 Δολόπων Vulcob. Anon. Bodl. 1. 2. 3.

315 Ἀλλὰ καὶ Κίμων] Redundat καὶ, quod ex priore syllaba τοῦ Κίμων irrepsisse videtur.

316 ἐξανευρεῖν τὰ Θησέως ὀστᾶ Bodl. 1. 2.

317 εὑρέθη τε Bodl. 3.

318 θήκη μεγάλου Bodl. 1. 2. 3.

319 αὐτὸν τὸν Θησέα Bodl. 1. 2.

320 τοῖς οἰκέταις Bodl. 1. 2.

321 νομί.

τὰς τῶν ταπεινοτέρων δεήσεις. Θυσίαν δὲ ποιοῦσιν αὐτῷ τὴν μεγίστην ὀγδόῃ Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἐκ Κρήτης ἐπανῆλθεν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ὀγδόαις τιμῶσιν αὐτὸν, ἢ διὰ τὸ πρῶτον ἐκ Τροιζῆνος ἀφικέσθαι τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ὡς ἱστόρηκε Διόδωρος ὁ περιηγητής· ἢ νομίζοντες[321] ἑτέρου μᾶλλον ἐκείνῳ προσήκειν τὸν ἀριθμὸν τοῦτον, ἐκ Ποσειδῶνος γεγονέναι λεγομένῳ. καὶ γὰρ Ποσειδῶνα ταῖς ὀγδόαις τιμῶσιν. ἡ γὰρ ὀγδοὰς, κύβος ἀπ᾽ ἀρτίου πρῶτος οὖσα, καὶ τοῦ πρώτου τετραγώνου διπλασία, τὸ μόνιμον καὶ δυσκίνητον οἰκεῖον ἔχει τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, ὃν Ἀσφάλιον καὶ Γαιήοχον προσονομάζομεν.

accepiſſet preces. Sacrum maximum ei exhibent octauo die menſis Pyanepſionis, quo ex Creta rediit cum impuberibus. Attamen et aliorum menſium octauo quoque die colunt eum: vel quod primum ex Troezene octauo Hecatombaeonis (vt memoriae tradidit Diodorus Periegetes) appuliſſet, vel quod illi praecipue hic numerus, qui ortus diceretur ex Neptuno, attribuendus eſſet: etenim Neptunum octauis celebrant. Numerus enim octonarius, qui cubus ex pari primus eſt, et primi quadrati geminus, propriam repraeſentat ſtabilitatem et ſoliditatem virtutis illius Dei, quem Aſphalium et Gaieochum appellamus.

321 νομίζοντος Bodl. I. 2.

Ad p. 21. pen. Si quis attente conſiderare velit totius itineris Theſei rationem et ſeriem, mecum (vt puto) non dubitabit aſſerere nomen Ἑρμίονι in mendo cubare. Theſeus Troezene profectus Athenas verſus in Epidauro Periphetem claua pugnantem occidit: vltra progreſſus in Iſthmo Sinnin Pityocamptem iuſto affecit ſupplicio: vlterius procedens Crommyone Suem mactauit, Megaris Scironem, Eleuſine Cercyona, Hermione (ſi diis placet) Damaſten interemit, et paucis poſt haec lineis προϊόντι δὲ αὐτῷ καὶ γενομένῳ κατὰ τὸν Κήφισον, etc. id eſt, vlterius tendenti ei et cum ad Cephiſum perueniſſet. Hermione vrbs eſt ad mare ſita in Argolico ſinu, per quam ſi feciſſet iter Theſeus, non verſus Athenas, ſed Argos iuiſſet. At ex itineris ordine Hermione, de qua hic, debuit eſſe inter Eleuſinen et Cephiſum. Sed nulla ibi fuit Hermione, ideo notius et celebre nomen pro ignoto poſuit ſcriba, vt ſemper fit. Idem Plutarchus infra in Phocione

ΡΩΜΥΛΟΣ.

Τὸ μέγα τῆς Ῥώμης ὄνομα, καὶ δόξῃ διὰ πάντων ἀνθρώπων κεχωρηκὸς, ἀφ' ὅτου καὶ δι' ἣν αἰτίαν τῇ πόλει γέγονεν, οὐχ ὡμολόγηται παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν. ἀλλ' οἱ μὲν [1], Πελασγοὺς ἐπὶ πλεῖστα τῆς οἰκουμένης πλανηθέντας, ἀνθρώπων τε πλείστων κρατήσαντας, αὐτόθι κατοικῆσαι, καὶ διὰ τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις ῥώμην, οὕτως ὀνομάσαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ, Τροίας ἁλισκομένης, διαφυγόντας ἐνίους καὶ πλοίων ἐπιτυχόντας, ὑπὸ πνευμάτων τῇ Τυῤῥηνίᾳ προσπεσεῖν φερομένους, καὶ περὶ τὸν Θύμβριν ποταμὸν ὁρμίσασθαι. ταῖς δὲ γυναιξὶν αὐτῶν ἀπορουμέ-

Ingens Romae nomen, quod gloria eſt apud omnes gentes peruagatum, haud conuenit inter ſcriptores, a quo vrbs et qua de cauſa inuenerit. Sed Pelaſgos, quum maiorem partem percuſſaſſent orbis, plurimaſque deuiciſſent nationes, eam oram quidam auctores ſunt tenuiſſe, atque ex ſuo in armis robore, vrbem Romam dixiſſe. Alii, capta Troia, nonnullos profugos, quum naues eſſent nacti, ad Hetruriam vi ventorum expulſos, circa Tyberim amnem ancoras ieciſſe: vbi vxoribus eorum fatiſcentibus,

cione eandem hiſtoriam narrans habet ἐν Ἑρμείῳ, quod magis accedit ad verum nomen. Ergo lege audacter et meo periculo, ἐν Ἑρμεῖ. Nam τὸ Ἑρμὸς [ſic] fuit Demus Acamantidis tribus in Attica, teſtibus Harpocratione, Heſychio, Stephano, et Suida, et ex hoc loco, quo fuerit ſitu, colligitur. Diodorus lib. IV. hunc Damaſten Corydalum in Attica habitaſſe ait. fuit autem Corydalus mons Atticae inter Eleuſinem et Athenas in eo tractu. *Palmer.*

Ad p. 53. 9. Οἱ δὲ Σίννιν, οὐχὶ Σκίρωνα] Melius credo, qui Sinnin dixerunt eſſe Canethi et Henioches. Nam Sciron aliter deducitur, ſcilicet a Pyla rege Megarenſium, cuius fuit filius Sciron, ſi fides Pauſaniae in Atticis. Heſychius tamen in Σκιρεῖ eum Neptuni filium facit. Sed nihil mirum. *Palmer.*

1 Οἱ μὲν Πελασγοὺς] Inſerem φασὶ, cum Bodl. 1. 2. niſi moris eſſe noſtro viderem tales voces, in citandis aliorum ſententiis omittere, quas Bodleiani iſti codices conſtanter interpretamenti loco ſuppient.

2 ἥτις

ναις ἤδη καὶ δυσανασχετούσαις πρὸς τὴν θάλασσαν, ὑποθέσθαι μίαν, ἣ καὶ [2] γένει προὔχειν καὶ φρονεῖν ἐδόκει μάλιστα, Ῥώμην ὄνομα, καταπρῆσαι τὰ πλοῖα· πραχθέντος δὲ τούτου, πρῶτον μὲν ἀγανακτεῖν τοὺς ἄνδρας, ἔπειτα δι' ἀνάγκην ἱδρυνθέντας περὶ τὸ Παλλάντιον, ὡς [3] ὀλίγῳ χρόνῳ κρεῖττον ἐλπίδος ἔπραττον, ἀγαθῆς τε πειρώμενοι [4] χώρας, καὶ δεχομένων αὐτοὺς τῶν προσοίκων, ἄλλην [5] τε τιμὴν ἀπονέμειν τῇ Ῥώμῃ, καὶ τὴν πόλιν ἀπ' αὐτῆς, ὡς αἰτίας, προσαγορεύειν. ἐξ ἐκείνου τε παραμένειν λέγουσι τὸ τοὺς συγγενεῖς τὰς γυναῖκας καὶ οἰκείους ἄνδρας ἀσπάζεσθαι τοῖς στόμασι· καὶ γὰρ ἐκείνας, ὅτε τὰ πλοῖα κατέπρησαν, οὕτως ἀσπάζεσθαι καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοὺς ἄνδρας, δεομένας αὐτῶν καὶ παραιτουμένας τὴν ὀργήν.

II. Ἄλλοι δὲ Ῥώμην, Ἰταλοῦ θυγατέρα καὶ Λευκαρίας [6], οἱ δὲ, Τηλέφου [7] τοῦ Ἡρακλέους, Αἰνείᾳ γαμηθεῖσαν· οἱ δ' Ἀσκανίου, τοῦ Αἰνείου [8], λέγουσι τοὔνομα θέσθαι

tibus, pelagique pertaesis iactationis, vnam, quae et genere clarior caeteris esse et praecellere mente videbatur, Romam nomine, vt classem incenderent suggessisse: id viros primum aegre tulisse: Deinde cum necessario sedes circa Palatium posuissent, et breui supra spem succederent omnia: quod agri fertilitatem miram sentirent, reciperent etiam ipsos accolae: cum alios Romae honores tribuisse, tum vero eius, vt autoris, vrbi nomen indidisse. Inde posteris quoque morem perhibent traditum, vt propinquos foeminae et viros suos salutent osculo, quod illae post classem inflammatam deprecantes viros et iram eorum mulcentes, ita eos salutauissent et amplexi essent.

Sunt qui Itali et Leucariae filiam Romam, sunt qui Telephi Herculis filii filiam Aeneae nuptam, alii Ascanii Aeneae filiam vrbi aiunt nomen

2 ἥτις καὶ Bodl. 1. 2.
3 καὶ ὡς Bodl. 1. 2.
4 τε πειρώμενοι Bodl. 1. 2.
5 μεγάλην Bodl. 1. 2.
6 Λευκανίας Bodl. 3.
7 Τηλέφου υἱοῦ Bodl. 1. 2.
8 Οἱ δ' Ἀσκανίου τοῦ Αἰνείου] Si ita legas, tum Roma secundum quosdam Ascanii erat filia: verum istud dubium, cuiusnam esset filia, videtur in priore parte sententiae exponi, ἄλλοι δὲ Ῥώμην Ἰταλοῦ θυγατέρα καὶ Λευκαρίας, οἱ δὲ, Τηλέφου τοῦ Ἡρακλέους; deinde

τῇ πόλει· οἱ δὲ, Ῥωμανὸν [9], Ὀδυσσέως παῖδα καὶ Κίρκης, οἰκίσαι τὴν πόλιν· οἱ δὲ, Ῥῶμον [10] ἐκ Τροίας ὑπὸ Διομήδους ἀποσαλέντα τὸν Ἠμαθίωνος· οἱ δὲ, Ῥῶμον Λατίνων τύραννον, ἐκβαλόντα Τυῤῥηνοὺς, τοὺς εἰς Λυδίαν μὲν ἐκ Θετταλίας, ἐκ δὲ Λυδίας εἰς Ἰταλίαν παραγενομένους. οὐ μὴν οὐδ' οἱ Ῥωμύλον τῷ δικαιοτάτῳ τῶν λόγων ἀποφαίνοντες ἐπώνυμον τῆς πόλεως, ὁμολογοῦσι περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ. οἱ μὲν γὰρ [11] Αἰνείου καὶ Δεξιθέας τῆς Φόρβαντος υἱὸν ὄντα νήπιον εἰς Ἰταλίαν κομισθῆναι, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ῥῶμον· ἐν δὲ τῷ ποταμῷ πλημμύραντι τῶν ἄλλων σκαφῶν διαφθαρέντων, ἐν ᾧ δὲ ἦσαν [12] οἱ παῖδες, εἰς μαλακὴν ἀποκλινθέντος ὄχθην ἀτρέμα, σωθέντας [13] ἀπροσδοκήτως, ὀνομασθῆναι [14] Ῥώμην [15]. οἱ

nomen dediſſe: alii Vlyſſis et Circes filium Romanum vrbem condidiſſe: alii Remum Eemathionis filium ab Diomede ex Troia miſſum: alii Remum Latinorum tyrannum, cum eieciſſet Hetruſcos, qui in Lydiam ex Theſſalia, ex Lydia commigrauerant in Italiam. Immo nec inter eos, qui probatiſſima adferunt, Romulum nempe contendentes vrbi nomen poſuiſſe, de origine eius conuenit. Hi Aeneae ex Dexithea gnata Phorbantis filium cum fratre Remo infantem admodum deportatum in Italiam fuiſſe: Cum autem ſcaphae reliquae periſſent amne effuſo, illa vero, in qua pueri erant, ad ripam placide delata mollem eſſet, praeter ſpem ſaluos fuiſſe, atque ita eum locum Romam fuiſſe appellatum. Illi

deinde ad aliam rem tranſit, nempe cuiuſnam eſſet vxor: Αἰνείᾳ γαμηθεῖσαν, inquiunt nonnulli, οἱ δ' Ἀσκανίῳ. ſic enim lego: hoc eſt, vt de Romae parentibus, ita de coniuge etiam dubitabatur, alii Aeneae, alii Aſcanio eius filio nuptam tradunt. ἀπ' Ἀσκανίου Vulcob.

9 Οἱ δὲ Ῥωμανὸν] Legendum Ῥῶμον: Sic enim appellat Xenagoras Hiſtoricus apud Thucydidem L. I. *Dacer.*

10 Οἱ δὲ Ῥῶμον] Omnes Bodl. et veteres impreſſi Ῥῶμιν, quod ni recipias, idem prorſus erit nomen cum priore.

11 γὰρ λέγουσιν Bodl. I. 2.

12 ἐκείνου δὲ τοῦ σκάφους, ἐν ᾧ ἦσαν Bodl. I. 2.

13 σωθέντος. Supple τὴν ὄχθην. Anonym.

14 Ὀνομασθῆναι Ῥώμην] Doctiſſimus Petauius ad Themiſtium corrigit ὄνομα θῆναι. *Dacer.*

15 τὸν τόπον Ῥώμην Bodl. I. 2.

16 Τηλε-

δὲ, Ῥώμην θυγατέρα τῆς Τρωάδος ἐκείνης Λατίνῳ τῷ Τηλεμάχȣ [16] γαμηθεῖσαν, τεκεῖν τὸν Ῥωμύλον· οἱ δὲ, Αἰμυλίαν [17] τὴν Αἰνείȣ καὶ Λαβινίας, Ἄρει συγγενομένην· οἱ δὲ μυθώδη παντάπασι περὶ τῆς γενέσεως διεξίασι. Ταρχετίῳ γὰρ Ἀλβανῶν βασιλεῖ παρανομωτάτῳ καὶ ὠμοτάτῳ φάσμα δαιμόνιον οἴκοι γενέσθαι· φαλλὸν γὰρ ἐκ τῆς ἑστίας ἀνασχεῖν, καὶ διαμένειν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας· εἶναι δὲ Τηθύος ἐν Τυῤῥηνίᾳ χρηστήριον [18], ἀφ' ȣ̔ κομισθῆναι τῷ Ταρχετίῳ χρησμὸν, ὥστε συμμίξαι τῷ φάσματι παρθένον· ἔσεσθαι γὰρ ἐξ αὐτῆς παῖδα κλεινότατον, ἀρετῇ καὶ τύχῃ καὶ ῥώμῃ διαφέροντα. Φράσαντος ȣ̓ν τὸ μάντευμα τȣ̃ Ταρχετίȣ μιᾷ τῶν θυγατέρων, καὶ συγγενέσθαι τῷ φαλλῷ προστάξαντος, αὐτὴν μὲν ἀπαξιῶσαι [19], θεράπαιναν δὲ εἰσπέμψαι. τὸν δὲ Ταρχέτιον, ὡς ἔγνω, χαλεπῶς φέροντα, συλλαβεῖν μὲν ἀμφοτέρας ἐπὶ θανάτῳ· τὴν δ' Ἑστίαν ἰδόντα κατὰ τȣ̀ς ὕπνȣς ἀπαγορεύȣσαν αὐτῷ τὸν φόνον, ἱστόν τινα παρεγγυῆσαι ταῖς

Illi Romam foeminae illius Troianae filiam, quae Telemachi filio nupta Latino fuit, Romuli matrem fuiſſe: Aemiliam alii Aeneae et Lauiniae filiam ex Marte concepiſſe. Alii fabuloſa plane de eius ortu referunt, ſpectrum Tarchetio Albanorum regi, homini teterrimo et ſaeuiſſimo, diuinum domi oblatum: Genitale ex foco eius maſculini ſexus extitiſſe, per multoſque dies comparuiſſe, atque oraculo, quod in Hetruria Tethydis erat, reſponſum: vt virgo cum ſpectro coiret, ex qua filium virtute clariſſimum, fortunaque et robore oriturum inſignem. Hoc reſponſum Tarchetius cum vni ex filiabus expoſuiſſet, iuſſiſſetque, cum genitali illo vt iungeret ſe: eam, quod aſpernaretur, ſummiſiſſe ancillam: Tarchetium, vt reſciuit, grauiter offenſum ambas in vincula conieciſſe, morte vindicaturum. Sed cum Veſta illi in ſomnio oblata, deterruiſſet eum a caede, telam in vinculis texere puellas

16 Τηλεμάχῳ Bodl. 1. 2. 3.

17 Αἰμυλίαν] Legitur etiam Λαβινίαν. *H. Steph.*

18 Τηθύος ἐν Τυῤῥηνίᾳ χρηστήριον] Nunquam audiui quidquam de oraculo Tethyis. aut nomen corruptum eſt, aut Plutarchus in nomine deceptus. Nempe fuit oraculum Themidis: ea Carmenta Romanorum fuit, mater Euandri. *Dacer.*

19 ἀπαξιῶσαι λέγȣσι Bodl. 1. 2.

20 Ὡς

κόραις ὑφαίνειν δεδεμέναις, ὡς ὅταν [20] ἐξυφήνωσι, τότε δοθησομένας πρὸς γάμον. ἐκείνας μὲν οὖν δι' ἡμέρας ὑφαίνειν, ἑτέρας δὲ νύκτωρ, τοῦ Ταρχετίου κελεύοντος, ἀναλύειν τὸν ἱστόν. ἐκ δὲ τοῦ Φαλλοῦ τῆς θεραπαινίδος τεκούσης δίδυμα, δοῦναί τινι Τερατίῳ τὸν Ταρχέτιον ἀνελεῖν κελεύσαντα. τὸν δὲ θεῖναι φέροντα τοῦ ποταμοῦ πλησίον, εἶτα λύκαιναν μὲν ἐπιφοιτᾶν μαστὸν διδοῦσαν [21], ὄρνιθας δὲ παντοδαποὺς ψωμίσματα κομίζοντας, ἐντιθέναι τοῖς βρέφεσιν· ἄχρις οὗ [22] βουκόλον ἰδόντα καὶ θαυμάσαντα, τολμῆσαι προσελθεῖν, καὶ ἀνελέσθαι τὰ παιδία· τοιαύτης δὲ τῆς σωτηρίας αὐτοῖς γενομένης, ἐκτραφέντας ἐπιθέσθαι τῷ Ταρχετίῳ καὶ κρατῆσαι. ταῦτα μὲν οὖν Προμαθίων τις, ἱστορίαν Ἰταλικὴν συντεταγμένος, εἴρηκε.

III. Τοῦ δὲ πίστιν ἔχοντος λόγου μάλιστα καὶ πλείστους μάρτυρας, τὰ μὲν κυριώτατα πρῶτος εἰς τοὺς Ἕλληνας ἐξέδωκε Διοκλῆς ὁ Πεπαρήθιος, ᾧ καὶ Φάβιος Πίκτωρ [23] ἐν τοῖς πλείστοις ἐπηκολούθησε. γεγόνασι δὲ καὶ περὶ τούτων ἕτεραι διαφοραί· τύπῳ δὲ εἰπεῖν, τοιοῦτός ἐστι τῶν

puellas iuſſiſſe, ea lege, vt ea detexta in nuptias darentur: atque illas texuiſſe interdiu, nocte mandato Tarchetii alias retexere telam ſolitas: Cum ancilla ex genitali illo geminos eſſet enixa, Teratio cuidam Tarchetium necandos tradidiſſe. Illum ad fluuii ripam eos expoſuiſſe, lupam inde accurrentem lactaſſe, auesque diuerſi generis alimenta minuta ori indidiſſe: bubulcum tandem re cum admiratione conſpecta accedere auſum, infantes ſuſtuliſſe: Ad hunc modum ſaluos eductos inuaſiſſe eos Tarchetium, et ſuperaſſe. Haec Promathion quidam in hiſtoria, quam ſcripſit de rebus Italicis, retulit.

Caeterum receptiſſimae hiſtoriae et a plurimis approbatae, Peparethius Diocles praecipua quaeque primus apud Graecos edidit, quae in pleriſque Fabius Pictor ſequitur. Et quanquam hic quoque varient, vt breuiter tamen abſoluam, narrratio huius-

20 Ὡς ὅταν] Addunt δὲ Bodl. 1. 2. forte δή.

21 μαστὸν ἐνδιδοῦσαν Bodl. 1. 2. 3.

22 ἄχρις οὖν Bodl. 1. 2. 3.

23 Οὐίκτωρ Bodl 1. 2. 3. Fabii Pictoris exſtat fragmentum, et Catonis. Vide etiam Dionyſ. Halicarn. et T. Liuium. *Cruſer.*

24 Τῇ

ἀπ' Αἰνείου γεγονότων ἐν Ἄλβῃ βασιλέων εἰς ἀδελφοὺς δύο, Νομήτορα καὶ Ἀμούλιον, ἡ διαδοχὴ καθῆκεν. Ἀμουλίου δὲ νείμαντος τὰ πάντα δίχα, τῇ [24] βασιλείᾳ τὰ χρήματα καὶ τὸν ἐκ Τροίας κομισθέντα χρυσὸν ἀντιτιθέντος, εἵλετο τὴν βασιλείαν ὁ Νομήτωρ. ἔχων οὖν ὁ Ἀμούλιος τὰ χρήματα, καὶ πλέον ἀπ' αὐτῶν δυνάμενος τοῦ Νομήτορος [25], τήν τε βασιλείαν ἀφείλετο ῥαδίως, καὶ φοβούμενος ἐκ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ γενέσθαι παῖδας, ἱέρειαν τῆς Ἑστίας ἀπέδειξεν, ἄγαμον καὶ παρθένον ἀεὶ βιωσομένην. ταύτην οἱ μὲν Ἰλίαν, οἱ δὲ Ῥέαν, οἱ δὲ Σιλουΐαν [26] ὀνομάζουσι. φωρᾶται δὲ [27] μετ' οὐ πολὺν χρόνον κυοῦσα [28] παρὰ τὸν καθεστῶτα ταῖς Ἑστιάσι νόμον. καὶ τὸ μὲν ἀνήκεστα μὴ παθεῖν αὐτὴν, ἡ τοῦ βασιλέως θυγάτηρ Ἀνθὼ παρῃτήσατο, δεηθεῖσα τοῦ πατρός· εἵρχθη δὲ, καὶ δίαιταν εἶχεν ἀνεπίμικτον, ὅπως μὴ λάθῃ τεκοῦσα τὸν

huiuſcemodi eſt. Ex Aeneae poſteris, qui Albae regnarunt, ad duos fratres regnum deuenit, Numitorem et Amulium. Vniverſo patrimonio ab Amulio in ſortes diuiſo duas, regnoque cum pecunia et aduecto Troia auro comparato, ſumpſit regnum Numitor. Amulii cum eſſent ex diuitiis, quam Numitoris, ampliores opes, facile eum regno exuit: eiuſque filiam, ne prolem haberet, veritus, Veſtae ſacerdotem conſtituit, vt in perpetuo caelibatu et virginitate viueret: quam Iliam alii vocant, alii Ream: ſunt et qui Syluiam. Non multo poſt deprehenditur contra Virginum Veſtalium legem praegnans. Ne vltimo ſupplicio afficeretur, regis filia a patre precibus Antho obtinuit: in cuſtodiam tamen, ne inſcio Amulio pareret, data eſt, et remota ab hominum conſortio.

24 Τῇ βασιλείᾳ] Lege cum Bodl. 3. τῇ τε βασιλείᾳ. Bodl. 1. 2. τῇ δὲ exhibent.

25 τοῦ Νομήτορος deſunt Bodl. 1. 2.

26 Σιλουΐαν] Sic in Parallelis Graecis et Romanis inter Op. moralia, quod vix magno Chaeronenſi aſcriberem, Ἀμούλιος πρὸς Νομίτορα τὸν ἀδελφὸν τυραννικῶς διακείμενον (l. διακείμενος) τὴν θυγατέρα Σιλουΐαν ἐν Ἰουλίᾳ τῆς Ἥρας ἱέρειαν ἐποιήσατο: quiſnam iſte locus ἐν Ἰουλίᾳ, non conſtat. forte legendum ἢ Ἰλίαν, tanquam auctor de nomine virginis dubitaret, vti hic factum legimus.

27 δὲ αὐτὴ Bodl. 1. 2.

28 οὐ πολὺ κυοῦσα Bodl. 3.

Ἀμȣ́λιον. ἔτεκε δὲ δύο παῖδας ὑπερφυεῖς μεγέθει καὶ κάλλει. δι᾽ ὃ καὶ μᾶλλον ὁ Ἀμȣ́λιος φοβηθεὶς ἐκέλευσεν αὐτȣ̀ς ὑπηρέτην λαβόντα ῥίψαι. τȣ̃τον [29] ἔνιοι Φαυςύλον [30] ὀνομάζεσθαι λέγȣσιν, οἱ δ᾽ ȣ̓ τȣ̃τον, ἀλλὰ τὸν ἀνελόμενον. ἐνθέμενος ȣ̃ν εἰς σκάφην τὰ βρέφη, κατέβη μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὡς ῥίψων, ἰδὼν δὲ κατιόντα πολλῷ ῥεύματι καὶ τραχυνόμενον, ἔδεισε προσελθεῖν· ἐγγὺς δὲ τῆς ὄχθης καταθεὶς, ἀπηλλάσσετο. τȣ̃ δὲ ποταμȣ̃ κατακλύζοντος, ἡ πλημμύρα τὴν σκάφην ὑπολαβȣ̃σα καὶ μετεωρίσασα πρᾴως, κατήνεγκεν εἰς χωρίον ἐπιεικῶς μαλθακὸν, ὃ νῦν [31] Κερμανὸν [32] καλȣ̃σι, πάλαι δὲ Γερμανὸν, ὡς ἔοικεν, ὅτι καὶ τȣ̀ς ἀδελφȣ̀ς, Γερμανȣ́ς ὀνομάζȣσιν.

IV. Ἦν δὲ πλησίον ἐρινεὸς, ὃν Ῥωμινάλιον [33] ἐκάλȣν, ἢ διὰ τὸν Ῥωμύλον, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζȣσιν, ἢ διὰ

conſortio. Illa gemellos edidit mira corporis proceritate et ſpecie. Qua re magis Amulius commotus imperat miniſtro, vt eos exponat. Huic Fauſtulo quidam nomen: alii autem non huic, verum ei, qui hos ſuſtulit, fuiſſe tradunt: Miniſter igitur infantes impoſuit alueo, atque expoſiturus eos deſcendit ad fluuium: quem inflatum cum cerneret et rapidum, non eſt auſus accedere, ſed ad proxima ripae expoſitis, receſſit. Fluuio euagato, ſuſcipiens alueum alluuies, et leniter ſubuehens in locum detulit ſatis mollem; Cermanum vocant nunc, quondam, vt videtur, Germanum, quoniam fratres Germanos appellant.

Erat iuxta ficus, quam Ruminalem dicebant, vt multorum eſt opinio, a Romulo: vel quia pecora ruminantia illic propter vmbram

29 τȣ̃τον δὲ Bodl. 1. 2.

30 Φαιςύλον] Omnino recte habet Anonym. Φαυςύλον. Sic Liuius, adeoque in Parallelis ſupra citatis Φαυςύλος ponendum pro Φαῦςος. Op. Moral. 560.

31 ὅπερ νῦν Bodl. 1. 2.

32 Κερμανὸν καλȣ̃σι, πάλαι δὲ Γερμανὸν] Apud Varronem et Feſtum Cermalus legitur: quos vide. *Xyl.* et ita etiam Anon. Quod vero Cermanus nunc vocetur locus, qui olim Germanus, plane contradicit obſeruationi, quae occurrit in Quaeſtionibus Romanis p. 495. ὀψὲ γὰρ ἐχρήσαντο τῷ γ῀, Καρβιλίȣ Σπορίȣ προσεξευρόντος, hoc eſt, A. V. 230.

33 Ῥωμινάλιον] Dicitur rectius Ῥȣμινάλιν,

τὸ τὰ μηρυκώμενα τῶν θρεμμάτων ἐκεῖ διὰ τὴν σκιὰν ἐνδιάζειν[34], ἢ μάλιστα διὰ τὸν τῶν βρεφῶν θηλασμόν· ὅτι τήν τε θηλὴν ῥοῦμαν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ, καὶ Θεόν τινα τῆς ἐκτροφῆς τῶν νηπίων ἐπιμελεῖσθαι δοκοῦσαν ὀνομάζουσι Ῥουμιλίαν[35], καὶ θύουσιν αὐτῇ νηφάλια, καὶ γάλα τοῖς ἱεροῖς ἐπισπένδουσιν. ἐνταῦθα δὲ τοῖς βρέφεσι κειμένοις τήν τε λύκαιναν ἱστοροῦσι θηλαζομένην, καὶ δρυοκολάπτην[36] τινὰ παρεῖναι συνεκτρέφοντα καὶ φυλάττοντα. νομίζεται δ' Ἄρεος ἱερὰ τὰ ζῶα· τὸν δὲ δρυοκολάπτην καὶ διαφερόντως Λατῖνοι σέβονται καὶ τιμῶσιν· ὅθεν οὐχ ἥκιστα πίστιν ἔσχεν ἡ τεκοῦσα τὰ βρέφη, τεκεῖν ἐξ Ἄρεος φάσκουσα. καίτοι τοῦτο παθεῖν αὐτὴν ἐξαπατηθεῖσαν λέγουσιν, ὑπὸ τοῦ Ἀμουλίου διαπαρθενευθεῖσαν, ἐν ὅπλοις ἐπιφανέντος αὐτῇ καὶ συναρπάσαντος. οἱ δὲ, τοὔνομα τῆς τροφοῦ δι' ἀμφιβολίαν ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκτροπὴν

vmbram meridiantur, vel, quod maxime probatur, propter puerorum lactationem. Mammam enim vocabant Rumam prisci, et Deam quandam infantium educationis praesidem Rumiliam dicunt, eique sacrificium faciunt absque vino, in quo lac libant. Ad pueros ibi iacentes lupam tradunt lactantem cursum flexisse, et picum Martium nutriendis et seruandis praesto fuisse. Marti ea animalia sacra habentur. Picum Martium praecipuo honore venerantur Latini: vnde puerperae maior habita fides ex Marte peperisse se asseueranti. Quamuis in hoc eam deceptam ferant ab Amulio, qui armatus eam stuprauerat, in eam opinionem venisse. Sunt qui ferant, nutricis nomen ex vocis ambiguitate fabulae

Ῥουμινάλιν, Quaest. Rom. p. 496. vbi supplendum συκῆν, ex Tractat. de Romanorum fortuna, p. 571. τὸν μὲν οὖν ἐρινεὸν Ῥουμινάλιν ὠνόμασαν.

34 Ἐνδιάζειν] Non ἐνδιαζόντων. [vt habet Bodl. 3.] Est autem proprie *meridiari*, aut *interdiu dormire*, seu *quieti se dare*. Sic in Lucullo, μεσημβρίας οὔσης, καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐνδιαζόντων καὶ ἀναπαυομένων. Eustathius ad Odyss. 4. ad versum de Proteo, ἔνδιος δ' ὁ γέρων, ait ἔνδια vocari ab Oppiano διατριβὰς ἐναερίους, nimirum diatribas sub dio. *Xyl.*

35 Ῥωμυλίαν] Certe Ῥουμυλίαν scribendum cum omnibus Bodl. et vetustis impressis, quod origo vocis ῥοῦμα *mamma* ostendit. Varro Ruminam vocat.

36 δρυωκλάπτειν Vulcob.

τῇ Φήμῃ παρασχεῖν. λούπας γὰρ ἐκάλουν οἱ Λατῖνοι τῶν τε θηρίων τὰς λυκαίνας, καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἑταιρούσας· εἶναι δὲ[37] τοιαύτην τὴν Φαυστύλου γυναῖκα τοῦ τὰ βρέφη θρέψαντος, Ἄκκαν Λαρεντίαν[38] ὄνομα. ταύτῃ δὲ καὶ θύουσι Ῥωμαῖοι, καὶ χοὰς ἐπιφέρει τοῦ Ἀπριλλίου μηνὸς αὐτῇ ὁ τοῦ Ἄρεος ἱερεύς, καὶ Λαρεντίαν[39] καλοῦσι τὴν ἑορτήν.

V. Ἑτέραν δὲ τιμῶσι Λαρεντίαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης· ὁ νεωκόρος τοῦ Ἡρακλέους ἀλύων, ὡς ἔοικεν, ὑπὸ σχολῆς προὔθετο πρὸς τὸν Θεὸν διακυβεύειν, ὑπειπών, ὅτι νικήσας μὲν αὐτός, ἕξει τι παρὰ τοῦ Θεοῦ χρηστόν· ἡττηθεὶς δὲ τῷ Θεῷ τράπεζαν ἄφθονον παρέξει, καὶ γυναῖκα καλὴν συναναπαυσομένην. ἐπὶ τούτοις, τὰς μὲν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ τιθείς, τὰς δ' ὑπὲρ αὐτοῦ ψήφους, ἀνεφάνη νικώμενος. εὐσυνθετεῖν δὲ βουλόμενος, καὶ δικαιῶν ἐμμένειν τοῖς ὁρισθεῖσι, δεῖπνόν τε τῷ Θεῷ παρεσκεύασε, καὶ τὴν Λαρεντίαν οὖσαν ὡραίαν, οὔπω δὲ ἐπιφανῆ[40] μισθωσάμενος, εἱστίασεν ἐν τῷ ἱερῷ κλίνην ὑποστορέσας· καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον

bulae locum dediſſe. Lupas enim Latini praeter notam ſignificationem etiam vocabant eas, quae corpus vulgabant: cuiuſcemodi Fauſtuli vxorem puerorum nutritii fuiſſe Accam Larentiam nomine. Huic etiam ſacra Romani faciunt, et menſe Aprili flamen Martialis libat, et Larentialia vocant feſtum.

Alteram item colunt Larentiam ex cauſa huiuſcemodi. Herculis aedituus forte otii fallendi cauſa, cum Deo talis ludere ſtatuit hac lege, ſi viciſſet, vt ille quippiam ſibi conferret boni: victus, vt Deo ipſe lautum epulum et concubitum praeberet formoſae mulieris. In hanc legem, iacit pro Deo, inde pro ſe. Victus cum ſtare pactis, et conditioni vellet conuentae ſatisfacere, coenam Deo inſtruxit, Larentiamque formoſam puellam nondum famoſam mercede conductam lecto ſtrato conuiuio excepit in templo; vbi poſt coenam

conclufit

37 δὲ λέγουσι βρέφη ἀνελόντος Bodl. 1. 2.

38 Ἀκκαλαρεντίαν Vulc. Bodl. 1. 2. 3.

39 καὶ Ἀκκαλαρεντίαν Vulcob.

40 Οὔπω δὲ ἐπιφανῆ] Immo vero Quaeſt. Rom. p. 487. dicit eam ἐμφανῶς ἑταιροῦσαν. Haec ſunt contraria: ſed particula οὐκ ante ἐμφανῶς poſita litem dirimet.

41 οὗτος

συνεῖρξεν, ὡς δὴ τῦ Θεῦ ἕξοντος αὐτήν. καὶ μέντοι καὶ τὸν Θεὸν ἐντυχεῖν λέγεται τῇ γυναικὶ, καὶ κελεῦσαι βαδίζειν ἕωθεν ἐπὶ τὴν ἀγορὰν, καὶ τὸν ἀπαντήσαντα πρῶτον, ἀσπασαμένην ποιεῖσθαι φίλον. ἀπήντησεν ἦν αὐτῇ τῶν πολιτῶν ἀνὴρ ἡλικίας τε πόῤῥω ἥκων, καὶ συνειλοχὼς ἐσίαν ἱκανήν· ἄπαις δὲ καὶ βεβιωκὼς ἄνευ γυναικὸς, ὄνομα Ταῤῥύτιος. ἦτος ἔγνω[41] τὴν Λαρεντίαν, καὶ ἠγάπησε, καὶ τελευτῶν ἀπέλιπε κληρονόμον ἐπὶ πολλοῖς καὶ καλοῖς κτήμασιν, ὧν ἐκείνη τὰ πλεῖστα τῷ δήμῳ κατὰ διαθήκας ἔδωκε. λέγεται δὲ αὐτὴν ἔνδοξον ἦσαν ἤδη, καὶ θεοφιλῆ νομιζομένην, ἀφανῆ γενέσθαι περὶ τῦτον τὸν τόπον, ἐν ᾧ καὶ τὴν προτέραν ἐκείνην Λαρεντίαν κεῖσθαι. καλεῖται δὲ νῦν ὁ τόπος Βήλαυρον, ὅτι τῦ ποταμῦ πολ-

conclusit eam, vt Deus ipsa frueretur. Fama tenet Herculem cum puella congressum, iussisse ei ad forum mane se conferret, et in quem incidisset primum, eum osculo dato amicitia sibi iungeret. Occurrit ei quidam ex ciuibus magnus natu et opulentus, liberis orbus, qui hactenus aetatem in caelibatu egerat, nomine Tarrutius. Hic Larentiam complexus est ac dilexit, multorumque et lautorum praediorum reliquit moriens haeredem, quae illa pleraque populo legauit. Haec cum iam celebri nomine esset, atque a Deo dilecta, traditur ex hominum ablata conspectu, quo loco prior Larentia humata est. Velabrum nunc vocant ex eo, quod in crebris fluuii

41 ἦτος ἔγνω τὴν Λαρεντίαν] Verbum γινώσκειν pro *rem habere*, seu *corpus miscere*, sumitur, quemadmodum et in sacris literis. Sic Plutarchus saepe loquitur: vt in Pompeio, παλλακίδας Μιθριδάτυ ὐκ ἔγνω. et in Bruto, τὴν Σερβιλίαν ἐγνώκει Καῖσαρ. et de mulierum virtutibus, γύναιον ἐγνωσμένον ἀφ᾽ ὥρας ζῶντι τῷ Γαλάτῃ. et initio Eumenis, de Barsina ab Alexandro habita. et in Galba, de matre Nymphidii. Latini eodem modo vsurparunt verbum *cognoscere*. Ouid. lib. IV. Metamorph. de Cadmo: *ille suae lambebat coniugis ora, inque sinus caros, veluti cognosceret, ibat.* Et Iulius Caesar simili modo locutus est de Germanis lib. VI. Comment. Belli Gallici: *intra annum vigesimum foeminae notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus.* Caeterum Larentiae eadem historia est apud Plutarchum. Quaest. Rom. 35. et apud Macrob. lib. I. Saturnal. *Xylander.*

λάκις ὑπερχεομένου, διεπεραιοῦντο πορθμείοις [42] κατὰ τοῦτο τὸ χωρίον εἰς ἀγοράν. τὴν δὲ πορθμείαν [43], βηλατούραν καλοῦσιν [44]. ἔνιοι δὲ λέγουσι τὴν εἰς τὸν ἱππόδρομον φέρουσαν ἐξ ἀγορᾶς πάροδον ἱστίοις καταπεταννύναι τοὺς τὴν θέαν παρέχοντας, ἐντεῦθεν ἀρχομένους. Ῥωμαϊστὶ δὲ τὸ ἱστίον βῆλον ὀνομάζουσι. διὰ ταῦτα μὲν ἔχει τιμὰς ἡ δευτέρα Λαρεντία παρὰ Ῥωμαίοις.

VI. Τὰ δὲ βρέφη Φαυστύλος Ἀμουλίου συφορβὸς ἀνείλετο λαθὼν ἅπαντας· ὡς δ' ἔνιοι φασὶ τῶν εἰκότων ἐχόμενοι μᾶλλον, εἰδότος τοῦ Νομήτορος καὶ συγχορηγοῦντος τροφὰς κρύφα τοῖς τρέφουσι [45]. καὶ γράμματα λέγονται καὶ τἄλλα μανθάνειν οἱ παῖδες εἰς Γαβίους κομισθέντες, ὅσα χρὴ τοὺς εὖ γεγονότας. κληθῆναι δὲ καὶ τούτους ἀπὸ τῆς θηλῆς ἱστοροῦσι Ῥωμύλον καὶ Ῥῶμον, ὅτι θηλάζοντες ὤφθησαν τὸ θηρίον. ἡ μὲν οὖν ἐν τοῖς σώμασιν εὐγένεια, καὶ νηπίων ὄντων, εὐθὺς ἐξέφαινε μεγέθει καὶ ἰδέᾳ τὴν φύσιν. αὐξόμενοι δὲ, θυμοειδεῖς ἦσαν ἀμφότεροι καὶ ἀνδρώδεις, καὶ φρονήματα πρὸς τὰ φαινόμε-

fluuii exundationibus traiectus eo loco in forum esset. Traiectum velaturam vocant. Alii deducunt a velo: quod qui munus populo exhibent, inde velis viam, quae a foro fert in circum maximum, adumbrent. Hac de causa Larentia altera apud Romanos colitur.

Faustulus infantes, Amulii subulcus, clam omnibus sustulit. Alii veritati consona magis referunt, conscio Numitore, et alimenta suppeditante secreto nutritiis, pueros literis omnique liberali disciplina Gabiis institutos: qui tradunt praeterea, quia sugentes visi essent lupam, a papilla Romulum et Remum vocatos. Horum illico in prima etiam aetate corporis praestantia indolem ex proceritate et forma ostendit: et quum adolescerent, acres ambo et fortes, atque ad obiecta pericula magnanimi fuerunt,

42 πορθμίοις] πορθμείοις Anon. Vulcob.

43 πορθμείαν Anon. Vulcob. Bodl. 1. 2. 3. vulgo πορθμίαν.

44 βηλατούραν καλοῦσιν] *Velaturam facere* dicuntur, qui mercede vehunt: et *velabrum*, quod ibi vehantur lintribus. ex Varronis lib. IV. de lingu. Lat. De velabro vide et Liu. Dec. 3. l. 7 *Xylander*.

45 τοῖς βρέφεσι Bodl. 1. 2.

46 τὴν

να δεινὰ, καὶ τόλμαν ὅλως ἀνέκπληκτον ἔχοντες· ὁ δὲ Ῥωμύλος γνώμῃ τε χρῆσθαι μᾶλλον ἐδόκει, καὶ πολιτικὴν ἔχειν σύνεσιν, ἐν ταῖς περὶ νομὰς καὶ κυνηγίας πρὸς τοὺς γειτνιῶντας ἐπιμιξίαις πολλὴν ἑαυτοῦ παρέχων κατανόησιν ἡγεμονικοῦ μᾶλλον, ἢ πειθαρχικοῦ φύσει γεγονότος. διὸ τοῖς μὲν ὁμοφύλοις, ἢ ταπεινοτέροις προσφιλεῖς ἦσαν, ἐπιστάτας δὲ καὶ διόπους βασιλικοὺς καὶ ἀγελάρχας, ὡς μηδὲν αὐτῶν ἀρετῇ διαφέροντας, ὑπερφρονοῦντες, οὔτ' ἀπειλῆς ἐφρόντιζον, οὔτε ὀργῆς. ἐχρῶντο δὲ διατριβαῖς καὶ διαίταις ἐλευθερίοις, οὐ τὴν σχολὴν ἐλευθέριον ἡγούμενοι καὶ τὴν ἀπονίαν [46], ἀλλὰ γυμνάσια καὶ θήρας καὶ δρόμους, καὶ τὸ λῃστὰς ἀλέξασθαι [47], καὶ κλῶπας ἑλεῖν, καὶ βίας ἐξελέσθαι τοὺς ἀδικουμένους. ἦσαν δὴ διὰ ταῦτα περιβόητοι.

VII. Γενομένης δέ τινος πρὸς τοὺς Νομήτορος βουκόλους τοῖς Ἀμουλίου διαφορᾶς, καὶ βοσκημάτων ἐλάσεως, οὐκ ἀνασχόμενοι, συγκόπτουσι μὲν αὐτοὺς καὶ τρέπονται, ἀποτέμνονται δὲ τῆς λείας συχνήν. ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ

runt, planeque intrepidi. Romulus tamen praecellentior confilio, et ciuili prudentia habebatur, in pafcendo venandoque, vicinis quibufcum haberet commercium, magnam de fe opinionem praebens, ad imperandum fe, quam ad parendum, natum potius effe. Itaque popularibus et humilioribus grati effe, villicos regios, procuratores et pecoris magiftros, vt nihilo fe praecellentiores contemnere, nec minis eorum moueri, vel ira: in exercitiis et ftudiis liberalibus frequentes effe, ab otio et inertia, vt re fordida, abhorrentes: amplecti autem labores, venationem, curfus: latrones propulfare, fures prehendere, et afflictos ab iniuria vindicare. Hinc adolefcentibus magnum nomen.

Exorta aliquando inter Numitoris et Amulii paftores contentione, pecoribufque abactis a Numitoris bubulcis, non tulerunt eam iniuriam, fed ceciderunt eos et in fugam verterunt, exueruntque magna ex parte praeda, nihil Numitoris

46 τὴν ἀπόνοιαν Vulcob.

47 ἀμύνασθαι vel ἀλύξασθαι Vulcob.

Νομήτορος, ὠλιγόρου· συνῆγον δὲ καὶ προσεδέχοντο πολλοὺς μὲν ἀπόρους, πολλοὺς δὲ δούλους, θράσους ἀποστατικοῦ καὶ φρονήματος ἀρχὰς ἐνδιδόντες. τοῦ δὲ Ῥωμύλου πρός τινα θυσίαν ἀποτραπομένου, καὶ γὰρ ἦν φιλοθύτης καὶ μαντικὸς, οἱ τοῦ Νομήτορος βοτῆρες τῷ Ῥώμῳ, μετ' ὀλίγων [48] βαδίζοντι προστυχόντες ἐμάχοντο. καὶ γενομένων πληγῶν καὶ τραυμάτων ἐν ἀμφοτέροις, ἐκράτησαν οἱ τοῦ Νομήτορος, καὶ συνέλαβον ζῶντα τὸν Ῥῶμον. ἀναχθέντος οὖν αὐτοῦ πρὸς τὸν Νομήτορα, καὶ κατηγορηθέντος, αὐτὸς μὲν οὐκ ἐκόλασε, χαλεπὸν ὄντα δεδιὼς τὸν ἀδελφὸν, ἐλθὼν δὲ προς ἐκεῖνον, ἐδεῖτο τυχεῖν δίκης, ἀδελφὸς ὢν καὶ καθυβρισμένος ὑπ' οἰκετῶν ἐκείνου βασιλέως ὄντος. συναγανακτούντων δὲ τῶν ἐν Ἄλβῃ, καὶ δεινὰ πάσχειν οἰομένων τὸν ἄνδρα παρ' ἀξίαν, κινηθεὶς ὁ Ἀμούλιος αὐτῷ παραδίδωσι τῷ Νομήτορι τὸν Ῥῶμον ὅ τι βούλοιτο χρήσασθαι. παραλαβὼν δ' ἐκεῖνος, ὡς ἧκεν οἴκαδε, θαυμάζων μὲν [49] ἀπὸ τοῦ σώματος τὸν νεανίσκον, ὑπερφέροντα μεγέθει καὶ ῥώμῃ πάντας, ἐνορῶν

Numitoris morati indignationem. Gregem inde inopum et ſervorum cogunt recipiuntque, vt res iis autoribus ſpectare ad defectionem et audax facinus videretur. Quum eſſet autem ſacrificandi et augurandi Romulus ſtudioſus, eo forte in ſacrificio occupato, inuadunt Numitoris paſtores iter cum paruo comitatu facientem Remum. Dum ictus et vulnera vtrinque inferuntur, vincunt Numitoris paſtores, ac Remum capiunt. Raptum ad ſe et accuſatum Numitor, quia iram verebatur fratris, ipſe non puniuit, ſed profectus ad illum, vltionem poſtulauit, qui frater eſſet regis, violatus ab ipſius famulis. Rei indignitas quum etiam Albanos motos eius dignitate afficeret, adductus eſt Amulius, vt Remum fratri ad ſupplicium quoduis dederet. Adoleſcente domum ducto, corporis eximiam praeter caeteros ſpeciem et robur miratus, ſimul animad-

48 Μετ' ὀλίγον] Rectiſſime omnes habent ὀλίγων. Sic emendat Dacerius. [Quinam hi *omnes* ſint, mallem indicaſſet Brianus. In Iuntina certe, et Aldina, et Cratandreana eſt μετ' ὀλίγον, in accuſat. ſing.]

49 μὲν ἦν Bodl. 1.2.

50 Ἀπλ-

δὲ τῷ προσώπῳ τὸ θαῤῥαλέον καὶ ἰταμὸν τῆς ψυχῆς, ἀδούλωτον καὶ ἀπαθὲς ὑπὸ τῶν παρόντων, ἔργα δὲ αὐτοῦ καὶ πράξεις ὅμοια τοῖς βλεπομένοις ἀκούων, τὸ δὲ μέγιστον, ὡς ἔοικε, Θεοῦ συμπαρόντος καὶ συνεπευθύνοντος ἀρχὰς μεγάλων πραγμάτων, ἀπτόμενος ἐπινοίᾳ [50], καὶ τύχῃ τῆς ἀληθείας, ἀνέκρινεν, ὅστις εἴη καὶ ὅπως γένοιτο, φωνῇ τε πρᾳείᾳ καὶ φιλανθρώπῳ βλέμματι πίστιν αὐτῷ μετ' ἐλπίδος ἐνδιδούς. ὁ δὲ θαῤῥῶν ἔλεγεν· Ἀλλ' οὐδὲν ἀποκρύψομαί σε. καὶ γὰρ εἶναι δοκεῖς Ἀμουλίου βασιλικώτερος. ἀκούεις γὰρ καὶ ἀνακρίνεις, πρὶν ἢ κολάζειν, ὁ δ' ἀκρίτους ἐκδίδωσι. πρότερον μὲν ἑαυτοὺς οἰκετῶν βασιλέως Φαυστύλου καὶ Λαρεντίας ἠπιστάμεθα παῖδας [51]· ἐσμὲν δὲ δίδυμοι. γενόμενοι δὲ ἐν αἰτίᾳ πρός σε, καὶ διαβολαῖς, καὶ τοῖς περὶ ψυχῆς ἀγῶσιν, ἀκούομεν μεγάλα περὶ ἑαυτῶν· εἰ δὲ πιστά, κρίνειν ἔοικε νῦν ὁ κίνδυνος. γοναὶ μὲν γὰρ ἡμῶν ἀπόῤῥητοι λέγονται, τροφαὶ δὲ καὶ

animaduerſa in vultu audacia et confidentia animi, imperterrita et inuicta praeſenti periculo: facta deinde et geſta eius audiens, quae congrua eſſent cum corpore et animo; praecipue vero, Deo ſcilicet praeſente, et commonſtrante magnarum rerum origines, fortuita quadam ſagacitate veritatem aſſecutus interrogauit, quiſnam ſit, quaeue eius origo, comique alloquio et humano intuitu ſpem cum fiducia dat. Ille intrepide, Nihil (inquit) te celabo: namque regio animo magis mihi videris, quam Amulius, eſſe, qui ante audias et quaeras, quam damnes: ille tradidit inauditos. Primum regis miniſtrorum Fauſtuli et Larentiae filios credidimus nos: gemini autem ſumus. Verum vt accuſati apud te ſumus et calumnia circumuenti, de vita vt pericliteмur, mira de nobis intelligimus. Certane ſint, praeſens videtur periculum decreturum. Partus enim noſtros ſecretos accipimus, incunabula et lactatio-

50 Ἀπτόμενος ἐπινοίᾳ καὶ τύχῃ τῆς ἀληθείας] ἐπινοίᾳ τύχῃ Vulc. Lubentius legerim ὑπονοίᾳ: vt infra dicit, ἔτυχεν ὑπονοίᾳ τοῦ ὄντος. *H. Steph.* [vti et Anon. habet] Dacerius praefert ex Mſ. ἐπιπνοίᾳ, per *afflatum* ſiue *inſpirationem*, quoniam praecedit Θεοῦ συμπαρόντος. Ego vero nihil in recepta lectione culpandum reperio, quae cum tota clauſula optime vertitur a Cruſerio, *fortuita quadam ſagacitate veritatem aſſecutus.*

51 εἶναι παῖδας Bodl. 1. 2.

 52 Σώζε-

τιθηνήσεις ἀτοπώτεραι νεογνῶν, οἷς ἐῤῥίφημεν οἰωνοῖς καὶ θηρίοις, ὑπὸ τούτων τρεφόμενοι, μαστῷ λυκαίνης καὶ δρυοκολάπτου ψωμίσμασιν, ἐν σκάφῃ τινὶ κείμενοι παρὰ τὸν μέγαν ποταμόν. ἔστι δ' ἡ σκάφη, καὶ σώζεται [52], χαλκοῖς ὑποζώσμασι γραμμάτων ἀμυδρῶν ἐγκεχαραγμένων· ἃ γένοιτ' ἂν ὕστερον ἴσως ἀνωφελῆ γνωρίσματα τοῖς τοκεῦσιν ἡμῶν ἀπολομένων. Ὁ μὲν οὖν Νομήτωρ, ἔκ τε τῶν λόγων τούτων, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν εἰκάζων τὸν χρόνον, οὐκ ἔφυγε τὴν ἐλπίδα σαίνουσαν, ἀλλ' ἐφρόντιζεν, ὅπως τῇ θυγατρὶ περὶ τούτων κρύφα συγγενόμενος φράσειεν· ἐφρουρεῖτο γὰρ ἔτι καρτερῶς.

VIII. Ὁ δὲ Φαυστύλος ἀκούσας τήν τε σύλληψιν τοῦ Ῥώμου καὶ τὴν παράδοσιν, τὸν μὲν Ῥωμύλον ἠξίου βοηθεῖν, τότε σαφῶς διδάξας περὶ τῆς γενέσεως· πρότερον δὲ ὑπῃνίττετο, καὶ παρεδήλου τοσοῦτον, ὅσον προσέχοντας [53] μὴ μικρὸν φρονεῖν. αὐτὸς δὲ τὴν σκάφην κομίζων ἐχώρει πρὸς τὸν Νομήτορα, σπουδῆς καὶ δέους μεστὸς ὢν διὰ τὸν καιρόν. ὑποψίαν οὖν τοῖς περὶ τὰς πύλας φρουροῖς τοῦ

lactationem infantium etiam maxime inſolitam. Aues enim et ferae, quibus obiecti eramus, inprimis lupa et picus Martius, quum ad magnum fluuium in alueo iaceremus, vberibus et minutis cibariis nos nutrierunt. Exſtat alueus et ſaluus eſt, aeneis vinculis circumductus, literis inſcriptus exoleſcentibus, quae parentibus eſſent olim interitus noſtri inutilia indicia. Numitoris ad verba et aetatem ex facie elucentem, tempus reputantis blanda ſpes animum tetigit, ſubiitque cura, quemadmodum cum filia, quae in arcta adhuc detinebatur cuſtodia, remotis arbitris de his ageret.

At Fauſtulus, vt captum Remum et deditum accepit, Romuli implorat opem, eique tandem veram originem ipſius aperit, quam obſcure ante et obiter hactenus indicauerat, quatenus illis (ſi animum aduerterent) animos facere poſſet. Simul temporis neceſſitate feſtinabundus et perculſus, cum alueo contendit ad Numitorem. Venit autem in ſuſpicionem regiae ad

portam

52 Σώζεται] Placet lectio Anonym. ἔζωσται. Philelphus, *accincta vinculis.*

53 Προσέχοντας] Rectius προσέχοντα, quia modo de Romulo ſolo loquitur.

54 παιδία

βασιλέως παρέχων, καὶ ὑφορώμενος ὑπ' αὐτῶν, καὶ ταραττόμενος πρὸς τὰς ἀνακρίσεις, οὐκ ἔλαθε τὴν σκάφην τῷ χλαμυδίῳ περικαλύπτων. ἦν δέ τις ἐν αὐτοῖς ἀπὸ τύχης τῶν τὰ παιδάρια[54] ῥίψαι λαβόντων, καὶ γεγονότων περὶ τὴν ἔκθεσιν. οὗτος ἰδὼν τὴν σκάφην τότε, καὶ γνωρίσας τῇ κατασκευῇ καὶ τοῖς γράμμασιν, ἔτυχεν ὑπονοίᾳ τοῦ ὄντος· καὶ οὐ παρημέλησεν, ἀλλὰ φράσας τὸ πρᾶγμα τῷ βασιλεῖ, κατέστησεν εἰς ἔλεγχον. ἐν δὲ πολλαῖς καὶ μεγάλαις ἀνάγκαις ὁ Φαυστύλος οὔτ' ἀήττητον ἑαυτὸν διαφυλάξας, οὔτε παντάπασιν ἐκβιασθεὶς, σώζεσθαι μὲν ὡμολόγησε τοὺς παῖδας, εἶναι δ' ἄποθεν τῆς Ἄλβης ἔφη νέμοντας· αὐτὸς δὲ τοῦτο[55] πρὸς τὴν Ἰλίαν φέρων βαδίζειν, πολλάκις ἰδεῖν καὶ θιγεῖν ἐπ' ἐλπίδι βεβαιοτέρᾳ τῶν τέκνων ποθήσασαν. ὅπερ οὖν οἱ ταραττόμενοι καὶ μετὰ δέους ἢ πρὸς ὀργὴν πράττοντες ὁτιοῦν ἐπιεικῶς πάσχουσι, συνέπεσε παθεῖν τὸν Ἀμούλιον. ἄνδρα γὰρ ἄλλῃ τε[56] χρηστὸν καὶ τοῦ Νομήτορος φίλον ὑπὸ σπουδῆς ἔπεμψε, διαπυθέσθαι τοῦ Νομήτορος κελεύσας, εἴ τις ἥκοι

portam ſtationi: et quum oculos in eum intenderent, atque ille trepidaret ad interrogata, detectus eſt, quem pallio operuerat, alveus. Erat forte inter eos quidam ex illis, qui proiiciendos acceperant pueros, et exponendis interſuerant. Hic vt alueum aſpexit, agnovit eum ex forma et literis, remque ſuſpicione attigit, quam non neglexit, ſed aperuit regi, et ad quaeſtionem vocauit. Tantis et tam multis circumuentus periculis, non omnino Fauſtulus infractus ſtetit, neque omnia tamen expreſſa ei fuere. Pueros ergo eſſe fatetur ſuperſtites, ſed procul Alba paſcere. Alueum ſe ad Iliam ferre, quae et certiorem de liberis ſpem videre, et contrectare eum ſaepe cupierat. Id quod vſu venire perplexis ſolet, et illis, qui metum vel iram in conſilium adhibent, accidit Amulio. Quendam enim et probum virum et Numitoris amicum prae feſtinatione ad eum mittit quaeſitum, ecquid

54 παιδία Vulcob.

55 τοῦτο] Satis ex ipſo ſenſu liquet, neutrius generis demonſtratiuum pronomen, abſolute poſitum τὴν σκάφην *alueum* indicare: vt cogitare non habeam, quid Lapo, quum haec peruerteret, in mentem venerit. *Xylander.*

56 Ἄλλῃ τε χρηστὸν] Lege ἄλλα τε.

57 δὲ

λόγος ὡς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν παίδων, ὡς περιγενομένων. ἀφικόμενος ȣ̓͂ν ὁ ἄνθρωπος, καὶ θεασάμενος ὅσον ȣ̓́πω τὸν Ῥῶμον ἐν περιβολαῖς καὶ φιλοφροσύναις τȣ͂ Νομήτορος, τήν τε πίςιν ἰσχυρὰν ἐποίησε τῆς ἐλπίδος, καὶ παρεκελεύσατο τῶν πραγμάτων ὀξέως ἀντιλαμβάνεσθαι· καὶ συνῆν αὐτοῖς ἤδη καὶ συνέπραττεν. ὁ δὲ καιρὸς ȣ̓δὲ βȣλομένοις ὀκνεῖν παρεῖχεν. ὁ γὰρ Ῥωμύλος ἐγγὺς ἦν ἤδη, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐξέθεον ȣ̓κ ὀλίγοι τῶν πολιτῶν μίσει καὶ φόβῳ τȣ͂ Ἀμȣλίȣ. πολλὴν δὲ καὶ σὺν [57] αὐτῷ δύναμιν ἦγε συλλελοχισμένην εἰς ἑκατοςύας· ἑκάςης δὲ ἀνὴρ ἀφηγεῖτο, χόρτȣ καὶ ὕλης ἀγκαλίδα κοντῷ περικειμένην ἀνέχων. μανίπλα ταῦτα [58] Λατῖνοι καλȣ͂σιν. ἀπ᾽ ἐκείνȣ δὲ καὶ νῦν ἐν τοῖς ςρατεύμασι τȣ́τȣς μανιπλαρίȣς ὀνομάζȣσιν. ἅμα [59] δὴ τȣ͂ μὲν Ῥώμȣ τȣ̀ς ἐντὸς ἀφιςάντος, τȣ͂ δὲ Ῥωμύλȣ προσάγοντος ἔξωθεν, ȣ̓́τε πράξας ȣ̓δὲν ὁ τύραννος, ȣ̓́τε βȣλεύσας σωτήριον ἑαυτῷ, διὰ τὸ ἀπορεῖν καὶ ταράττεσθαι, καταληφθεὶς ἀπέθανεν. ὧν τὰ πλεῖςα καὶ Φαβίȣ [60] λέγοντος καὶ τȣ͂ Πεπαρηθίȣ

ecquid de incolumitate puerorum intellexiſſet. Ille accedens, vt pene haerentem iam Remum in complexibus et oſculis Numitoris vidit, et ſpem eius confirmauit, et vt rem gnaviter aggrederetur, autor fuit, ſimulque ſe illis adiunxit, et rem adiuuit. Nec tempus vllam concedebat vel volentibus prolatationem: nam Romulus iam aderat, ad quem odio et metu Amulii globus ſe effuderat ciuium. Manum etiam non contemnendam ipſe adducebat in centurias diſtributam. Singulas vnus ducebat, graminis et fruticum manipulum conto alligatum ferens. Manipulos Latini vocant: Inde manet in hodiernum diem, vt in exercitu hos manipulares appellent. At Remus, quum ciues ad ſe traheret, Romulus vero adoriretur foris, torpidus tyrannus et attonitus, nihil eſt contra molitus, nec quicquam ſalubris conſilii cepit: itaque deprehenſus obtruncatur. Haec fere quamquam et Fabius referat et Peparethius Diocles

57 δὲ σὺν Bodl. 1. 2.

58 Μανίπλα ταῦτα] Omnes Bodl. ταύτας, id eſt, ἀγκαλίδας.

59 Ἀλλὰ δὴ] Iidem ἅμα, rectiſſime.

60 τȣ͂ Φαβίȣ Vulcob.

61 Δι'

Διοκλέους, ὃς δοκεῖ πρῶτος ἐκδοῦναι Ῥώμης κτίσιν, ὕποπτον μὲν ἐνίοις ἐστὶ τὸ δραματικὸν καὶ πλασματῶδες· οὐ δεῖ δὲ ἀπιστεῖν, τὴν τύχην ὁρῶντας, οἵων ποιημάτων δημιουργός ἐστι, καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα λογιζομένους, ὡς οὐκ ἂν ἐνταῦθα προὔβη δυνάμεως, μὴ θείαν τινὰ ἀρχὴν λαβόντα, καὶ μηδὲν μέγα μηδὲ παράδοξον ἔχουσαν.

IX. Ἀμουλίου δὲ ἀποθανόντος, καὶ τῶν πραγμάτων καταστάντων, Ἄλβην μὲν οὔτ' οἰκεῖν μὴ ἄρχοντες, οὔτ' ἄρχειν ἐβούλοντο, τοῦ μητροπάτορος ζῶντος· ἀποδόντες δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἐκείνῳ, καὶ τῇ μητρὶ τιμὰς πρεπούσας, ἔγνωσαν οἰκεῖν καθ' ἑαυτοὺς, πόλιν, ἐν οἷς χωρίοις ἐξ ἀρχῆς ἐνετράφησαν, κτίσαντες· αὕτη γὰρ εὐπρεπεστάτη τῶν αἰτιῶν ἐστιν. ἦν δ' ἴσως ἀναγκαῖον, οἰκετῶν καὶ ἀποστατῶν πολλῶν ἠθροισμένων πρὸς αὐτοὺς, ἢ καταλυθῆναι παντάπασι, τούτων διασπαρέντων, ἢ συνοικεῖν νὴ Δία μετ' αὐτῶν. ὅτι γὰρ οὐκ ἠξίουν οἱ τὴν Ἄλβην οἰκοῦντες ἀναμιγνῦναι τοὺς ἀποστάτας ἑαυτοῖς, οὐδὲ προσδέχεσθαι πολίτας, ἐδήλωσε πρῶτον μὲν τὸ περὶ τὰς γυναῖκας ἔργον, οὐχ ὕβρει τολμηθὲν, ἀλλὰ δι' ἀνάγκην, ἑκουσίων [61]

Diocles (quem puto de condita Roma primum memoriae mandasse) suspecta quidam habent vt fabulosa et commentitia: nos, quum cernamus, quanta vis sit fortunae, non debemus ei fidem derogare, reputantes animo, rem Romanam sine diuino aliquo auspicio et magno miraculo non fuisse eo potentiae progressuram.

Amulio interfecto rebusque compositis, neque Albae habitare sine imperio, neque viuo regnare auo induxerunt in animum. Quare permisso illi regno, matrique debito habito honore, ipsis consilium fuit seorsum vrbis, vbi primum fuerant educati, condendae: nam haec mihi causa honestissima videtur. Fortassis autem quum iam serui atque exules confluxissent frequentes ad ipsos, reliquum erat, vt aut res illorum plane corruerent, si dissipati hi essent, aut vt separatim cum iis coniungerent domicilium. Nam abnuisse Albanos in corpus suum et ciuitatem recipere fugitiuos illos et exules, constat primum ex mulierum raptu non ex libidine instituto, sed ob connubiorum difficultatem

tatem

61 Δι' ἀνάγκην ἑκουσίως] Anon. praecesserit δι' ἀνάγκην: lege ἀκουσίως, quod ταυτόλογον est, cum ἑκουσίων, nempe γάμων.

62 Κυη-

ἀπορίᾳ γάμων· ἐτίμησαν γὰρ αὐτὰς ἁρπάσαντες περιττῶς. ἔπειτα τῆς πόλεως τὴν πρώτην ἵδρυσιν λαμβανούσης, ἱερόν τι φύξιμον τοῖς ἀφισαμένοις κατασκευάσαντες, ὃ Θεοῦ Ἀσυλαίου προσηγόρευον, ἐδέχοντο πάντας, οὔτε δεσπόταις δοῦλον, οὔτε θῆτα χρήσταις, οὔτ' ἄρχουσιν ἀνδροφόνον ἐκδιδόντες, ἀλλὰ μαντεύματι πυθοχρήστῳ πᾶσι βεβαιοῦν τὴν ἀσυλίαν φάσκοντες· ὥστε πληθῦσαι ταχὺ τὴν πόλιν. ἐπεὶ τάς γε πρώτας ἑστίας λέγουσι τῶν χιλίων μὴ πλείονας γενέσθαι. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον. ὁρμήσασι δὲ πρὸς τὸν συνοικισμὸν αὐτοῖς, εὐθὺς ἦν διαφορὰ περὶ τοῦ τόπου. Ῥωμύλος μὲν οὖν τὴν καλουμένην Ῥώμην Κουαδράτην [62], ὅπερ ἐστὶ τετράγωνον, ἔκτισε, καὶ ἐκεῖνον ἐβούλετο πολίζειν τὸν τόπον· Ῥῶμος [63] δὲ, χωρίον τι τοῦ Ἀβεντίνου καρτερὸν [64], ὃ δι' ἐκεῖνον μὲν ὠνομάσθη Ῥεμώνιον [65], νῦν δὲ Ῥιγνάριον καλεῖται. συνθεμένων δὲ τὴν ἔριν ὄρνισιν αἰσίοις βραβεῦσαι, καὶ καθεζομένων χωρὶς, ἓξ φασὶ τῷ Ῥώμῳ, διπλασίους δὲ τῷ Ῥωμύλῳ προφανῆναι γῦπας. οἱ δὲ τὸν μὲν Ῥῶμον ἀληθῶς ἰδεῖν·

tatem necessario facinore: coluerunt enim supra modum raptas. Mox iactis vrbis fundamentis asylum aperuerunt profugis et fugitiuis, quod Dei Asylaei appellauerunt; omnesque recipiebant, neque seruum dominis, nec creditoribus nexum, nec magistratibus dedebant homicidam, verum inuiolatum locum ex oraculo Apollinis praestare se asserebant. Ita vrbs est breui frequentata. Nam prima aedificia non amplius fuisse mille volunt. Verum de his infra. Intentis condendae vrbi illico de loco discordia interuenit. Romulus quadratam, vt vocatur, Romam condidit, atque eo in loco statuere voluit vrbem. Auentini Remus munitiorem designauit partem, quod ab eo est Remonium dictum, nunc Rignarium vocitatur. Itaque litem augurio committunt. Quum diuersa loca cepissent, sex vultures Remo tradunt, Romulo bis totidem se ostendisse. Quidam Remum vere sex vidisse, Romu-

62 Κουαδράτον Vulcob.
63 Ῥέμος vbique Vulcob.
64 καρτερὸν ἔκτισεν Bodl. 1. 2.
65 Ῥεμώνιον] Ῥωμώνιον Bodl. 1. 2. Ῥεμωρία Dacerius ex Ms. Sic Anon. Ῥεμώριον doctissimus Dauisius in notis ad Ciceronis Diuinationem. Vide Festum.

66 Ἡρά-

ψεύσασθαι δὲ τὸν Ῥωμύλον. ἐλθόντος δὲ τοῦ Ῥώμου, τότε τοὺς δώδεκα τῷ Ῥωμύλῳ φανῆναι· διὸ καὶ νῦν μάλιστα χρῆσθαι γυψὶ Ῥωμαίους οἰωνιζομένους. Ἡρόδωρος δὲ ὁ Ποντικὸς[66] ἱστορεῖ καὶ τὸν Ἡρακλέα χαίρειν γυπὸς ἐπὶ πράξει φανέντος. ἔστι μὲν γὰρ ἀβλαβέστατον ζώων ἀπάντων, μηδὲν, ὧν σπείρουσιν, ἢ φυτεύουσιν, ἢ νέμουσιν ἄνθρωποι, σινόμενον. τρέφεται δὲ ἀπὸ νεκρῶν σωμάτων· ἀποκτίννυσι δ' οὐδὲν, οὐδὲ λυμαίνεται ψυχὴν[67] ἔχον, πτηνοῖς δὲ διὰ συγγένειαν οὐδὲ νεκροῖς πρόσεισιν. ἀετοὶ δὲ καὶ γλαῦκες καὶ ἱέρακες ζῶντα κόπτουσι τὰ ὁμόφυλα καὶ φονεύουσι. καίτοι κατ' Αἰσχύλον·

Ὄρνιθος ὄρνις πῶς ἂν ἁγνεύοι φαγών;

ἔτι τἄλλα μὲν ἐν ὀφθαλμοῖς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀναστρέφεται, καὶ παρέχει διὰ παντὸς αἴσθησιν ἑαυτῶν· ὁ δὲ γὺψ σπάνιόν ἐστι θέαμα, καὶ νεοσσοῖς γυπὸς οὐ ῥαδίως ἴσμεν ἐντετυχηκότες· ἀλλὰ καὶ παρέσχεν ἐνίοις ἄτοπον ὑπόνοιαν, ἔξωθεν αὐτοὺς ἀφ' ἑτέρας τινὸς γῆς καταίρειν

Romulum mentitum: ſed quum acceſſiſſet ad eum Remus, tunc duodecim Romulo viſos: quapropter manſiſſe, vt in augurio capiendo Romani habeant vultures praecipuos. Herodorus Ponticus Herculi laetum augurium tradit fuiſſe, ſi vultur ſe obtuliſſet ei in re agenda. Eſt enim hoc animal praeter caetera innocentiſſimum, nec ſatis, vel plantis, vel pecori noxium. Cadaueribus tantum veſcitur: nihil, quod viuit, perimit, neque ei nocet. Volucribus ob cognationem abſtinet etiam mortuis: cum aquilae, noctuae et accipitres ſui generis aues inuadant et interimant vel viuas: licet, vt Aeſchylus ait,

Immunda auis ſit, ſi qua auem depaſcitur.

Praeterea volucres aliae fere oculis noſtris obuerſantur. Vulturis rarum eſt ſpectaculum, neque quenquam temere, qui pullos vulturinos conſpexerit, inuenias: ſed raritas eorum nonnullis et inſolentia opinionem inuexit nouam, ex alio orbe huc

66 Ἡρόδωρος δὲ ὁ Ποντικὸς] In Graeco eſt Ἡρόδοτος. quod vitium ſecutus vterque interpres Herodotum extulit: quum ſit Herodorus, cuius etiam in Theſeo mentio facta eſt, Ἡρόδωρος. Fuit autem ex Pontica Heraclea: vnde apud Athenaeum lib. XI. Heracleotes citatur. Quin et apud Plutarchum in Rom. quaeſt. XCIII. vbi iiſdem haec fere verbis referuntur, Ἡρόδωρος recte legitur. *Xylander.*

67 τὸ ψυχὴν Bodl. 1. 2.

68 Κέλωρος;

ἐνταῦθα, τὸ σπάνιον καὶ μὴ συνεχές. οἷον οἱ μάντεις ἀξιοῦσιν εἶναι τὸ μὴ κατὰ φύσιν, μηδ᾽ ἀφ᾽ αὑτοῦ, πομπῇ δὲ θεία φαινόμενον.

X. Ἐπεὶ δ᾽ ἔγνω τὴν ἀπάτην ὁ Ῥῶμος, ἐχαλέπαινε, καὶ τοῦ Ῥωμύλου τάφρον ὀρύττοντος, ᾗ τὸ τεῖχος ἔμελλε κυκλοῦσθαι, τὰ μὲν ἐχλεύαζε τῶν ἔργων, τοῖς δ᾽ ἐμποδὼν ἐγίνετο. τέλος δὲ διαλλόμενον αὐτὸν, οἱ μὲν, αὐτοῦ Ῥωμύλου πατάξαντος, οἱ δὲ, τῶν ἑταίρων τινὸς Κέλερος [68], ἐνταῦθα πεσεῖν λέγουσιν. ἔπεσε δὲ καὶ Φαυστύλος ἐν τῇ μάχῃ καὶ Πλειστῖνος· ὃν ἀδελφὸν ὄντα Φαυστύλου συνεκθρέψαι τοὺς περὶ τὸν Ῥωμύλον ἱστοροῦσιν. ὁ μὲν οὖν Κέλερ εἰς Τυῤῥηνίαν μετέστη, καὶ ἀπ᾽ ἐκείνου τοὺς ταχεῖς οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ὀξεῖς Κέλερας ὀνομάζουσι· καὶ Κόϊντον Μέτελλον, ὅτι τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος ἀγῶνα μονομάχων ἡμέραις ὀλίγαις ἐποίησε, θαυμάσαντες τὸ τάχος τῆς παρασκευῆς, Κέλερα προσηγόρευσαν. ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐν τῇ Ῥεμονίᾳ [69] θάψας τὸν Ῥῶμον ὁμοῦ καὶ τοὺς τροφεῖς, ᾤκιζε τὴν πόλιν, ἐκ Τυῤῥηνίας μεταπεμψάμενος ἄνδρας ἱεροῖς τισι θεσμοῖς καὶ γράμμασιν ὑφηγουμένους ἕκαστα

huc eos commigrare: cuiuſcemodi vates contendunt id eſſe, quod non natura duce, nec ſponte ſe profert ſua, ſed mittitur diuinitus.

Detecta fraude, Remus dolore motus; Romuli, cum foſſam duceret, qua muro amplecti vrbem ſtatuerat, deſignationem partim ludibrio habuit, partim interpellauit. Poſtremo cum eam tranſiliret, caeſum eo loco eſſe, autores ſunt quidam, Romuli manu, alii Celeris, qui ſodalis erat Romuli. Eo in certamine Fauſtulus quoque, et Pliſtinus Fauſtuli frater, quem ſocium in educando Romulo Fauſtulum habuiſſe ſcribunt, cecidere. Celer in Hetruriam exulatum iuit. Ab eo veloces vocant Romani Celeres; et Q. Metellum, quod patre defuncto munus gladiatorium populo dediſſet, paucis diebus in apparatu poſitis, velocitatis admiratione, Celerem appellauere. Romulus poſtquam Remum vna cum nutritiis ſuis in Remonia ſepeliuit, condidit vrbem: ad quod acciuit Hetruſcos, qui velut in myſteriis, vt quidque faciendum erat, ceremoniis quibuſdam et ſcriptis praeſcripſerunt,

68 Κέλωρος, et infra Κέλωρ Bodl. 1. 2.

69 Ῥεμορίᾳ Vulcob. Anon.

70 ἄλλον

καὶ διδάσκοντας, ὥσπερ ἐν τελετῇ. βόθρος γὰρ ὠρύγη περὶ τὸ νῦν Κομίτιον κυκλοτερὴς, ἀπαρχαί τε πάντων, ὅσοις νόμῳ μὲν ὡς καλοῖς ἐχρῶντο, φύσει δ' ὡς ἀναγκαίοις, ἀπετέθησαν ἐνταῦθα. καὶ τέλος, ἐξ ἧς ἀφῖκτο γῆς ἕκαστος, ὀλίγην κομίζων μοῖραν, ἔβαλον εἰς [70] ταῦτα καὶ συνεμίγνυον. καλοῦσι δὲ βόθρον τοῦτον, ᾧ καὶ τὸν ὄλυμπον, ὀνόματι, μοῦνδον. εἶτα, ὥσπερ κύκλον κέντρῳ, περιέγραψαν τὴν πόλιν. ὁ δ' οἰκιστὴς ἐμβαλὼν ἀρότρῳ χαλκῆν ὕννιν, ὑποζεύξας δὲ βοῦν ἄῤῥενα καὶ θήλειαν, αὐτὸς μὲν ἐπάγει περιελαύνων αὔλακα βαθεῖαν [71] τοῖς τέρμασι [72], τῶν δ' ἑπομένων ἔργον ἐστὶν, ἃς ἀνίστησι βώλους τὸ ἄροτρον, καταστρέφειν εἴσω, καὶ μηδεμίαν ἔξω περιορᾶν ἐκτρεπομένην. τῇ μὲν οὖν γραμμῇ τὸ τεῖχος ἀφορίζουσι, καὶ καλεῖται κατὰ συγκοπὴν πωμήριον, οἷον ὄπισθεν τείχους, ἢ μετὰ τεῖχος. ὅπου δὲ πύλην ἐμβαλεῖν διανοοῦνται, τὴν ὕννιν ἐξελόντες καὶ τὸ ἄροτρον ὑπερθέντες, διάλειμμα ποιοῦσιν. ὅθεν ἅπαν τὸ τεῖχος ἱερὸν, πλὴν τῶν πυλῶν, νομίζουσι· τὰς δὲ πύλας ἱερὰς νομίζοντας, οὐκ [73] ἦν ἄνευ δεισιδαιμονίας τὰ μὲν δέχεσθαι, τὰ

runt, docueruntque. Namque comitio foſſa eſt rotunda circumducta. In eam primitias detulerunt omnium, quae de more vt bonis, natura vtebantur vt neceſſariis. Poſtremo ex qua quiſque aduenerat regione, eius terrae portiunculam collatam eo coniecerunt et commiſcuerunt. Foſſam hanc eodem, quo coelum, nomine, vocauerunt Mundum. Hinc vrbem ſicut circulum a centro circumſcripſere. Ipſe conditor aratro aereum vomerem adiungit, iunctiſque bobus mare et foemina, ipſe circum lineamenta profundum inducit ſulcum. Sequentium munus eſt, vt excitatas ab aratro glebas intro vertant, nec vllam ſinant extra ferri. Ita moenia linea definiunt, idque eliſis aliquot literis, Pomerium dicitur, quaſi poſt vel pone moenia. Vbi portam deſignare viſum eſt, vomere exempto atque aratro ſublato, ſpatium relinquunt. Vnde totum habent murum praeter portas ſacrum. Nam eas ſi ducerent ſacras, religioſum

70 ἔβαλλον Vulcob.
71 deeſt βαθεῖαν Bodl. 1.2.
72 τοῖς τέλμασι Bodl. 1.2.
73 ὀνομάζουσιν. οἱ δὲ τὰς πύλας ἱερὰς

δ' ἀποπέμπειν τῶν τε ἀναγκαίων καὶ τῶν μὴ καθαρῶν.

XII. Ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρᾳ γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα [74] καλανδῶν Μαΐων, ὁμολογεῖται· καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι Ῥωμαῖοι, γενέθλιον τῆς πατρίδος ὀνομάζοντες. ἐν ἀρχῇ δ', ὥς φασιν, οὐδὲν ἔμψυχον ἔθυον, ἀλλὰ καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον ᾤοντο δεῖν τῇ πατρίδι τὴν ἐπώνυμον τῆς γενέσεως ἑορτὴν φυλάττειν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς κτίσεως βοτηρική τις ἦν αὐτοῖς ἑορτὴ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, καὶ Παλήλια [75] προσηγόρευον αὐτήν. νῦν μὲν οὖν οὐδὲν αἱ Ῥωμαϊκαὶ νουμηνίαι πρὸς τὰς Ἑλληνικὰς [76] ὁμολογούμενον ἔχουσιν· ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἔκτιζεν, ἀτρεκῆ τριακάδα [77] τυχεῖν λέγουσι καὶ σύνοδον ἐκλειπτικὴν [78] ἐν αὐτῇ γενέσθαι σελήνης πρὸς ἥλιον, ἣν εἰδέναι καὶ Ἀντίμαχον οἴονται, τὸν Τήϊον ἐποποιὸν, ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης ὀλυμ-

ligiosum esset necessaria et impura in vrbem recipere, et exportare.

Conditam vrbem in confesso est vndecimo Calend. Maias, quem diem Romani patriae Natalem appellant, habentque festum. Initio, vt fama est, nihil immolabant animatum. Purum censebant et incruentum decere Natalibus patriae solenne consecratum conseruare. Eundem diem illi et ante vrbem conditam, festo pastorali habebant sacrum, et Palilia vocabant. Caeterum Nouilunia hac tempestate apud Romanos nihil quadrant cum Graecis. At diem illum, quo condidit vrbem Romulus, plane in trigesimum mensis apud Graecos tradunt incidisse, quo subiens solis orbem luna defecit, quem defectum Antimachum vidisse Teium poëtam lyricum arbitrantur, quum incurreret in tertium sextae Olympia-

ἱερὰς νομίζοντες, φασὶν, ὅτι οὐκ Bodl. 1. 2.

74 πρὸς ἕνδεκα Bodl. 1. 2.

75 Παλήλια] παρήλια Vulcob. Horum, sicut et rituum condendae vrbis, est venustissima descriptio apud Ouid. IV. Fast. et Propertium lib. IV. elegia prima et quarta. Certe Dion. Halicarn. Παρεντάλια appellare videtur sub finem primi Libri. *Xyl.*

76 τοὺς Ἕλληνας Vulcob.

77 Ἀτρεκῆ τριακάδα] Petitus Miscell. l. IX. c. 2. legit εἰκάδα.

78 Vid. Ruald.

79 Βάῤῥωνα

πιάδος συμπεσοῦσαν. ἐν δὲ τοῖς κατὰ Οὐάῤῥωνα [79] τὸν φιλόσοφον χρόνοις, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐν ἱστορίᾳ βιβλιακώτατον, ἦν Ταρούτιος ἑταῖρος αὐτοῦ [80], φιλόσοφος μὲν ἄλλως καὶ μαθηματικὸς, ἁπτόμενος δὲ τῆς περὶ τὸν πίνακα μεθόδου, θεωρίας ἕνεκα, καὶ δοκῶν ἐν αὐτῇ περιττὸς εἶναι. τούτῳ προὔβαλλεν ὁ Οὐάῤῥων ἀναγαγεῖν τὴν Ῥωμύλου γένεσιν εἰς ἡμέραν καὶ ὥραν, ἐκ τῶν λεγομένων ἀποτελεσμάτων περὶ τὸν ἄνδρα ποιησάμενον τὸν συλλογισμὸν, ὥσπερ αἱ τῶν γεωμετρικῶν ὑφηγοῦνται προβλημάτων ἀναλύσεις. τῆς γὰρ αὐτῆς θεωρίας εἶναι, χρόνον τε λαβόντας ἀνθρώπου γενέσεως, βίον προειπεῖν, καὶ βίῳ δοθέντι θηρεῦσαι χρόνον. ἐποίησεν οὖν τὸ προσταχθὲν ὁ Ταρούτιος, καὶ τά τε πάθη καὶ τὰ ἔργα τοῦ ἀνδρὸς ἐπιδὼν, καὶ χρόνον ζωῆς καὶ τρόπον τελευτῆς, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα συνθεὶς, εὖ μάλα τεθαῤῥηκότως καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας, καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς· τὴν

Olympiadis annum. Varroni philoſopho, qui Romanorum plurimae fuit in hiſtoria lectionis, familiaris erat Tarutius, philoſophus ille quidem et mathematicus, atque etiam genethliacus: cui ſcientiae ita ſe ſpeculandi gratia dederat, vt in ea videretur excellere. Huic propoſuit Varro, vt Romuli natalem diem, immo horam deſignaret, ex euentis eius ducens rationes, ſicut quaeſtionum geometricarum docent Analyſes. Eiuſdem eſſe enim diſciplinae, quum diem natalem acceperis, vitam cuiuſpiam praenuntiare, ac vita propoſita exquirere natalem. Suſcepit prouinciam Tarutius, poſitiſque ob oculos Romuli caſibus, factiſque, ac vitae ſpatio et mortis genere, atque huiuſmodi comparatis omnibus, confidenter et intrepide conceptum a matre pronuntiauit anno ſecundae Olympiadis primo, menſis, quem vocant Aegyptii Choeac, tertio et viceſimo die ad tertiam horam, qua ſol omni ex parte defecit: In

79 Βάῤῥωνα Vulc. Bodl. 1. 2. et infra.

80 Ταρούτιος ἑταῖρος αὐτοῦ] Cicero 2. de diuinatione, *L. quidem Tarutius Firmanus, familiaris noſter,* etc. Vide locum. *Xylander.*

δ' ἐμφανῆ γένεσιν, ἐν μηνὶ Θὼθ [81], ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα περὶ ἡλίου ἀνατολάς. κτισθῆναι δὲ τὴν Ῥώμην ὑπ' αὐτοῦ [82] τῇ ἐνάτῃ [83] Φαρμουθὶ [84] μηνὸς ἱσταμένου, μεταξὺ δευτέρας ὥρας καὶ τρίτης· ἐπεὶ καὶ πόλεως τύχην, ὥσπερ ἀνθρώπου, κύριον ἔχειν οἴονται χρόνον, ἐκ τῆς πρώτης γενέσεως πρὸς τὰς τῶν ἀστέρων ἐποχὰς θεωρούμενον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως καὶ τὰ τοιαῦτα οὐ τῷ ξένῳ καὶ περιττῷ προσάξεται μᾶλλον, ἢ διὰ τὸ μυθῶδες ἐνοχλήσει τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐτοῖς.

XIII. Κτισθείσης δὲ τῆς πόλεως, πρῶτον μὲν ὅσον ἦν ἐν ἡλικίᾳ πλῆθος, εἰς συντάγματα στρατιωτικὰ διεῖλεν· ἕκαστον δὲ σύνταγμα πεζῶν τρισχιλίων ἦν, καὶ τριακοσίων ἱππέων. ἐκλήθη δὲ λεγεών, τῷ λογάδας εἶναι τοὺς μαχίμους ἐκ πάντων. ἔπειτα τοῖς μὲν ἄλλοις ἐχρῆτο δήμῳ, καὶ ποπούλους ὠνομάσθη τὸ πλῆθος· ἑκατὸν δὲ τοὺς ἀρίστους ἀπέδειξε βουλευτάς, καὶ αὐτοὺς μὲν πατρικίους, τὸ δὲ σύστημα, σενάτον προσηγόρευσεν. ὁ μὲν οὖν σενάτος ἀτρεκῶς γερουσίαν σημαίνει· πατρικίους δὲ τοὺς βουλευτὰς κληθῆναι λέγουσιν, οἱ μέν, ὅτι παίδων γνησίων

In lucem editum menſis Thoth viceſimo primo, circa ſolis ortum: die nono menſis Pharmuthi vrbis incunabula fuiſſe inter ſecundam et tertiam horam. Siquidem non minus vrbis, quam hominis fortunae certum eſt tempus, quod ex primis incunabulis ad ſtellarum capitur poſitiones. Verum haec fortaſſis et ſimilia non tam erunt lectori odioſa, quia fabuloſa ſunt, quam nouitate et curioſitate ducent.

Vrbe iam condita iuuentutem adultam in militares ordines diſtribuit. Singuli ordines peditum habebant terna millia, tricenos equites. Quia vero ex omnibus bellicoſi lecti erant, Legio dicta. Hinc reliquum coetum habuit et dixit populum. Centum praeſtantiſſimos delegit in conſilium, quos Patricios vocauit, collegium, Senatum. Per Senatum coetus Seniorum intelligitur: Senatores vero Patricios dictos ferunt hi, quod liberorum

81 Θωὺθ Vulc.

82 ὑπ' αὐτῇ Vulcob.

83 Ἐνάτῃ Φαρμουθὶ] Petitus legit loco ſupra citato πρώτῃ.

84 Φαωφὶ Vulcob.

πατέρες ἦσαν, οἱ δὲ μᾶλλον, ὡς αὐτοὺς ἔχοντας ἑαυτῶν ἀποδεῖξαι πατέρας, ὅπερ οὐ πολλοῖς ὑπῆρξε τῶν πρώτων εἰς τὴν πόλιν συῤῥεόντων· οἱ δὲ ἀπὸ τῆς πατρωνείας. οὕτω γὰρ ἐκάλουν τὴν προστασίαν, καὶ καλοῦσιν ἄχρι νῦν, οἰόμενοι Πάτρωνά τινα τῶν σὺν Εὐάνδρῳ παραγενομένων, κηδεμονικὸν τῶν ὑποδεεστέρων ὄντα καὶ βοηθητικὸν, ἀφ' αὐτοῦ τῷ πράγματι ταύτην τὴν προσηγορίαν ἀπολιπεῖν. μάλιστα δ' ἂν τις τυγχάνοι τοῦ εἰκότος, εἰ νομίζοι, τὸν Ῥωμύλον, ἀξιοῦντα τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους πατρικῇ κηδεμονίᾳ καὶ φροντίδι προσήκειν ἐπιμελεῖσθαι τῶν ταπεινοτέρων, ἅμα δὲ τοὺς ἄλλους διδάσκοντα μὴ δεδιέναι, μηδ' ἄχθεσθαι ταῖς τῶν κρειττόνων τιμαῖς, ἀλλὰ χρῆσθαι μετ' εὐνοίας, καὶ νομίζοντας, καὶ προσαγορεύοντας πατέρας, οὕτως ὀνομάσαι. καὶ γὰρ ἄχρι νῦν τοὺς ἐν συγκλήτῳ τελοῦντας [85], οἱ μὲν ἔξωθεν ἄνδρας ἡγεμόνας καλοῦσιν· αὐτοὶ δὲ Ῥωμαῖοι πατέρας συγγεγραμμένους, τῷ μέγιστον μὲν ἀξίωμα καὶ τιμὴν, ἥκιστα δὲ φθόνον ἔχοντι χρώμενοι [86] τῶν ὀνομάτων. ἐν ἀρχῇ μὲν οὖν πατέρας αὐτοὺς μόνον, ὕστερον δὲ πλειόνων προσαναλαμβανομένων, πατέρας συγγεγραμμένους προσηγόρευσεν.

rum ingenuorum essent parentes: alii, quod parentes suos laudare possent, quod ex colluuie illa ciuitatis prima licebat paucis. Sunt qui a patrocinio; Patronem quendam, qui sequutus fuerat Euandrum, aduenam, defensorem inopum et vindicem, huic rei nomen arbitrantes tribuisse. Verius videatur, Romulum principum et potentissimorum censentem partes esse, vt paterna cura et sollicitudine complecterentur demissiores, simulque docentem plebem, ne timerent praestantiores, neue inuiderent honoribus eorum, sed vterentur iis cum beneuolentia, ac ducerent patres appellarentque, id nomen his dedisse. Nam nunc quoque senatores, exterae nationes, Dominos Ducesque, ipsi Romani cum amplissimo et honoratissimo, tum minime inuidioso nomine Patres Conscriptos vocant. Principio Patres tantum, post pluribus adscitis, Patres conscriptos appellauere. Atque

85 τῶν ἐν συγκλήτῳ τελούντων Bodl. 1. 2. 3.

86 deest χρώμενοι Bodl. 1. 2.

καὶ τῦτο μὲν ἦν ὄνομα σεμνότερον αὐτῷ τῆς πρὸς τὸ δημοτικὸν τῦ βυλευτικῦ διαφορᾶς· ἑτέροις[87] δὲ τὺς δυνατὺς ἀπὸ τῶν πολλῶν διήρει, πάτρωνας ὀνομάζων, ὅπερ ἐςὶ προςάτας, ἐκείνυς δὲ κλίεντας, ὅπερ ἐςὶ πελάτας· ἅμα δὲ πρὸς ἀλλήλυς θαυμαςὴν εὔνοιαν αὐτοῖς καὶ μεγάλων δικαίων ὑπάρξυσαν ἐνεποίησεν. ὗτοι μὲν γὰρ ἐξηγητάς τε τῶν νομίμων καὶ προςάτας δικαζομένοις, συμβύλυς τε πάντων καὶ κηδεμόνας ἑαυτὺς παρεῖχον. ἐκεῖνοι δὲ τύτυς ἐθεράπευον, ὐ μόνον τιμῶντες, ἀλλὰ καὶ πενομένοις θυγατέρας συνεκδιδόντες, καὶ χρέα συνεκτιννύοντες·[88] καταμαρτυρεῖν τε πελάτυ[89] προςάτην, ἢ προςάτυ πελάτην, ὔτε νόμος ὐδεὶς, ὔτε ἄρχων ἠνάγκαζεν. ὕςερον δὲ τῶν ἄλλων δικαίων μενόντων, τὸ λαμβάνειν χρήματα τὺς δυνατὺς παρὰ τῶν ταπεινοτέρων, αἰσχρὸν ἐνομίσθη καὶ ἀγεννές. ταῦτα μὲν ὖν περὶ τύτων.

XIV. Τετάρτῳ δὲ μηνὶ μετὰ τὴν κτίσιν, ὡς Φάβιος

Atque eo tam venerando vocabulo populum a ſenatu diſtinxit. Caeteros deinde potentiores ſecreuit a plebe, appellauitque Patronos illos, hos Clientes. Ex quo fonte mirifice eos inter ſe beneuolentiae neceſſitudiniſque copulauit iure, quum litigantibus patroni de iure reſponderent, atque aduocati adeſſent in iudicio, omnibuſque item in rebus conſilio eos et ſtudio fouerent: hos contra colerent clientes, non honorando modo, verum dote etiam tenuiorum filiabus conferenda, et aere alieno ſoluendo. Teſtimonii aduerſus patronum clienti, vel patrono aduerſus clientem dicendi nulla regis, nulla magiſtratus coactio erat. Poſtea reliquis officiis nihil imminutis, ſi mercedem accepiſſent potentiores a demiſſioribus, turpe haberi coepit et ſordidum. Sed hactenus de his.

Ab vrbe condita quarto menſe raptum deſignatum Sabinarum

87 Ἑτέρυς δὲ (vt olim fuit pro ἑτέροις)] Repone ἑτέρως: alio modo potentiores a plebe diſtinxit.

88 συνεκτίνοντες Vulc. Bodl. 1. 2.

89 καταμαρτυρεῖν τε πελάτυ etc.] Vide hac de re iudicium C. Marii in praetura ambitus rei, ab ipſo Plutarcho in eius vita deſcriptum. *Xylander*.

90 Ἡμερω-

ἱστορεῖ, τὸ περὶ τὴν ἁρπαγὴν ἐτολμήθη τῶν γυναικῶν. καὶ
λέγουσι μὲν ἔνιοι τὸν Ῥωμύλον αὐτὸν, τῇ φύσει φιλοπό-
λεμον ὄντα, καὶ πεπεισμένον ἔκ τινων ἄρα λογίων, ὅτι
τὴν Ῥώμην πέπρωται πολέμοις τρεφομένην καὶ αὐξομέ-
νην γενέσθαι μεγίστην, βίας ὑπάρξαι πρὸς τοὺς Σαβίνους·
οὐδὲ γὰρ πολλὰς, ἀλλὰ τριάκοντα μόνας παρθένους
λαβεῖν αὐτὸν, ἅτε δὴ πολέμου μᾶλλον, ἢ γάμων δεό-
μενον. τοῦτο δὲ οὐκ εἰκός· ἀλλὰ τὴν μὲν πόλιν ὁρῶν
ἐποίκων εὐθὺς ἐμπιπλαμένην, ὧν ὀλίγοι γυναῖκας εἶχον,
οἱ δὲ πολλοὶ μιγάδες ἐξ ἀπόρων καὶ ἀφανῶν ὄντες
ὑπερεωρῶντο καὶ προσεδοκῶντο μὴ συμμενεῖν βεβαίως·
ἐλπίζων δὲ πρὸς τοὺς Σαβίνους τρόπον τινὰ συγκράσεως
καὶ κοινωνίας ἀρχὴν τὸ ἀδίκημα ποιήσειν αὐτοὺς ἡμερω-
σαμένους τὰς γυναῖκας [90], ἐπεχείρησε τῷ ἔργῳ τόνδε

binarum tradit Fabius. Romulum ipſum quidam autores ſunt ad
arma natum, atque certis ſcilicet adductum oraculis, in fatis eſſe,
vt Roma re militari enutrita et aucta in immenſum creſceret, Sa-
binos vi prius inuaſiſſe, neque ſane multas, ſed rapuiſſe triginta
dumtaxat, vt qui non tam connubia, quam bellum quaereret: at-
qui id parum congruit. Verum vrbem quum ſtatim videret re-
fertam aduenis, quorum haberent pauci coniuges, reliqui ex
egenis conflati et obſcuris contemnerentur, neque putarentur
diu cum ipſo manſuri: ſperaret autem ex hac iniuria vin-
culum aliquod ſuis, vbi mulieres demulſiſſent, cum Sabinis
et commercium naſciturum, rem ad hunc modum aggreſſus
eſt.

90 Ἡμερωσαμένοις (ſic olim) τὰς γυναῖκας] Sententia eſt: ſperabat (Romulus) ex hac iniuria vinculum aliquod ſuis, *vbi mulieres demulſiſſent*, cum Sabinis et commercium naſciturum: Vana quidem ſpes et tenui nimis innixa fundamento: nempe Sabinos, qui πολλοὶ ἦσαν καὶ πολεμικοὶ p. 55. tantam iniuriam raptarum filiarum in amicitiam verſuros, ea de cauſa ſcilicet, quod Romani eas demulgerent. Lege autem ὁμηρευσαμένοις, et fateberis Romulum non fruſtra ſibi pollicitum eſſe futurum aliquando cum Sabinis commercium, quando virgines tanquam obſides acceptas ſecum haberet. Atque euentus exſpectationi reſpondit: nam Sabini ὁρῶντες αὐτοὺς ἐνδεδεμένους μεγάλοις ὁμηρεύμασι, καὶ δεδιότες περὶ τῶν θυγατέρων p. 56. legatos de foedere ineundo mittebant. Sic in vita Sertorii, Dux ille ἐξωμηρεύσατο filios Iberorum

 rorum

τὸν τρόπον. διεδόθη λόγος ὑπ' αὐτȣ͂ πρῶτον, ὡς Θεȣ͂ τινος ἀνευρήκοι[91] βωμὸν ὑπὸ γῆς κεκρυμμένον. ὠνόμαζον δὲ τὸν Θεὸν Κῶνσον· εἴτε βȣλαῖον ὄντα, κωνσίλιυν γὰρ ἔτι νῦν τὸ συμβȣ́λιον καλȣ͂σι, καὶ τȣ̀ς ὑπάτȣς, κωνσȣ́λας[92], οἷον προβȣ́λȣς· εἴτε ἵππειον Ποσειδῶ[93]. καὶ γὰρ ὁ βωμὸς ἐν τῷ μείζονι τῶν ἱπποδρόμων ἐστὶν ἀφανὴς τὸν ἄλλον χρόνον, ἐν δὲ τοῖς[94] ἱππικοῖς ἀγῶσιν ἀνακαλυπτόμενος. οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶ τȣ͂ βȣλεύματος ἀποῤῥήτȣ καὶ ἀφανȣ͂ς ὄντος, ὑπόγειον[95] ȣ̓κ ἀλόγως τῷ Θεῷ βωμὸν γενέσθαι καὶ κεκρυμμένον. ὡς δ' ἀνεφάνη, θυσίαν τε λαμπρὰν ἐπ' αὐτῷ καὶ ἀγῶνα καὶ θέαν ἐκ καταγγελίας ἐπετέλει πανηγυρικήν. καὶ πολλοὶ μὲν ἄνθρωποι συνῆλθον, αὐτὸς δὲ προȣ̈κάθητο μετὰ τῶν ἀρίστων ἁλȣργίδι κεκοσμημένος. ἦν δὲ τȣ͂ καιρȣ͂ τῆς ἐπιχειρήσεως σύμβολον, ἐξαναστάντα τὴν ἁλȣργίδα πτύξαι, καὶ περιβαλέσθαι πάλιν. ἔχοντες ȣ̓͂ν ξίφη πολλοὶ προσεῖχον αὐτῷ, καὶ τȣ͂ σημείȣ γενομένȣ, σπασάμενοι τὰ ξίφη, καὶ μετὰ βοῆς ὁρμήσαντες, ἥρπαζον τὰς θυγατέρας τῶν Σαβίνων, αὐτȣ̀ς δὲ

est. Primum diuulgauit Dei cuiuspiam defossam se sub terra aram reperisse. Consum vocabant Deum, siue consiliorum ille praeses a consilio vel consulibus dictus, siue Neptunus equestris fuit. Ara enim in circo maximo est, alias operta, ludis Circensibus aperitur. Alii dictitant, quia plane arcanum debeat esse et tectum consilium, recte Deo aram, quae sub terra esset abdita, sacratam fuisse. Ob eam inuentam magnificum sacrificium, ludos et spectaculum solemne finitimis indixit et concelebrauit. Multi mortales convenere. Ille cum principibus trabea amictus praesedit. Signum dederat adoriendi, quum ipse exsurgens complicasset trabeam rursusque indueret. Multi gladiis accincti oculos tenebant in eum intentos. Dato signo stringunt enses, et magno clamore ad capiendas Sabinarum filias discurrunt. Fugientes omiserunt Sabinos,

rorum, vt eos tanquam pignora paternae fidei seruaret. Et in Camillo, ἐξωμήρευσιν εἶναι.

91 τινος εὑρήκοι Bodl. 1. 2.

92 κωνσȣ́λȣς Bodl. 1. 2.

93 Ποσειδῶνα Bodl. 1. 2.

94 μόνον δὲ ἐν τοῖς Bodl. 1. 2.

95 ἵππιον Vulcob.

96 φρα-

φεύγοντας εἴων καὶ παρίεσαν. ἁρπασθῆναι δέ φασιν, οἱ μὲν, τριάκοντα μόνας, ἀφ᾽ ὧν καὶ τὰς φατρίας [96] ὀνομασθῆναι· Οὐαλέριος δὲ Ἀντίας, ἑπτὰ καὶ εἴκοσι καὶ πεντακοσίας· Ἰόβας δὲ, τρεῖς καὶ ὀγδοήκοντα καὶ ἑξακοσίας παρθένους. ὃ μέγιστον ἦν ἀπολόγημα τῷ Ῥωμύλῳ· γυναῖκα γὰρ οὐ λαβεῖν ἀλλ᾽ ἢ μίαν Ἑρσιλίαν, διαλαθοῦσαν [97] αὐτοὺς, ἅτε δὴ μὴ μεθ᾽ ὕβρεως, μηδ᾽ ἀδικίας ἐλθόντας ἐπὶ τὴν ἁρπαγὴν, ἀλλὰ συμμίξαι καὶ συναγαγεῖν εἰς ταυτὸ τὰ γένη ταῖς μεγίσταις ἀνάγκαις διανοηθέντας. τὴν δ᾽ Ἑρσιλίαν οἱ μὲν Ὁστίλιον γῆμαι λέγουσιν, ἄνδρα Ῥωμαίων ἐπιφανέστατον· οἱ δὲ αὐτὸν Ῥωμύλον, καὶ γενέσθαι καὶ παῖδας αὐτῷ, μίαν μὲν θυγατέρα Πρίμαν [98], τῇ τάξει τῆς γενέσεως οὕτω προσαγορευθεῖσαν, ἕνα δ᾽ υἱὸν μόνον, ὃν Ἀόλλιον μὲν ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς γενομένης ἀθροίσεως ὑπ᾽ αὐτοῦ τῶν πολιτῶν ὠνόμασεν, οἱ δ᾽ ὕστερον, Ἀβίλλιον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱστορῶν Ζηνόδοτος ὁ Τροιζήνιος πολλοὺς ἔχει τοὺς ἀντιλέγοντας.

Sabinos, neque ſunt eos ſequuti. Raptas aiunt hi triginta tantum, et ab eis nominatas Curias; Valerius Antias quingentas viginti ſeptem: Iuba octoginta tres ſupra ſexcentas virgines. Id Romulum excuſauit potiſſimum, quod matronam niſi vnam non rapuiſſent Herſiliam, idque imprudentes: quippe quos non libido, non iniuria ad rapiendum inſtigauiſſet, ſed vt commiſcerent coniungerentque vtramque gentem arctiſſimis vinculis. Herſiliam nupſiſſe Hoſtilio quidam tradunt, viro inter Romanos nobiliſſimo: alii ipſi Romulo, cui etiam illam liberos peperiſſe, filiam Primam, ex ordine naſcendi ita nuncupatam: vnicum praeterea filium, quem ab concurſu ſub ſe ciuium Aollium ille vocauit, poſteri Abillium. Haec Troezenius ſcribit Zenodotus, quae tamen multi refellunt.

Inter

96 φρατρίας Vulcob.

97 Διαλλάττουσαν (ſic olim) αὐτοὺς] Scribendum omnino διαλαθοῦσαν cum Bodl. 1. 2. [nec non Vulcob. et Anon.] et edit. Flor. quod viderunt etiam interpretes. [Ipſa Aldina, quae prima vitium extulit, et inſecutis editionibus ſubiecit, tacite tamen de vitio admonet per inſolentiam accentus, exhibens διαλλαττοῦσαν.]

98 Πρίμναν Vulcob.

XV. Ἐν δὲ τοῖς ἁρπάζουσι τὰς παρθένους τότε τυχεῖν λέγουσι τῶν οὐκ ἐπιφανῶν τινας ἄγοντας κόρην τῷ τε κάλλει πολὺ [99] καὶ τῷ μεγέθει διαφέρουσαν. ἐπεὶ δὲ ἀπαντῶντες ἔνιοι τῶν κρειττόνων ἐπεχείρουν ἀφαιρεῖσθαι, βοᾷν τοὺς ἄγοντας ὡς Ταλασίῳ κομίζοιεν αὐτὴν, ἀνδρὶ νέῳ μὲν, εὐδοκίμῳ δὲ καὶ χρηστῷ· τοῦτ' οὖν ἀκούσαντας εὐφημεῖν καὶ κροτεῖν ἐπαινοῦντας, ἐνίους δὲ καὶ παρακολουθεῖν ἀναστρέψαντας εὐνοίᾳ καὶ χάριτι τοῦ Ταλασίου μετὰ βοῆς τοὔνομα φθεγγομένους. ἀφ' οὗ δὴ τὸν Ταλάσιον ἄχρι νῦν, ὡς Ἕλληνες τὸν Ὑμέναιον, ἐπᾴδουσι Ῥωμαῖοι τοῖς γάμοις· καὶ γὰρ εὐτυχίᾳ φασὶ χρήσασθαι περὶ τὴν γυναῖκα τὸν Ταλάσιον. Σέξτιος δὲ Σύλλας ὁ Καρχηδόνιος, οὔτε μουσῶν οὔτε χαρίτων ἐπιδεὴς ἀνὴρ, ἔλεγεν ἡμῖν, ὅτι τῆς ἁρπαγῆς σύνθημα τὴν φωνὴν ἔδωκε ταύτην ὁ Ῥωμύλος. ἅπαντες οὖν ἐβόων τὸν Ταλάσιον οἱ τὰς παρθένους κομίζοντες, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς γάμοις παραμένειν τὸ [100] ἔθος. οἱ δὲ πλεῖστοι νομίζουσιν, ὧν καὶ ὁ [1] Ἰόβας ἐστὶ, παράκλησιν εἶναι καὶ παρακέλευσιν εἰς φιλεργίαν

Inter virginum raptores fuiſſe aiunt plebeiorum globum, qui puellam longe ante alias inſignem ſpecie et ſtatura ducebant: quam quum quidam obuii ex primoribus eripere conarentur, Talaſio ferri illi clamitauerunt, iuueni claro proboque. Quo audito, gratulatione et plauſu eos collaudaſſe: fuiſſe etiam qui regreſſi comitarentur gratia et fauore Talaſii nomen conclamantes. Inde Romanis in hunc vſque diem vox nuptialis facta, vt Hymenaeus Graecis. Nam proſpere Talaſio ceſſiſſe hoc matrimonium aiunt. Sextius Sylla Carthaginenſis retulit nobis, vir et doctus et feſtiuus, eam vocem pro ſigno dediſſe Romulum ad raptum. Itaque qui virgines abducebant, conclamabant omnes Talaſio: atque hinc relictum hunc morem nuptiis. Plerique (inter quos eſt Iuba) adhortationem et incitationem ad laboris ſedulitatem et lanificium, quod Graeci ταλασίαν dicunt, cenſent,

99 κατὰ πολὺ Bodl. 1. 2.

100 λέγουσι τὸ Bodl. 1. 2.

1 Ὧν καὶ ὁ Ἰόβας] Bodl. 1. 2. ὧν εἷς ὁ Ἰόβας: ſic Philelphus, *quorum vnus* Iobas.

2 ουτω

καὶ ταλασίαν, ὅπω τότε [2] τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι τῶν Ἰταλικῶν ἐπικεχυμένων. εἰ δὲ τοῦτο μὴ λέγεται κακῶς, ἀλλ' ἐχρῶντο Ῥωμαῖοι τότε τῷ ὀνόματι τῆς ταλασίας, καθάπερ ἡμεῖς, ἑτέραν ἄν τις αἰτίαν εἰκάσειε πιθανωτέραν. ἐπεὶ γὰρ οἱ Σαβῖνοι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πολεμήσαντες διηλλάγησαν, ἐγένοντο συνθῆκαι περὶ τῶν γυναικῶν, ὅπως μηδὲν ἄλλο ἔργον τοῖς ἀνδράσιν, ἢ τὰ περὶ τὴν ταλασίαν ὑπουργῶσι. παρέμεινέ γ' οὖν καὶ τοῖς αὖθις γαμοῦσι, τοὺς διδόντας, ἢ παραπέμποντας, ἢ ὅλως παρόντας, ἀναφωνεῖν τὸν Ταλάσιον μετὰ παιδιᾶς, μαρτυρομένους, ὡς ἐπ' οὐδὲν ἄλλο ὑπούργημα τῆς γυναικὸς, ἢ ταλασίαν, εἰσαγομένης. διαμένει δὲ μέχρι νῦν, τὸ τὴν νύμφην αὐτὴν [3] ἀφ' ἑαυτῆς [4] μὴ ὑπερβαίνειν τὸν οὐδὸν εἰς τὸ δωμάτιον, ἀλλ' αἰρομένην εἰσφέρεσθαι, διὰ τὸ καὶ τότε κομισθῆναι βιασθείσας, μὴ εἰσελθεῖν [5]. ἔνιοι δὲ λέγουσι καὶ τὸ τὴν κόμην τῆς γαμουμένης αἰχμῇ διακρίνεσθαι δορατίου, σύμβολον εἶναι τοῦ μετὰ μάχης καὶ πολεμικῶς τὸν πρῶτον γάμον γενέσθαι· περὶ ὧν ἐπιπλέον ἐν τοῖς αἰτίοις [6] εἰρήκαμεν. ἐτολμήθη μὲν οὖν ἡ ἁρπαγὴ

ſent, nondum id temporis Italicis verbis cum Graecis confuſis. Quod ſi hoc placet, et Romani tum Talaſii vocabulum nobiſcum vſurpabant, aliam coniicias magis probabilem rationem. Nam in foedere, quod Sabini poſt bellum pepigerunt cum Romanis, conuenit, ne aliam operam viris, quam circa lanificium, praeſtarent vxores: qui mos ſequutis nuptiis permanſit, vt qui elocarent puellas, vel deducerent, vel praeſentes eſſent, omnino Talaſio acclamarent per luſum, teſtantes, ad nullum aliud munus, quam lanificium, ſponſam adduci. Seruatur hinc etiam hodie, ne limen ſponſa ipſa tranſcendat in cubiculum, ſed ſublata inferatur, quod vi tunc illatae, non ingreſſae eſſent. Addunt quidam, quando ſponſae capillos haſtae diſcriminent cuſpide, primas nuptias denotare vi et hoſtiliter contractas: de quibus prolixius in Quaeſtionibus diximus. Admiſſus hic raptus eſt octauo-

2 οὔπω τότε Anonym.
3 νύμφην καινὴν Vulcob.
4 ὑφ' αὑτῆς Bodl. 1. 2.
5 Μὴ εἰσελθεῖν] Bodl. 1. addit ſupra lineam θελούσας, quo ſententia plenior et clarior.
6 Ἐν τοῖς αἰτίοις] Librum Plutarchi intelligo, qui adhuc extat

περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ τότε Σεξτιλίου μηνὸς, Αὐγούστου δὲ νῦν[7], ἐν ᾗ τὴν τῶν Κωνσαλίων[8] ἑορτὴν ἄγουσιν.

XVI. Οἱ δὲ Σαβῖνοι, πολλοὶ μὲν ἦσαν καὶ πολεμικοὶ, κώμας δὲ ᾤκουν ἀτειχίστους, ὡς προσῆκον αὐτοῖς μέγα φρονεῖν, καὶ μὴ φοβεῖσθαι, Λακεδαιμονίων ἀποίκοις οὖσιν. οὐ μὴν ἀλλ' ὁρῶντες αὐτοὺς ἐνδεδεμένους μεγάλοις ὁμηρεύμασι, καὶ δεδιότες περὶ τῶν θυγατέρων, πρέσβεις ἀπέστειλαν, ἐπιεικῆ καὶ μέτρια προκαλούμενοι, τὸν Ῥωμύλον ἀποδιδόντα τὰς κόρας αὐτοῖς καὶ λύσαντα τὸ τῆς βίας ἔργον, εἶτα πειθοῖ καὶ νόμῳ πράττειν τοῖς γένεσι φιλίαν καὶ οἰκειότητα. τοῦ δὲ Ῥωμύλου τὰς μὲν κόρας μὴ προϊεμένου, παρακαλοῦντος δὲ τὴν κοινωνίαν δέχεσθαι τοὺς Σαβίνους, οἱ μὲν ἄλλοι βουλευόμενοι καὶ παρασκευαζόμε-

octauodecimo die Sextilis, quem nunc vocant Augustum, quo Consualia celebrant.

Sabinorum magna gens quidem et bello bona erat, sed vicatim habitabant sine moenibus: scilicet quos fortes esse, nihilque timere decuerit, quum coloni essent Lacedaemoniorum. At quia magnis se pignoribus cernebant adstrictos, timentes de filiabus, legatos miserunt ad Romulum cum aequis et moderatis postulatis: redderet sibi puellas, et vim illatam resolueret, tum cum bona gratia et lege amicitiam et affinitatem inter vtramque gentem contraheret. Verum quum non remitteret Romulus puellas, hortaretur autem Sabinos, vt hanc necessitudinem comprobarent, alii in deliberando et apparatu lente

extat sub titulo Κεφαλαίων καταγραφή, quo explicatio problematum siue quaestionum continetur. Ibi in Romanis quaestionibus et haec et alia id genus multa pertractantur. Faciunt haec plurimum ad intelligendos cum alios, tum Lucani locum libro II. de Catonis et Marciae posterioribus nuptiis, hoc initio: *Turritaque premens frontem matrona corona, translata vetuit contingere limina planta. Xyl.* Huic scripto et nomine et materia similia erant Αἴτια Callimachi.

7 νῦν καλουμένου Bodl. 1. 2.

8 Τῶν Κωνσαλίων] Male imprimitur in Quaest. Rom. p. 492. Κωνσαλίων, cum a Κῶνσος (ita numen illud vocabant) deriuetur. Vide p. 53.

9 Ἀκρων

νοι διέτριβον· Ἄκρων δὲ βασιλεὺς Κενινητῶν [9], ἀνὴρ θυμοειδὴς καὶ δεινὸς ἐν τοῖς πολεμικοῖς, τά τε πρῶτα τολμήματα τοῦ Ῥωμύλου δι' ὑποψίας εἶχε, καὶ τῷ πραχθέντι [10] περὶ τὰς γυναῖκας ἤδη φοβερὸν ἡγούμενος πᾶσιν εἶναι, καὶ οὐκ ἀνεκτὸν, εἰ μὴ κολασθείη, προεξανέστη τῷ πολέμῳ, καὶ μετὰ πολλῆς ἐχώρει δυνάμεως ἐπ' αὐτόν· καὶ ὁ Ῥωμύλος ἐπ' ἐκεῖνον. γενόμενοι δ' ἐν ὄψει, καὶ κατιδόντες ἀλλήλους, προὐκαλοῦντο μάχεσθαι, τῶν στρατευμάτων ἐν [11] ὅπλοις ἀτρεμούντων. εὐξάμενος οὖν ὁ Ῥωμύλος, εἰ κρατήσειε καὶ καταβάλοι, τῷ Διῒ φέρων ἀναθήσειν αὐτὸς τὰ ὅπλα τοῦ ἀνδρὸς, αὐτόν τε καταβάλλει κρατήσας, καὶ τρέπεται τὸ στράτευμα μάχης γενομένης. αἱρεῖ δὲ καὶ τὴν πόλιν· οὐ μὴν ἠδίκησε τοὺς ἐγκαταληφθέντας [12], ἀλλ' ἢ τὰς οἰκίας ἐκέλευσε καθελόντας ἀκολουθεῖν εἰς Ῥώμην, ὡς πολίτας ἐπὶ τοῖς ἴσοις ἐσομένους.

lente agebant: Ceninenſium rex Acron, magno vir animo et bellator inſignis, qui iamdudum Romuli coepta habebat ſuſpecta, et hoc facinore in mulieres auſo formidandum cunctis exiſtimans, neque tolerabilem, ſi ferret impune, primus bellum intulit, magniſque copiis mouit in Romulum, et in illum Romulus. Quum iam in conſpectu eſſent, et viciſſim ſe contuerentur, prouocauerunt ſe mutuo ad pugnam, copiis in acie quieſcentibus. Ibi Ioui Romulus, ſi hoſtem viciſſet fudiſſetque, vouit arma illius ſemetipſum ei dedicaturum. Acronem ſuperat et occidit, exercitum eius ſignis collatis profligat. Eodem impetu oppidum eorum capit, nec violat tamen eos, qui illic ſubſtiterant: niſi quod demoliri aedificia iuſſos Romam attrahit, in ciuitatem aequo iure recipiendos. Neque

9 Ἄκρων δὲ βασιλεὺς Κενινητῶν] Magna eſt varietas in pleriſque propriis vocabulis Graecis et Latinis. In Marcello Καινινητῶν legitur. Et Stephanum noui Καινίνην ſcribere, itemque Plinium: vt et Propertius lib. IV. primam producit, hanc ipſam hiſtoriam deſcribens: *Acron Herculeus Cenina ductor ab arce.* Liuiani libri variant. Apud Dionyſium lib. II. perperam ſcribitur Καινῖται, pro Καινινῆται. Apud Suidam etiam Κενινήτης per ε. *Xyl.*

10 τὸ πραχθὲν Bodl. 1. 2.

11 ἐν τοῖς Vulcob.

12 Ἐγκαταλειφθέντας (ſic olim)] Potius ἐγκαταληφθέντας, vt Anonym. et Bodl. 1. 2.

13 ἦν

τούτου μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὅ τι [13] μᾶλλον ηὔξησε τὴν Ῥώμην, ἀεὶ προσποιοῦσαν ἑαυτῇ καὶ συννέμουσαν ὧν κρατήσειεν [14]. ὁ δὲ Ῥωμύλος ὡς ἂν μάλιστα τὴν εὐχὴν τῷ τε Διῒ κεχαρισμένην, καὶ τοῖς πολίταις ἰδεῖν ἐπιτερπῆ παράσχοι, σκεψάμενος ἐπὶ στρατοπέδου, δρῦν ἔτεμεν ὑπερμεγέθη, καὶ διεμόρφωσεν ὥσπερ τρόπαιον, καὶ τῶν ὅπλων τοῦ Ἄκρωνος ἕκαστον ἐν τάξει περιήρμοσε καὶ κατήρτισεν [15]. αὐτὸς δὲ τὴν μὲν ἐσθῆτα περιεζώσατο, δάφνῃ δὲ ἐστέψατο τὴν κεφαλὴν κομῶσαν. ὑπολαβὼν δὲ τῷ δεξιῷ τὸ τρόπαιον ὤμῳ προσερειδόμενον ὀρθὸν, ἐβάδιζεν ἐξάρχων ἐπινικίου παιᾶνος ἐν ὅπλοις ἑπομένῃ τῇ στρατιᾷ, δεχομένων τῶν πολιτῶν μετὰ χαρᾶς καὶ θαύματος. ἡ μὲν οὖν πομπὴ τῶν αὖθις θριάμβων ἀρχὴν καὶ ζῆλον παρέσχεν· τὸ δὲ τρόπαιον, ἀνάθημα Φερετρίου Διὸς ἐπωνομάσθη. τὸ γὰρ πλῆξαι, φερῖρε [16] Ῥωμαῖοι καλοῦσιν· εὔξατο [17] δὲ πλῆξαι τὸν ἄνδρα καὶ καταβαλεῖν. ὀπίμια δὲ τὰ σκῦλα, φησὶν [18] Οὐάῤῥων, καθότι καὶ τὴν περιουσίαν ὄπεμ

Neque res alia vlla perinde amplificauit ciuitatem Romanam, quam quod connecteret ſibi et in corpus ſuum contribueret victos. Romulus, vt votum Ioui redderet quam gratiſſimum et oculis ciuium ſpecioſiſſimum, quercum, quam in caſtris vidit, mirae proceritatis, recidit et inſtar adornauit tropaei, Acronis armis apte ſuſpenſis ex ea adaptatiſque: veſte ipſe incincta, et capite fluente coma, laurea coronatus, feretrum dextro innixum humero directum gerens inceſſit, carmen victoriale exercitui praecinens in armis ſequenti, ciuibus cum gratulatione et laudibus eum excipientibus. Triumphorum fuit haec celebritas in poſterum origo et exemplum. Feretrum Iouis Feretrii donum appellatum eſt a feriendo. Precatus enim Deum fuerat, vt Acronem feriret et caederet. Opima ſpolia dicta ſunt, autore Varrone, quod diuitias opes appel-

13 ἦν ὅπερ Bodl. 1. 2.

14 Κρατήσειε (ſic olim)] Lege cum Bodl. 1. 2. κρατήσειεν, ob ſequentem vocalem.

15 Κατήρτισεν] Recte Vulcob. κατήρτησεν. Sic in Marcello, κατήρτησεν τὰ λάφυρα, et Liuius, *Spolia ducis hoſtium caeſi ſuſpenſa.* Philelphus, *ſuſpendens.*

16 φέρι Vulcob.

17 ἦ εὔξατο Vulcob.

18 λέγει Bodl. 1. 2.

19 Αὐτυρ-

λέγουσι. πιθανώτερον δ' ἄν τις εἴποι διὰ τὴν πρᾶξιν· ὅπους γὰρ ὀνομάζεται τὸ ἔργον. αὐτουργῷ δὲ [19] ἀριστείας στρατηγῷ στρατηγὸν ἀνελόντι δίδοται [20] καθιέρωσις ὀπιμίων. καὶ τρισὶ μόνοις τούτου τυχεῖν ὑπῆρξε Ῥωμαίοις ἡγεμόσι, πρώτῳ, Ῥωμύλῳ κτείναντι τὸν Κενινήτην Ἄκρωνα· δευτέρῳ, Κορνηλίῳ Κόσσῳ Τυῤῥηνὸν ἀνελόντι Τολούμνιον· ἐπὶ πᾶσι δὲ, Κλαυδίῳ Μαρκέλλῳ Βριτομάρτου κρατήσαντι Γαλατῶν βασιλέως. Κόσσος μὲν [21] οὖν καὶ Μάρκελλος ἤδη τεθρίπποις εἰσήλαυνον, οὐκ αὐτοὶ τὰ τρόπαια φέροντες. Ῥωμύλον δ' οὐκ ὀρθῶς φησὶν ἅρματι χρήσασθαι Διονύσιος [22]. Ταρκύνιον γὰρ ἱστοροῦσι τὸν Δημαράτου τῶν [23] βασιλέων πρῶτον εἰς τοῦτο τὸ σχῆμα καὶ τὸν ὄγκον ἐξᾶραι τοὺς θριάμβους· ἕτεροι δὲ [24] πρῶτον ἐφ' ἅρματος θριαμβεῦσαι Ποπλικόλαν. τοῦ δὲ Ῥωμύλου τὰς εἰκόνας ὁρᾶν ἐστιν ἐν Ῥώμῃ τὰς τροπαιοφόρους πεζὰς ἁπάσας.

appellent. Rectius mihi videtur ab opere: Nam quum manu ſua dux ducem interfecerit, ipſi virtutis ergo permittitur opima ſpolia conſecrare. Ac tribus modo Romanis imperatoribus hic honos contigit: primo, Romulo, interfecto Ceninenſi Acrone: ſecundo, Cornelio Coſſo, qui Tolumnium Tuſcorum ducem occidit: poſtremo Claudio Marcello, a quo Gallorum rex caeſus eſt Viridomarus. Coſſus et Marcellus curru demum inuecti ſunt, quum ipſi opima ſpolia ferrent. Romulum fallitur Dionyſius, qui vſum dicit curru. Siquidem Tarquinium Demarati filium, proditum memoriae eſt regum primum, eam in ſpeciem et faſtum euexiſſe triumphos. Poplicolam ſcribunt alii primum curru triumphantem inuectum. Sed Romuli ſtatuas triumphales videre eſt omnes pedeſtres.

Deuictis

19 Αὐτουργῷ δὲ] Praefero γὰρ, quod ſupra lineam habet Bodl. 1. Rationem reddit, cur opima ſpolia ab *opus* deduci putet, quod Graece ἔργον ὀνομάζεται.

20 δέδοται Bodl. 1. 2.

21 deeſt μὲν Bodl. 1. 2.

22 Ῥωμύλον δ' οὐκ ὀρθῶς φησὶν ἅρματι χρήσασθαι Διονύσιος] Halicarnaſſeum notat Dionyſium, cuius haec ſunt verba lib. Ῥωμ. ἀρχαιολ. ſecundo: τελευταῖος δὲ τῆς πομπῆς αὐτὸς (Romulus) ἐπορεύετο ἐσθῆτα μὲν ἠμφιεσμένος ἁλουργῆ, δάφνῃ δὲ κατεστεμμένος τὰς κόμας, καὶ, ἵνα τὸ βασίλειον ἀξίωμα σώζῃ τεθρίππῳ παρεμβεβηκώς. *Xylander*.

23 τὸν τῶν Bodl. 1. 2.

24 δέ φασι Bodl. 1. 2.

25 Αὐτοὺς

XVII. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Κενινητῶν ἅλωσιν, ἔτι τῶν ἄλλων Σαβίνων ἐν παρασκευαῖς ὄντων, συνέστησαν οἱ Φιδήνην καὶ Κρουστουμέριον καὶ Ἀντέμναν οἰκοῦντες ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους· καὶ μάχης γενομένης ἡττηθέντες ὁμοίως, τάς τε πόλεις Ῥωμύλῳ παρῆκαν ἑλεῖν, καὶ τὴν χώραν δάσασθαι, καὶ μετοικίσαι σφᾶς αὐτοὺς εἰς Ῥώμην. ὁ δὲ Ῥωμύλος τὴν μὲν ἄλλην κατένειμε χώραν τοῖς πολίταις, ὅσην δ' εἶχον οἱ τῶν ἡρπασμένων παρθένων πατέρες, αὐτοὺς ἔχειν [25] ἐκείνους εἴασεν. ἐπὶ τούτοις βαρέως φέροντες οἱ λοιποὶ Σαβῖνοι, Τάτιον ἀποδείξαντες στρατηγὸν, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐστράτευσαν· ἦν δὲ δυσπρόσοδος ἡ πόλις, ἔχουσα πρόβλημα τὸ νῦν Καπιτώλιον, ἐν ᾧ φρουρὰ καθειστήκει, καὶ Ταρπήϊος ἡγεμὼν αὐτῆς, οὐχὶ [26] Ταρπηΐα [27] παρθένος, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, εὐήθη τὸν Ῥωμύλον ἀποδεικνύοντες· ἀλλὰ θυγάτηρ ἡ Ταρπηΐα τοῦ ἄρχοντος οὖσα προὔδωκε τοῖς Σαβίνοις, ἐπιθυμήσασα τῶν χρυσῶν βραχιονιστήρων, οὓς εἶδε περικειμένους, καὶ ᾔτησε μισθὸν τῆς προδοσίας, ἃ φοροῖεν ἐν ταῖς ἀριστεραῖς χερσί. συνθεμένου δὲ τοῦ

Deuictis Ceninensibus, dum reliqui Sabini tempus in apparatu terunt, Fidenates, Crustumini, et Antemnates coierunt contra Romanos. Qui item acie fusi, oppida sua capi, agrosque diuidi, ac se Romam passi sunt transferri. Romulus reliquum agri partitus populo, raptarum tantum parentibus, quod eorum fuisset, concessit. Molesta haec caeteris erant Sabinis. Itaque imperatore creato Tatio infestum agmen Romam mouerunt. Haud expeditus erat ad vrbem accessus: quod is collis, vbi nunc Capitolium est, propugnaculum iis esset cum praesidio, cui praeerat Tarpeius, non Tarpeia virgo (vt nonnulli tradunt, qui stultum faciunt Romulum) verum filia praefecti Tarpeia, quae cupidine capta aurearum armillarum, quas gerentes videbat Sabinos, prodidit iis arcem, pacta proditionis mercedem, quae laeuis manibus ferrent. Hac conditione Tatio

25 Αὐτοὺς ἔχειν, ἐκείνους εἴασεν] Forte αὐτοῖς ἔχειν *sibi habere iis permisit.*

26 Οὐχὶ Ταρπηΐα] Malim οὐχὶ δὲ Ταρπηΐα. *H. Steph.*

27 Ταρπηΐα] Hinc corrige locum in Parallelis Graecis et Romanis, vbi iam legitur Ταρπησία.

28 μόνον

Τατίου, νύκτωρ ἀνοίξασα πύλην μίαν, ἐδέξατο τοὺς Σαβίνους. οὐ μόνος[28] οὖν, ὡς ἔοικεν, Ἀντίγονος ἔφη προδιδόντας[29] μὲν φιλεῖν, προδεδωκότας δὲ μισεῖν· οὐδὲ[30] Καῖσαρ, εἰπὼν ἐπὶ τοῦ Θρᾳκὸς Ῥυμιτάλκου[31], φιλεῖν μὲν προδοσίαν, προδότην δὲ μισεῖν· ἀλλὰ κοινόν τι τοῦτο πάθος ἐστὶ πρὸς τοὺς πονηροὺς τοῖς δεομένοις αὐτῶν, ὥσπερ ἰοῦ[32] καὶ χολῆς ἐνίων θηρίων δέονται· τὴν γὰρ χρείαν ὅτε λαμβάνουσιν, ἀγαπῶντες, ἐχθαίρουσι τὴν κακίαν, ὅταν τύχωσι. τοῦτο καὶ[33] πρὸς τὴν Ταρπηΐαν τότε παθὼν ὁ Τάτιος ἐκέλευσε μεμνημένους τῶν ὁμολογιῶν τοὺς Σαβίνους μηδενὸς αὐτῇ φθονεῖν, ὧν ἐν ταῖς ἀριστεραῖς ἔχουσι. καὶ πρῶτος ἅμα τὸν βραχιονιστῆρα τῆς χειρὸς περιελὼν, καὶ τὸν θυρεὸν ἐπέῤῥιψε. πάντων δὲ τὸ αὐτὸ ποιούντων βαλλομένη τε τῷ χρυσῷ καὶ καταχωσθεῖσα τοῖς θυρεοῖς, ὑπὸ πλήθους καὶ βάρους ἀπέθανεν. ἑάλω δὲ καὶ Ταρ-

Tatio vnam noctu reſerat portam, qua recipit Sabinos. Verum enimuero non vnus ſane dixit Antigonus, Prodentes amare ſe, odiſſe quum prodiderint: neque de Rhymitalce Thrace Caeſar: Amare ſe proditionem, proditorem odiſſe: ſed communi hoc in ſceleratos animo ſunt illi, qui eorum operam requirunt, vt veneno et felle quarundam maleficarum beſtiarum qui opus habent. Quippe operam eorum, dum ex vſu eſt, amplectuntur, execrantur ſcelus, vbi voto potiti ſunt. Perinde tum Tatius Tarpeiae fecit: iuſſis ſuis, vt conuentorum memores, quae ſiniſtris ferrent, omnia congererent in illam. Ipſe ante alios detraxit manu armillam, vnaque cum hac ſcutum ei iniecit. Quum idem facerent omnes, auro illa iniecto ſcutiſque obruta eſt: itaque numero et pondere oppreſſa periit. Damnatus eſt

28 μόνον Bodl. I. 2.

29 προδοσίας μὲν forte. *Bryanus*.

30 οὐδὲ ὡς ὁ Bodl. I. 2.

31 οὐδὲ Καῖσαρ, εἰπὼν ἐπὶ τοῦ Θρᾳκὸς Ῥυμιτάλκου] Auguſtum intellige. Vide Plutarchum ſub finem Apophth. Porro varie is Rhymitalces Graecis et Latinis ſcribitur: non ſummo tamen hiſtoriae momento. *Xylander*.

32 Ὥσπερ ἰοῦ] Deeſt aliquid: forte οἱ ἰοῦ, vel ἰατροὶ ἰοῦ. Sic Op. mor. p. 149. Χολαῖς καὶ πιτύαις (l. πυτίαις) ἰατρευόμενοι: item p. 980. ὥσπερ ὑαίνης χολὴ, καὶ φώκης πυτία ἔχουσί τι πρὸς τὰς νόσους χρήσιμον etc. et rurſus p. 1956. ἰὸς ὄφεως et χολὴ ὑαίνης recenſentur inter res medicas.

33 Τοῦτο καὶ] Inſerunt τοίνυν Bodl. I. 2. quod ſaltem non otioſum eſt.

πήϊος προδοσίας, ὑπὸ Ῥωμύλου διωχθεὶς, ὡς Ἰόβας φησὶ Γάλβαν Σουλπίκιον ἱστορεῖν. τῶν δ' ἄλλα περὶ Ταρπηΐας λεγόντων, ἀπίθανοι μὲν εἰσιν [34] οἱ Τατίου θυγατέρα τοῦ ἡγεμόνος τῶν Σαβίνων οὖσαν αὐτὴν, Ῥωμύλῳ δὲ βίᾳ συνοικοῦσαν, ἱστοροῦντες ταῦτα ποιῆσαι καὶ παθεῖν ὑπὸ τοῦ πατρός· ὧν καὶ [35] Ἀντίγονός ἐστι. Σίμυλος δ' ὁ ποιητὴς καὶ παντάπασι ληρεῖ, μὴ Σαβίνοις οἰόμενος, ἀλλὰ Κελτοῖς τὴν Ταρπηΐαν προδοῦναι τὸ Καπιτώλιον, ἐρασθεῖσαν αὐτῶν τοῦ [36] βασιλέως. λέγει δὲ ταῦτα·

Ἡ δ' [37] ἀγχοῦ Ταρπηΐα [38] παρὰ [39] Καπιτώλιον αἶπος [40]
Ναίουσα, Ῥώμης ἔπλετο τειχολέτις [41]·
Κελτῶν ἣ [42] στέρξασα γαμήλια λέκτρα γενέσθαι [43]
Σκηπτούχῳ [44], πατέρων οὐκ ἐφύλαξε δόμους.

eſt ab Romulo et Tarpeius proditionis, vt Iuba autor eſt Sulpitium Galbam in hiſtoria prodere. Inter reliquos, qui Tarpeiae meminerunt, abſurdi ſunt, qui tradunt ducis Sabinorum eam filiam Tatii fuiſſe: et quum inuita eſſet cum Romulo, hoc perpetraſſe, atque ita fuiſſe a patre multatam: Ex his eſt Antigonus. Poëta vero Simulus plane delirat, qui non Sabinis Tarpeiam, ſed Gallis putat Capitolium prodidiſſe, quum eſſet regis eorum capta amore. Is ita ſcribit:

At Capitolinam cuſtos Tarpeia tenebat
Arcem, quae muris non bene fida fuit.
Gallica dum demens ſequitur connubia: patrum,
Qui orbis ſceptra gerunt, prodidit illa lares.

Mox

34 παντελῶς ἀπίθανοί εἰσιν Bodl. I. 2.

35 ὧν εἷς καὶ Bodl. I. 2.

36 αὐτοῦ τοῦ Bodl. I. 2.

37 Οἱ δ' ἀγχοῦ Muret. Anon.

38 Ταρπεία Anonym.

39 Παρὰ Καπιτώλιον] Lege παραὶ verſus cauſa. Sic Homerus, παραὶ Διὸς, et παραὶ ποσὶ.

40 παρ Καπιτώλιον ὡς ἔπος Bodl. I.

41 τειχολέτης Bodl. I. 2. Iunt. Ald.

42 Κελτῶν ἣ] Diſtichum ita lege et diſtingue, Κελτῶν ἣ στέρξασα γαμήλια λέκτρα λαβέσθαι σκηπτούχου, πατέρων οὐκ ἐφύλαξε δόμους. Si admittas Dacerii οἱ στέρξασα, quod in Mſ. reperit, tum vulgata lectio γενέσθαι retineri poteſt; ſed mihi videtur ἣ ad ſententiam neceſſarium. Repoſui Σκηπτούχου, quia non omnes Celtas, ſed Regem ſolum adamaſſe dicitur, vt ſupra, ἐρασθεῖσαν αὐτῶν τοῦ βασιλέως.

43 γένος τε Anon. λαβέσθαι Bodl. I. 2.

44 Σκηπτρούχων Vulc. Iunt. Ald. Σκηπτούχου Anonym.

45 ἂρ

καὶ μετ' ὀλίγα περὶ τῆς τελευτῆς·

Τὴνδ' ὗτ' ἂρ Βοΐοί τε[45] καὶ ἔθνεα μυρία Κελτῶν
Κειράμενοι[46], ῥείθρων ἐντὸς ἔθεντο Πάδου[47].
Ὅπλα δ' ἐπιπροβαλόντες ἀρειμανέων ἀπὸ χειρῶν[48]
Κούρῃ ἐπὶ στυγερῇ, κόσμον ἔθεντο φόνου.

XVIII. Τῆς μέντοι Ταρπηΐας ἐκεῖ ταφείσης, ὁ λόφος ὠνομάζετο Ταρπήϊος, ἄχρις οὗ Ταρκυνίου βασιλέως Διῒ τὸν τόπον[49] καθιεροῦντος, ἅμα τε τὰ λείψανα μετηνέχθη, καὶ τοὔνομα τῆς Ταρπηΐας ἐξέλιπε. πλὴν πέτραν ἔτι νῦν ἐν τῷ Καπιτωλίῳ Ταρπηΐαν καλοῦσιν, ἀφ' ἧς ἐῤῥίπτουν τοὺς κακούργους. ἐχομένης δὲ τῆς ἄκρας ὑπὸ τῶν Σαβίνων, ὅ τε Ῥωμύλος ὑπ' ὀργῆς εἰς μάχην αὐτοὺς προὐκαλεῖτο, καὶ ὁ Τάτιος ἐθάῤῥει, καρτερὰν, εἰ βιασθεῖεν,

Mox de eius morte:

Iſtam non Boii, non gentes mille puellam
Gallorum ad gelidum corripuere Padum:
At ſibi nudatis ſplendentia dona lacertis
Iniiciunt miſerae, condecorantque necem.

Caeterum a Tarpeia illic ſepulta collis ille vocatus Tarpeius fuit, donec locum eum Tarquinius rex Ioui conſecrauit: quo tempore oſſa eius alio fuerunt delata, nomenque exoleuit Tarpeiae, excepto ſaxo, quod vocant etiam nunc Tarpeium, ex quo praecipitare ſceleratos ſolebant. Arcem Sabinos inſidentes ira ſtimulante prouocauit ad pugnam Romulus: nec Tatius, munitum, ſi vrgeretur, ſuis

45 ἂρ Βοΐοί τε] Sic ſcribendum eſt, non Ἀρβοιοί τε. Boios enim Gallos fuiſſe nemo fere ignorat: Arboeos Gallos inuenio nullos. *Xylander.*

46 Χηράμενοι (ſic olim)] Xylander malit Χηραμένην, ſed quid iſta vox denotet, non declarat. Bodl. 1.2. χειράμενοι, vnde reponi poſſit κειράμενοι, vt de tonſis capillis, tanquam ritu quodam luctus ſiue ſepulturae apud Celtas vſitato, intelligatur. Verum cum nihil conſtet de tali more apud iſtam gentem, nec quidquam ad ſcopum ſiue acumen huius epigrammatis pertinere videatur; libenter legerem κτεινάμενοι, vt haec ſit ſententia: Celtae occiſam Tarpeiam non intus Padum, nempe in patriam aſportatam ſepelierunt, ſed in ipſo caedis loco clypeis iniectis obruerunt.

47 πέδου Bodl. 1.2.

48 ὑπὸ χειρῶν Vulcob.

49 τόπον ἐκεῖνον Bodl. 1.2.

ἀναχώρησιν ὁρῶν αὐτοῖς ὑπάρχουσαν. ὁ γὰρ μεταξὺ τόπος, ἐν ᾧ συμπίπτειν ἔμελλον [50], ὑπὸ πολλῶν λόφων περιεχόμενος, ἀγῶνα μὲν ὀξὺν ἐδόκει καὶ χαλεπὸν ὑπὸ δυσχωρίας ἀμφοτέροις παρέξειν, φυγὰς δὲ καὶ διώξεις ἐν στενῷ βραχείας. ἔτυχε δὲ, τοῦ ποταμοῦ λιμνάσαντος οὐ πολλαῖς πρότερον ἡμέραις, ἐγκαταλελεῖφθαι τέλμα βαθὺ καὶ τυφλὸν ἐν τόποις ἐπιπέδοις, κατὰ τὴν νῦν οὖσαν ἀγοράν. ὅθεν οὐκ ἦν ὄψει πρόδηλον, οὐδ' εὐφύλακτον, ἄλλως δὲ χαλεπὸν καὶ ὕπουλον. ἐπὶ τοῦτο τοῖς Σαβίνοις ἀπειρίᾳ φερομένοις εὐτύχημα γίγνεται. Κούρτιος γὰρ ἀνὴρ ἐπιφανὴς, δόξῃ καὶ φρονήματι γαῦρος, ἵππον ἔχων, πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων ἐχώρει· δεξαμένου δὲ τοῦ βαράθρου τὸν ἵππον, ἄχρι μέν τινος ἐπειρᾶτο πληγῇ καὶ παρακελεύσει χρώμενος ἐξελαύνειν· ὡς δ' ἦν ἀμήχανον, ἐάσας τὸν ἵππον, ἑαυτὸν ἔσωζεν. ὁ μὲν οὖν τόπος δι' ἐκεῖνον ἔτι νῦν [51] Κούρτιος λάκκος ὀνομάζεται. φυλαξάμενοι δὲ τὸν κίνδυνον οἱ Σαβῖνοι, μάχην καρτερὰν ἐμαχέσαντο, κρίσιν οὐ λαβοῦσαν· καίτοι πολλῶν πεσόντων, ἐν οἷς ἦν καὶ Ὁστίλλιος. τοῦτον Ἑρσιλίας [52] ἄνδρα, καὶ πάπ-

ſuis receptum videns, detrectauit. Quod enim inter frequentes colles planiciei eſt, vbi concurſurae acies erant, ob loci difficultatem vtriſque acrem videbatur et grauem dimicationem praebiturum: fugam vero et inſectationem in arcto breuem. Forte paucis ante diebus limus ex fluminis eluuie altus et caecus reſtiterat in locis planis, quo loco nunc forum eſt: ita cum tectus erat et euitatu difficilis, tum moleſtus et in imo mollis. Quo quum ferrentur imperitia Sabini, fortuna adfuit iis. Nam Curtius celſo vir animo et clarus nomine, equo longe ante ſigna euectus eſt. Quum equus eius in voraginem demergeretur, conatus eſt eum aliquamdiu caedendo et excitando expedire: vbi id parum procedit, omiſſo equo ipſe euadit. Locus ab eo etiam hodie Lacus Curtius dicitur. Periculo Sabini vitato acriter capeſſunt pugnam: in qua neutri inclinauit victoria, licet multis cadentibus; inter quos erat Hoſtilius. Hunc Herſiliae virum et auum Hoſtilii,

50 συμπίπτειν ἔμελλεν (ſic olim)] Potius ἔμελλον, cum modo de vtroque Romulo et Tatio verba fecerit. Sic Anonym.

51 deeſt νῦν Bodl. 1. 2.

52 Ἑρσιλίας Vulcob.

53 ὀλίγον

που Ὁστιλλίου τοῦ μετὰ Νομᾶν βασιλεύσαντος γενέσθαι λέγουσιν. αὖθις δὲ πολλῶν ἀγώνων ἐν βραχεῖ συνισταμένων, ὡς εἰκὸς, ἑνὸς μάλιστα τοῦ τελευταίου μνημονεύουσιν· ἐν ᾧ Ῥωμύλου τὴν κεφαλὴν πληγέντος λίθῳ, καὶ πεσεῖν ὀλίγου [53] δεήσαντος, τοῦ τ' ἀντέχειν ὑφεμένου τοῖς Σαβίνοις, ἐνέδωκαν οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ φυγῇ πρὸς τὸ Παλάντιον ἐχώρουν ἐξωθούμενοι τῶν ἐπιπέδων. ἤδη δὲ ὁ Ῥωμύλος ἐκ τῆς πληγῆς ἀναφέρων, ἐβούλετο μὲν, εἰς τὰ ὅπλα, χωρεῖν τοῖς φεύγουσιν ἐναντίως, καὶ μέγα βοῶν ἵστασθαι καὶ μάχεσθαι παρεκάλει. πολλῆς δὲ τῆς φυγῆς αὐτῷ περιχεομένης, καὶ μηδενὸς ἀναστρέφειν τολμῶντος, ἀνατείνας εἰς οὐρανὸν τὰς χεῖρας, ηὔξατο τῷ Διῒ στῆσαι τὸ στράτευμα, καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα πεσόντα μὴ περιϊδεῖν, ἀλλ' ὀρθῶσαι. γενομένης δὲ τῆς εὐχῆς, αἰδώς τε τοῦ βασιλέως ἔσχε πολλοὺς, καὶ θάρσος ἐκ μεταβολῆς παρέστη τοῖς φεύγουσιν. ἔστησαν οὖν πρῶτον, οὗ νῦν ὁ τοῦ Διὸς τοῦ Στάτορος ἵδρυται νεὼς, ὃν ἐπιστάσιον ἄν τις ἑρμηνεύσειεν. εἶτα συνασπίσαντες πάλιν, ἔωσαν ὀπίσω τοὺς Σαβίνους ἐπὶ τὴν νῦν Ῥήγειαν προσαγορευομένην καὶ τὸ τῆς Ἑστίας ἱερόν.

Hostilii, qui post Numam regnauit, perhibent fuisse. Quum autem certamina de integro multa (vt verisimile est) breui tempore fierent, vnius potissimum meminerunt nouissimi: quo quum in capite esset Romulus saxo ictus, vt pene in terram prolaberetur, et resistere Sabinis iam desineret, pedem retulerunt Romani, motique campo, et fuga delati ad Palatium sunt. Interea Romulus ex vulnere aliquantum recreatus occurrit fugientibus, ac repetere pugnam, reprimereque eos atque in hostem conabatur reducere, altaque voce vt resisterent, adhortabatur, certamenque ciebat. Quum vero effusa fuga circa eum fieret, neque quisquam reuerti sustineret, tensis ad coelum manibus precatus Iouem est, fugam vt sisteret, ac rem Romanam ruentem sustineret, restitueretque. Haec orantis multos regis repressit verecundia, animumque, ablato timore, denuo addidit fugientibus. Restiterunt primum, vbi nunc Iouis Statoris templum est. Tum collatis iterum armis impulerunt Sabinos ad Regiam, quam nunc vocant, et Vestae aedem. Hi

53 ὀλίγον Bodl. 1.2.

54 ἀπέσχε

XIX. Ἐνταῦθα δὴ αὐτοὺς ὥσπερ ἐξ ὑπαρχῆς μάχεσθαι παρασκευαζομένους, ἐπέσχε [54] δεινὸν ἰδεῖν θέαμα καὶ λόγου κρείττων ὄψις. αἱ γὰρ ἡρπασμέναι θυγατέρες τῶν Σαβίνων ὤφθησαν ἀλλαχόθεν ἄλλαι μετὰ βοῆς [55] καὶ ἀλαλαγμοῦ διὰ τῶν ὅπλων φερόμεναι καὶ τῶν νεκρῶν, ὥσπερ ἐκ Θεοῦ κάτοχοι, πρός τε τοὺς ἄνδρας αὐτῶν καὶ τοὺς πατέρας· αἱ μὲν, παιδία κομίζουσαι νήπια πρὸς ταῖς ἀγκάλαις, αἱ δὲ, τὴν κόμην προϊσχόμεναι λελυμένην· πᾶσαι δὲ ἀνακαλούμεναι τοῖς φιλτάτοις ὀνόμασι, ποτὲ μὲν τοὺς Σαβίνους,. ποτὲ δὲ τοὺς Ῥωμαίους. ἐπεκλάσθησαν οὖν ἀμφότεροι, καὶ διέσχον αὐταῖς ἐν μέσῳ καταστῆναι τῆς παρατάξεως· καὶ κλαυθμὸς ἅμα διὰ πάντων ἐχώρει, καὶ πολὺς οἶκτος ἦν πρός τε τὴν ὄψιν καὶ τοὺς λόγους ἔτι μᾶλλον, εἰς ἱκεσίαν καὶ δέησιν ἐκ δικαιολογίας καὶ παῤῥησίας τελευτῶντας. Τί γὰρ, ἔφασαν, ὑμᾶς [56] δεινὸν ἢ λυπηρὸν ἐργασάμεναι, τὰ μὲν ἤδη πεπόνθαμεν, τὰ δὲ πάσχομεν τῶν σχετλίων κακῶν; ἡρπάσθημεν [57] ὑπὸ τῶν νῦν ἐχόντων βίᾳ καὶ παρανόμως· ἁρπασθεῖσαι δ' ἠμελήθημεν ὑπ' ἀδελφῶν καὶ πατέρων,

Hic eos iterare pugnam molientes, terribile viſu et inauditum cohibuit ſpectaculum. Sabinorum filiae, quae raptae fuerant, ex diuerſis locis accurrere. Hae per infeſta arma et cadavera cum clamore et vlulatu tanquam numine quodam correptae ad viros et patres intulerunt ſe, partim infantes in vlnis geſtantes, partim crinibus reſolutis, omnes tamen blandiſſimis nominibus, hinc Sabinos, hinc Romanos appellantes. Confeſtim flectebantur vtrinque, atque inter vtramque aciem datus eſt iis locus. Iam eiulatus ab omnibus pariter perceptus eſt, ſpeciesque commouit eos: multo maxime oratio in obſecrationem et precationem ex diſceptatione et querimonia deſinens. Quo noſtro (inquiunt) merito in miſerias tantas, et nuper et hoc tempore incidimus? vi ſumus et iniuria ab illis, qui nunc habent, raptae, iniuria noſtra a fratribus, parentibus, propinquis

haſtenus

54 ἀπέσχε Vulcob.
55 μετὰ φωνῆς καὶ βοῆς Bodl. 1.2.
56 εἰς ὑμᾶς Bodl. 1.2.
57 Ἡρπάσθημεν ὑπὸ] Excidiſſe videtur μὲν ante ὑπὸ: ſequitur enim, ἁρπασθεῖσαι δ'.

58 Δεδιέναι

50 Σῶμα μὲν πάντων] Locus hic Pindari non exſtat in iis, quas hodie eius habemus reliquiis. Ipſe trochaicis verſibus trimetris hypercatalecticis expreſſi illos verſus. Non ſum adeo inſcius eorum, quae ad conſiderandos Graecos verſus attinent: ſcio, quae ab Hephaeſtione et Triclinio, aliisque ad eam rem tractandam ſint ſubminiſtrata adiumenta. Sed quod verſus in Graeco textu non ſunt diſtincti, et varie poſſunt cum diſtingui, tum ſcandi, et aliud ſubinde atque aliud genus carminis prae ſe ferant: curioſo et (fere dixerim) inutili labori ſuperſedere volui, cum hic, tum alibi, et mea vti libertate. Lectoris eſt, gratiam nobis huius vel licentiae, vel (ſi ita vult vocare) ignauiae facere, alioquin ſatis magno laboris pondere grauatis. *Xylander.* Haec Pindari citantur etiam in Conſolatorio ad Apolloninum, p. 209. ſed mendoſe admodum: quanquam hinc facile poſſunt emendari.

51 ζωὸν δέ τι Vulcob. Anon.

52 ἀλλ' ἂν Bodl. I.

53 Αὕτη

πᾶσι καὶ ἄσαρκον καὶ ἁγνόν. αὔη γὰρ ψυχὴ [53], ἀρίστη, καθ' Ἡράκλειτον, ὥσπερ ἀστραπὴ νέφους, διαπτaμένη τοῦ σώματος. ἡ δὲ σώματι πεφυρμένη καὶ περίπλεως σώματος, οἷον ἀναθυμίασις ἐμβριθὴς καὶ ὁμιχλώδης, δυσέξαπτός ἐστι καὶ δυσανακόμιστος. οὐδὲν οὖν δεῖ τὰ σώματα τῶν ἀγαθῶν συναναπέμπειν παρὰ φύσιν εἰς οὐρανὸν, ἀλλὰ τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς ψυχὰς παντάπασιν οἴεσθαι κατὰ φύσιν καὶ δίκην θείαν, ἐκ μὲν ἀνθρώπων, εἰς ἥρωας, ἐκ δ' ἡρώων, εἰς δαίμονας, ἐκ δὲ δαιμόνων, ἂν τέλεον ὥσπερ ἐν τελετῇ καθαρθῶσι καὶ ὁσιωθῶσιν, ἅπαν ἀπο-

carne exuta et munda. Aridus enim hic animus eſt, vt vult Heraclitus, praeſtantiſſimus, qui ex corpore, vt e nube fulgur, exilit: commixtus vero corpori et implicitus, velut vapor grauis nebuloſusque aegre accenditur aegreque eleuatur. Non ſunt ergo bonorum corpora contra legem naturae vna cum animo in coelo collocanda: ſed virtutes atque animae natura et iuſtitia diuina ex hominibus inter heroas, ex heroibus inter daemonas, ex daemonibus, ſi penitus ſicut in initiationibus luſtratae ſint et purgatae, omni depoſita

53 Αὔτη (ſic olim) γὰρ ψυχὴ] Bis hoc Heracliti dictum de anima occurrit alibi apud noſtrum: primo de defectu oraculorum, p. 768. αὔτη γὰρ ξηρὰ ψυχή. deinde de eſu carnis, p. 1832. αὐγῇ ξηρῇ (l. αὐγὴ ξηρὴ) ψυχὴ σοφωτάτη. Ex poſteriore loco prorſus emendandum in reliquis, αὐγή, pro otioſo illo αὔτη, quod nihili eſt. Heraclitus enim non hanc vel illam, ſed animam in genere definit. Priorem quidem locum Turnebus et Hieron. Mercurialis ita emendarunt ex autoritate Galeni de temperatura, quibus fruſtra aduerſatur Xylander. Ex memoratis iſtis locis etiam ordinem verborum hic mutandum cenſeo, αὐγὴ γὰρ ξηρὴ, ψυχὴ ἀρίστη. Notare liceat, in hac voce alibi ſimiliter erratum eſſe, cum τ et γ vel perſpicacem librarium nonnunquam poſſint fallere. Sic in Sympoſ. p. 1211. πολυκίνητος ἡ ὄψις οὖσα, μετὰ πνεύματος αὐτὴν (l. αὐγὴν) ἀφιέντος πυρώδη θαυμαστήν τινα διασπείρει δύναμιν. Et in Tract. contra Epicurum, p. 2023. ποιεῖ φρόνημα καὶ χαρὰν, οἷον αὐτὴν (l. αὐγὴν) ἐπιγελῶσαν τοῖς ἀγαθοῖς. Certiſſimam eſſe hanc emendationem probant ſequentia: vt enim hic anima corpore libera ſub imagine ξηρᾶς αὐγῆς puri luminis repraeſentatur, ita poſtea corpori commixtus et implicitus dicitur οἷον ἀναθυμίασις ἐμβριθὴς καὶ ὁμιχλώδης, vapor grauis et nebuloſus.

54 Οἱ

φυγȣ̃σαι τὸ θνητὸν καὶ παθητικὸν, ȣ̓ νόμῳ πόλεως, ἀλλ' ἀληθείᾳ, καὶ κατὰ τὸν εἰκότα λόγον, εἰς Θεȣ̀ς ἀναφέρεσθαι, τὸ κάλλιστον καὶ μακαριώτατον τέλος ἀπολαβȣ̂σας.

XXIX. Τὴν δὲ γενομένην ἐπωνυμίαν τῷ Ῥωμύλῳ τὸν Κυρῖνον, οἱ μὲν Ἐνυάλιον προσαγορεύȣσιν, οἱ δ' ὅτι [54] καὶ τȣ̀ς πολίτας Κυρίτας ὠνόμαζον· οἱ δὲ, τὴν αἰχμὴν, ἢ τὸ δόρυ [55] τȣ̀ς παλαιȣ̀ς Κῦριν [56] ὀνομάζειν, καὶ Κυρίτιδος Ἥρας ἄγαλμα καλεῖν ἐπ' [57] αἰχμῆς ἱδρυμένον· ἐν δὲ τῇ Ῥηγίᾳ δόρυ καθιδρυμένον, Ἄρεα προσαγορεύειν, καὶ δόρατι τȣ̀ς ἐν πολέμοις ἀριστεύοντας γεραίρειν. ὡς ȣ̂ν ἀρήϊόν τινα τὸν Ῥωμύλον, ἢ αἰχμητὴν Θεὸν, ὀνομασθῆναι Κυρῖνον. ἱερὸν μὲν ȣ̂ν αὐτȣ̃ ἐστὶ κατεσκευασμένον ἐν τῷ λόφῳ τῷ Κυρινείῳ [58] προσαγορευομένῳ δι' ἐκεῖνον. ἡ δ' ἡμέρα, ῇ μετήλλαξεν, ὄχλȣ φυγὴ καλεῖται καὶ νόνναι [59] Καπρατῖναι, διὰ τὸ θύειν [60] εἰς τὸ τῆς αἰγὸς ἕλος ἐκ πόλεως κατιόντας· τὴν γὰρ αἶγα, κάπραν ὀνομάζȣσιν. ἐξιόν-

depoſita conditione mortali et dolore, non publica lege, ſed reipſa et conſentanea ratione in numerum referendae ſunt Deorum, optimum et beatiſſimum finem adeptae.

At Quirinum dictum Romulum quidam quaſi Martem putant: alii, quod ciues Romani etiam Quirites dicerentur: alii a quiri; ita ſpiculum vel haſtam veteres vocaſſe: et Quiritidis Iunonis ſignum ſpiculo impoſitum, atque in Regia collocatam haſtam, Martem appellaſſe: eoſque, qui bello ſtrenuam operam nauaſſent, donari ſolitos haſta. Ergo quaſi Martialem Romulum, aut haſtatum Deum nomen inueniſſe Quirini. Aedes ei in colle conſecrata, quem ab illo nominant Quirinalem. Dies, quo vita exceſſit, Plebis fuga vocatur, et Nonae Capratinae: quod ſacra extra vrbem ad Caprae paludem deſcendentes faciant. Quum ad

54 οἱ δ' ὅτι] Vox πολίτην, quam inſerunt Bodl. 1. 2. ſententiae neceſſaria videtur. Vt enim hi Quirinum Ἐνυάλιον appellarunt, ita alii πολίτην, ſiue ciuem, quod et ciues Quirites nominarent.

55 δόρυ φασὶ Bodl. 1. 2.

56 Κυρῖνον (ſic olim) ὀνομάζειν] Dacerius legit κῦριν, quam emendationem extra dubium ponit locus Quaeſt. Rom. p. 509. τὸ δόρυ κȣ̃ριν (l. κῦριν) ἐκάλȣν οἱ παλαιοί.

57 μετ' αἰχμῆς Anonym.

58 τῷ Κυρίνȣ Vulcob. Κυρινάλȣ Anonym.

59 νῶναι Bodl. 1. 2.

60 διὰ τὸ θεῖν Anonym.

61 Μαρ-

τες δὲ πρὸς τὴν θυσίαν, πολλὰ τῶν ἐπιχωρίων ὀνομάτων φθέγγονται μετὰ βοῆς, οἷον Μάρκε, Λούκιε, Γαΐε [61], μιμούμενοι τὴν τότε τροπὴν καὶ ἀνάκλησιν ἀλλήλων μετὰ δέους καὶ ταραχῆς. ἔνιοι μέντοι τὸ μίμημα τοῦτο φασὶ μὴ φυγῆς, ἀλλ᾽ ἐπείξεως εἶναι καὶ σπουδῆς, εἰς αἰτίαν τοιαύτην ἀναφέροντες τὸν λόγον. ἐπεὶ Κελτοὶ τὴν Ῥώμην καταλαβόντες ἐξεκρούσθησαν ὑπὸ Καμίλλου, καὶ δι᾽ ἀσθένειαν ἡ πόλις οὐκέτι ῥαδίως ἑαυτὴν ἀνελάμβανεν [62], ἐστράτευσαν ἐπ᾽ αὐτὴν πολλοὶ τῶν Λατίνων, ἄρχοντα Λίβιον Ποστούμιον ἔχοντες. οὗτος δὲ καθίσας τὸν στρατὸν οὐ πρόσω τῆς Ῥώμης, ἔπεμπε κήρυκα, βούλεσθαι λέγων τοὺς Λατίνους ἐκλιποῦσαν ἤδη τὴν παλαιὰν οἰκειότητα καὶ συγγένειαν ἐκζωπυρῆσαι, καιναῖς αὖθις ἀνακραθέντων ἐπιγα-

ad ſacrificium pergunt, nomina multa patria proclamant, vt Marcellum, Caium: referentes, quemadmodum fugerent, et ſe mutuo appellarent in metu illo et tumultu. Hoc ſimulacrum, alia fama eſt, non metus, ſed feſtinationis eſſe et properantiae, atque hinc originem deducunt. Quum vrbe capta eiecti Galli a Camillo eſſent, neque ſe facile ciuitas ita accisis viribus colligeret, multi nominis Latini, duce Liuio Poſthumio, vrbem infeſti bello petiere. Hic caſtra in conſpectu vrbis metatus, per caduceatorem ſignificauit Latinos in animo habere exoleſcentem iam veterem neceſſitudinem et propinquitatem inſtaurare, vtraque gente nouis denuo conglutinata

61 Μαρκέλλου καὶ Γαΐου (sic olim)] *Marcelli* eſt in Graeco, apud Lapum et Amiotum. Sed mihi nequaquam placuit, qui intelligerem hic praenomina intelligi, quae omnium ſunt apud vulgus, et in huiuſmodi praeſertim concurſu viitatiſſima. Neque vero tam multi erant Marcelli, quam Marci, nedum iſto tempore, ſed ne alias quidem. Verum in re aperta quid verba facio? Si cui tamen Marcelli pertinaciter placebunt, (nam incuria, non conſilio, retentos ab interpretibus iudico) non impedio, quin ſuum ſequatur ingenium: modo meminerit, in vita Camilli, vbi ea, quae de Tutola ſequitur, fabula repetitur, Marcos rectiſſime legi, cum Caiis et Luciis. Hiſtoria haec refertur etiam in Saturnal. Macrobii lib. I. cap. 11. *Xylander.* Ita etiam [Scil. Μάρκου] Dacer. ex Mſ. Quid ſi legamus, Μάρκου, Λουκίου καὶ Γαΐου, vt in Camillo, p. 323. βοῇ φθέγγονται Γαΐον, Μάρκον, Λούκιον?

62 ἀνέλαβεν Bodl. 1. 2.

μίαις τῶν γενῶν. ἂν οὖν πέμψωσι παρθένους τε συχνὰς, καὶ γυναικῶν τὰς ἀνάνδρους, εἰρήνην ἔσεσθαι καὶ φιλίαν αὐτοῖς, ὡς ὑπῆρξε πρότερον πρὸς Σαβίνους ἐκ τῶν ὁμοίων. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ Ῥωμαῖοι τόν τε πόλεμον ἐφοβοῦντο, καὶ τὴν παράδοσιν τῶν γυναικῶν οὐδὲν αἰχμαλωσίας ἐπιεικέστερον ἔχειν ἐνόμιζον. ἀποροῦσι δὲ αὐτοῖς θεράπαινα Φιλωτὶς, ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, Τουτόλα καλουμένη, συνεβούλευε μηδέτερα ποιεῖν, ἀλλὰ χρησαμένους δόλῳ διαφυγεῖν ἅμα τὸν [63] πόλεμον καὶ τὴν ἐξομήρευσιν. ἦν δ' ὁ δόλος, αὐτήν τε τὴν Φιλωτίδα, καὶ σὺν αὐτῇ [64] θεραπαινίδας εὐπρεπεῖς, κοσμήσαντας ὡς ἐλευθέρας, ἀποστεῖλαι πρὸς τοὺς πολεμίους. εἶτα νύκτωρ τὴν Φιλωτίδα πυρσὸν ἆραι, τοὺς δὲ Ῥωμαίους ἐπελθεῖν μετὰ τῶν ὅπλων, καὶ χρήσασθαι κοιμωμένοις τοῖς πολεμίοις. ταῦτα δ' ἐδρᾶτο πεισθέντων τῶν Λατίνων· καὶ τὸν πυρσὸν ἀνέσχεν ἡ Φιλωτὶς ἔκ τινος ἐρινεοῦ περισχοῦσα προκαλύμμασι [65] καὶ παραπετάσμασιν ὄπισθεν, ὥστε τοῖς πολεμίοις ἀόρατον εἶναι τὸ φῶς, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις κατάδηλον. ὡς οὖν ἐπεῖδον, εὐθὺς ἐξῄεσαν [66] ἐπειγόμενοι, καὶ διὰ τὴν ἔπειξιν ἀλλήλους περὶ τὰς πύλας ἀνακαλοῦντες πολλάκις.

glutinata nuptiis. Si igitur bonum numerum mitterent virginum viduarumque, pacem et amicitiam habituros, vti ſimili ex cauſa habuiſſent cum Sabinis. His auditis Romani, etſi a bello abhorrerent, fonminarum deditionem tamen nihilo ducebant captiuitate potiorem. Haeſitantibus ancilla Philotis, vel, vt alii volunt, Tutola nomine, vtrumque diſſuaſit: ſuggeſſit autem dolum, vt ſimul et bellum declinarent, nec darent obſides. Eius hoc fuit commentum, vt ipſam vnaque praeſtantes forma ancillas ad hoſtes bene cultas mitterent pro ingenuis. Inde ſi ſignum ipſa face daret, Romani adorirentur armati ſopitos, trucidarentque. Ita actum eſt deceptis Latinis: Facem Philotis extulit ex caprifico, ſtragulis et tapetibus a tergo, vt falleret lumen hoſtem, et Romanis conſpicuum eſſet, obiectis. Vt ſignum conſpexerunt, citato gradu confeſtim exierunt, maturandi cauſa ad portas ſe mutuo cohortantes ſubinde. Ita

63 τόν τε Bodl. 1. 2.
64 αὐτῇ ἄλλας Bodl. 1. 2.
65 προκαλύμματι Bodl. 1. 2. 3.
66 ἐξῄεσαν Vulc. vulgo ἐξίεσαν.
67 Καπρό-

ἐμπεσόντες δὲ τοῖς πολεμίοις ἀπροσδοκήτως, καὶ κρατήσαντες, ἐπινίκιον ἄγουσι τὴν ἑορτήν. καὶ Καπρατῖναι μὲν αἱ νόνναι καλοῦνται, διὰ τὸν ἐρινεὸν καπρίφικον [67] ὑπὸ Ῥωμαίων ὀνομαζόμενον. ἑστιῶσι δὲ τὰς γυναῖκας ἔξω, συκῆς κλάδοις σκιαζομένας. αἱ δὲ θεραπαινίδες ἀγείρουσι περιϊοῦσαι καὶ παίζουσιν, εἶτα πληγαῖς καὶ βολαῖς λίθων χρῶνται πρὸς ἀλλήλας, ὡς καὶ τότε τοῖς Ῥωμαίοις παραγενόμεναι καὶ συναγωνισάμεναι μαχομένοις. ταῦτ᾽ οὐ πολλοὶ προσίενται τῶν συγγραφέων. ἀλλὰ καὶ τὸ μεθ᾽ ἡμέραν χρῆσθαι τῇ ἀνακλήσει τῶν ὀνομάτων, καὶ τὸ πρὸς τὸ ἕλος τὸ τῆς αἰγὸς [68] ὡς ἐπὶ θάλατταν [69] βαδίζοντας, ἔοικε τῷ προτέρῳ λόγῳ προστίθεσθαι μᾶλλον. εἰ μὴ νὴ Δία τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐν χρόνοις ἑτέροις ἀμφότερα τὰ πάθη συνέτυχε γενέσθαι. λέγεται δὲ Ῥωμύλος [270] τέσσαρα μὲν ἔτη καὶ πεντήκοντα γεγονὼς, ὄγδοον δὲ βασιλεύων ἐκεῖνο καὶ τριακοστὸν, ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι.

Ita hoſtes adorti nec opinantes fuderunt eos. In cuius victoriae memoriam feſtum celebrant, ac Capratinae vocantur Nonae, a caprifico. Inuitant foeminas extra vrbem fici ramis inumbratas. Coactae ancillae circumcurrunt luduntque, mox verberibus et lapidibus inter ſe proeliantur: vt quae in certamine etiam praeſto pugnantibus Romanis et auxilio fuerint. Haec a paucis autoribus recipiuntur. At quod interdiu ita nominibus ſe mutuo appellent, et ad Caprae paludem tanquam ad mare pergant, conuenire magis ei, quod ſupra memoratum eſt, videtur: niſi ſane diuerſis tempeſtatibus geſtum vtrumque in eundem incidit diem. Romulum fama eſt quatuor et quinquaginta annos natum, regni illius trigeſimo octauo, inter homines non vltra viſum.

67 Καπρόφικον (ſic vulg.)] Rectius in Camillo p. 323. καπρίφικον.

68 Τὸ τῆς αἶγος] Deeſt verbum infinitiui modi: Bodl. 1. 2. ſupplent ἔρχεσθαι.

69 Pro ἐπὶ θάλατταν Xylander et Dacerius et Cruſerius legunt ἐπὶ θυσίαν, quia ſupra dicitur p. 76. ἐξιόντες δὲ πρὸς τὴν θυσίαν. [Verba Xylandri haec ſunt: ὡς ἐπὶ θάλατταν. Quid hoc ſibi velit, ſane (vt fatear verum) excogitare nondum potui. ὡς ἐπὶ θυσίᾳ ſi fuiſſet, habuiſſem, quae dicerem. Iudicent hoc acutiores. Amiotus haec verba accepit, quaſi Caprae palus verſus mare ſita intelligatur; quod an ſenſum dignum auctore exprimat, neſcio.] Caeterum Anonym. dat ὥσπερ ἀλαλάζειν βαδίζοντας.

270 vid. Ruald.

COMPARATIO THESEI CVM ROMVLO.

Ἃ μὲν οὖν ἄξια μνήμης πυθέσθαι περὶ Ῥωμύλου καὶ Θησέως συμβέβηκεν ἡμῖν, ταῦτ' ἐστι. Φαίνεται δὲ πρῶτον ὁ μὲν ἐκ προαιρέσεως, οὐδενὸς ἀναγκάζοντος, ἀλλ' ἐξὸν ἀδεῶς ἐν Τροιζῆνι βασιλεύειν διαδεξάμενον [1] ἀρχὴν οὐκ ἄδοξον, αὐτὸς ἐφ' [2] ἑαυτοῦ μεγάλων ὀρεχθείς· ὁ δὲ δουλείας φυγῇ παρούσης, καὶ τιμωρίας ἐπιφερομένης, ἐκεῖνο τὸ τοῦ Πλάτωνος [3], ἀτεχνῶς ὑπὸ δέους ἀνδρεῖος γενόμενος, καὶ φόβῳ τοῦ τὰ ἔσχατα παθεῖν, ἐπὶ τὸ δρᾶν μεγάλα δι' ἀνάγκην παραγενόμενος. ἔπειτα τούτου μὲν ἔργον ἐστὶ τὸ μέγιστον, ἀνελεῖν ἕνα τὸν Ἄλβης [4] τύραννον· ἐκείνου δὲ πάρεργα καὶ προαγῶνες ἦσαν, ὁ Σκίρων [5], ὁ Σίνις, ὁ Προκρούστης, ὁ Κορυνήτης· οὓς ἀναιρῶν καὶ κολάζων, ἀπήλλαττε τὴν Ἑλλάδα δεινῶν τυράννων, πρὶν, ὅστις ἐστὶ, γινώσκειν τοὺς ὑφ' ἑαυτοῦ [6] σωζομένους. καὶ τῷ μὲν παρῆν

Habes, quae de Romulo et Theseo nobis ad memoriam insignia oblata sunt. Primum apparet, consulto hunc, non coactum, quum regnare in otio ei Troezene liceret, regno accepto non obscuro, res magnas vltro affectasse: illum, quo praesentem seruitutem et impendentem ceruicibus declinaret poenam, secundum illud Platonis, reuera fortem per metum euasisse, formidineque extremi supplicii per necessitatem ad res perpetrandas arduas. Deinde, factum huius est summum, vnum, quod sustulerit Albanum tyrannum: illius accessoria fuerunt et praeludia Sciron, Sinnis, Procrustes, Corynetes: quos interimens et coërcens, Graeciam ante a violentis eripuit tyrannis, quam ii, quos seruabat, qui esset, cognoscerent. Iam Theseo integrum erat

1 Διαδεξάμενος (sic vulg.)] Rectius Vulc. et Anonym. διαδεξάμενον.

2 Ἐφ' ἑαυτοῦ] Lego ἀφ' ἑαυτοῦ, *sponte, vltro.*

3 ἐκεῖνο τὸ τοῦ Πλάτωνος] Locus eit in Phaedonis secundae paginae fine, vbi Socrates Simmiae ostendit, metu malorum omnes homines, exceptis philosophis, fortes esse. *Xylander.*

4 τῶν τῆς Ἄλβης Bodl. 1. 2.

5 ὁ Σκλίρων Vulcob.

6 ὑπ' αὐτοῦ Anonym.

ἀπραγμόνως κομίζεσθαι διὰ θαλάττης, ἀδικουμένῳ μηδὲν ὑπὸ τῶν λῃστῶν· Ῥωμύλῳ δ' οὐ παρῆν μὴ πράγματα ἔχειν, Ἀμουλίου ζῶντος. μέγα δὲ τούτου τεκμήριον. ὁ μὲν γὰρ, οὐδὲν αὐτὸς ἀδικούμενος, ὥρμησεν ὑπὲρ ἄλλων ἐπὶ τοὺς πονηρούς· οἱ δ' ἐφ' ὅσον [7] αὐτοὶ κακῶς οὐκ ἔπασχον ὑπὸ τοῦ τυράννου, περιεώρων ἀδικοῦντα πάντας. καὶ μὴν εἰ μέγα τὸ τρωθῆναι μαχόμενον Σαβίνοις, καὶ ἀνελεῖν Ἄκρωνα, καὶ πολλῶν μάχῃ κρατῆσαι πολεμίων, τούτοις μέν ἐστι τοῖς ἔργοις Κενταυρομαχίαν καὶ τὰ πρὸς Ἀμαζόνας παραβάλλειν.

Ὃ δ' ἐτόλμησε Θησεὺς περὶ τὸν Κρητικὸν δασμὸν, εἴτε τινὶ θηρίῳ βορὰν, εἴτε πρόσφαγμα τοῖς Ἀνδρόγεω τάφοις, εἴθ', ὃ κουφότατόν ἐστι τῶν λεγομένων, λατρεύειν παρ' ἀνδράσιν ὑβρισταῖς καὶ δυσμενέσιν ἀκλεῆ λατρείαν καὶ ἄτιμον ἐπιδοὺς ἑαυτὸν, ἑκουσίως μετὰ παρθένων πλεῦσαι καὶ παίδων νέων, οὐκ ἂν εἴποι τις, ἡλίκης ἐστὶ τόλμης, ἢ μεγαλοφροσύνης, ἢ δικαιοσύνης περὶ τὸ κοινὸν, ἢ πόθου δόξης καὶ ἀρετῆς. ὥστ' ἔμοιγε φαίνεται [8] μὴ κακῶς ὁρίζεσθαι τοὺς φιλοσόφους τὸν ἔρωτα θεῶν ὑπηρεσίαν πρὸς

erat ſecure mari vehi, iniurias vitanti latronum: Romulo non erat ſolutum negotiis viuo Amulio vacare. Id hinc liquet, quod Theſeus nihil laeſus priuatim, pro aliis bellum indixit improbis: illi, quoad illaeſi ipſi a tyranno fuerunt, opprimentem alios tulerunt leniter. Iam ſi magnificum eſt, vulnus in proelio contra Sabinos accepiſſe, et obtruncaſſe Acronem, multoſque deuiciſſe hoſtes: cum his factis pugnam cum Centauris et Amazonibus commiſſam compares.

Quod vero auſus Theſeus de vectigale fuit Cretico, ſiue ad ferae alicuius eſcam, ſiue ad parentationem apud Androgei tumulum, ſiue, quod leuiſſimum iactatur, ad ſeruiendum apud improbos et infeſtos deformem et foedam ſeruitutem, ſe ipſe vltro obtulit, vt nauigaret cum virginibus et pueris: quis conſequatur dicendo, quantae ſit audaciae vel magnanimitatis, vel iuſtitiae in rempublicam, vel cupiditatis gloriae et virtutis? Vnde mihi quidem haud perperam videntur philoſophi amorem definire deorum miniſterium ad

curam

7 οἱ δ' ὅσον Bodl. 1. 2. 3.

8 ὥστ' ἔμοιγε φαίνεται etc.] Eſt et hoc apud Platonem in Sympoſio. *Xylander*.

9 μηχα-

ἐπιμέλειαν καὶ σωτηρίαν νέων. ὁ γὰρ Ἀριάδνης ἔρως παντὸς μᾶλλον ἔοικεν ἔργον Θεοῦ καὶ μηχάνημα [9] γενέσθαι σωτηρίας ἕνεκα τοῦ ἀνδρός. καὶ οὐκ ἄξιον αἰτιᾶσθαι τὴν ἐρασθεῖσαν, ἀλλὰ θαυμάζειν, εἰ μὴ πάντες οὕτω καὶ πᾶσαι διετέθησαν· εἰ δ' ἐκείνη μόνη τοῦτ' ἔπαθεν, εἰκότως ἔγωγε φαίην ἂν αὐτὴν ἀξιέραστον Θεῷ γεγονέναι, φιλόκαλον καὶ φιλάγαθον καὶ τῶν ἀρίστων ἐρωτικὴν οὖσαν. ἀμφοτέρων τοίνυν τῇ φύσει πολιτικῶν γεγονότων, οὐδέτερος διεφύλαξε τὸν βασιλικὸν τρόπον· ἐξέστη δὲ καὶ μετέβαλε μεταβολήν, ὁ μὲν δημοτικήν, ὁ δὲ τυραννικήν, ταὐτὸν ἀπ' ἐναντίων παθῶν ἁμαρτόντες. δεῖ γὰρ τὸν ἄρχοντα σώζειν πρῶτον αὐτὴν τὴν ἀρχήν· σώζεται δ' οὐχ ἧττον ἀπεχομένη τοῦ μὴ προσήκοντος, ἢ περιεχομένη τοῦ προσήκοντος. ὁ δ' ἐνδιδοὺς, ἢ ἐπιτείνων, οὐ μένει βασιλεὺς, οὐδὲ ἄρχων, ἀλλ' ἢ δημαγωγὸς, ἢ δεσπότης γιγνόμενος, ἐμποιεῖ τὸ μισεῖν, ἢ καταφρονεῖν τοῖς ἀρχομένοις. οὐ μὴν ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν, ἐπιεικείας δοκεῖ καὶ φιλανθρωπίας εἶναι, τοῦτο δὲ, φιλαυτίας ἁμάρτημα καὶ χαλεπότητος.

curam et ſalutem iuuentutis. Quippe Ariadnae amor meo iudicio prorſus diuinum opus et machinamentum ad hunc fuit conſeruandum: neque reprehendenda illa ſit, quod amauerit eum, ſed mirandum, non omnes eodem fuiſſe animo iuuenes et puellas. Si vero vna illa ita permota fuit, equidem merito dignam dicam, quae a Deo amaretur, cui is honeſti et recti optimorumque virorum inerat amor. Porro quum natura politici ambo eſſent, tenorem regium conſeruauit neuter: ſed euagatus eſt et variauit ſe, alter in popularem, alter in tyrannum. Ita eundem in ſcopulum diuerſis ex animi motibus impegere. Debet enim princeps ipſum primum conſeruare imperium; quod conſeruatur non ſecus, ſi abſtineat ab indecoro, quam ſi decorum tueatur. Id qui remittit, vel intendit, non iam rex eſt, neque princeps, ſed aut multitudinis adulator, aut dominus euadit: atque ſic aut in odium ſui populares adducit, aut in contemtum. Atqui lenitatis hoc et humanitatis, illud nimii ſui amoris eſſe et ſaeuitiae peccatum videtur.

Quod

9 μηχάνημα Anonym. vulgo μηχανήν.

Εἰ δὲ δεῖ καὶ τὰ δυστυχηθέντα μὴ παντάπασι ποιεῖσθαι δαίμονος, ἀλλ' ἠθικὰς καὶ παθητικὰς ζητεῖν[10] ἐν αὐτοῖς διαφορὰς[11], θυμοῦ μὲν ἀλογίστου καὶ τάχος ἐχούσης ἄβουλον ὀργῆς, μήτε τις ἐκεῖνον ἐν τοῖς πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀπολυέτω, μήτε τοῦτον ἐν τοῖς πρὸς τὸν υἱόν. ἡ δὲ κινήσασα τὸν θυμὸν ἀρχὴ μᾶλλον παραιτεῖται τὸν ὑπὸ μείζονος αἰτίας, ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς χαλεπωτέρας, ἀνατραπέντα. Ῥωμύλῳ μὲν γὰρ ἐκ βουλῆς καὶ σκέψεως περὶ κοινῶν συμφερόντων διαφορᾶς γενομένης, οὐκ ἂν ἠξίωσέ τις ἄφνω τὴν διάνοιαν ἐν τηλικούτῳ πάθει γενέσθαι[12]· Θησέα δὲ πρὸς τὸν υἱὸν, ἃ πάμπαν ὀλίγοι τῶν ὄντων διαπεφεύγασιν, ἔρως καὶ ζηλοτυπία καὶ διαβολαὶ γυναικὸς ἔσφηλαν. ὃ δὲ μεῖζόν ἐστιν, ὁ μὲν Ῥωμύλου θυμὸς εἰς ἔργον ἐξέπεσε καὶ πρᾶξιν οὐκ εὐτυχὲς ἔχουσαν τέλος· ἡ δὲ Θησέως ὀργὴ μέχρι λόγου καὶ βλασφημίας καὶ κατάρας πρεσβυτικῆς προῆλθε· τὰ δ' ἄλλα φαίνεται τῇ τύχῃ χρήσασθαι τὸ μειράκιον. ὥστε ταύτας μὲν ἄν τις ἀποδοίη τῷ Θησεῖ τὰς ψήφους.

Quod ſi infortunia quoque non vndequaque ſint ſorti attribuenda, ſed diſcrimina in his morum et affectuum ſtatuenda: praeferuida bile et ira cum inconſulto coniuncta impetu, neque illum aduerſus fratrem, neque aduerſus filium hunc liberes. At principium, vnde mota bilis fuit, citius excuſet illum, qui maiore ex cauſa tanquam a grauiore proſtratus ictu fuit. Romulo enim, quum eſſet diſſenſio ex conſilio et deliberatione de bono publico exorta, nemo ignoſcat mentem ei ſubito tantopere fuiſſe commotam. Theſeum vero in filium, quae pauci mortalium deuitarunt, amor, obtrectatio, et querelae impulerunt vxoris. Quod vero grauius eſt, Romuli euaſit in factum flamma et in rem non laetum ſortitam exitum: Theſei indignatio ad verba vſque, conuicia, et deuotiones ſeniles eſt progreſſa. De caetero calamitates videntur iuuenis fortunae tribuendae. Itaque tulerit in his Theſeus ſuffragia.

At

10 ζητεῖν] ita vet. cod. non ποιεῖν. Legitur tamen πολλὴν ποιεῖ διαφορὰν in fine huius vitae. *H. Steph.*

11 διαφθορὰς Vulcob.

12 οὐκ ἂν ἠξίωσέ τις ἄφνω τὴν διάνοιαν ἐν τηλικούτῳ πάθει γενέσθαι] Hunc locum *Lapus* peruertit plane, neque ſenſum et verba ſequentia conſiderauit. *Xyl.*

13 συνοφορ-

Ἐκείνῳ δὲ πρῶτον μὲν ὑπάρχει μέγα, τὸ μικροτάτας λαβεῖν ἀρχὰς ἐπὶ τὰ πράγματα. δοῦλοι γὰρ δὴ καὶ συφορβῶν [13] παῖδες ὀνομαζόμενοι, πρὶν ἐλεύθεροι γενέσθαι, πάντας ὀλίγου δεῖν ἠλευθέρωσαν Λατίνους· ἐνὶ χρόνῳ τῶν καλλίστων ὀνομάτων ἅμα τυχόντες, φονεῖς ἐχθρῶν, καὶ σωτῆρες οἰκείων, καὶ βασιλεῖς ἐθνῶν, καὶ οἰκισταὶ πόλεων, οὐ μετοικισταί [14]· καθάπερ ἦν ὁ Θησεὺς, ἐκ πολλῶν συντιθεὶς καὶ συνοικοδομῶν ἓν οἰκητήριον, ἀναιρῶν δὲ πολλὰς πόλεις, ἐπωνύμους βασιλέων καὶ ἡρώων παλαιῶν. Ῥωμύλος δὲ ταῦτα μὲν ὕστερον ἔδρα, τοὺς πολεμίους ἀναγκάζων τὰ οἰκεῖα καταβάλλοντας καὶ ἀφανίζοντας τοῖς νενικηκόσι προσνέμεσθαι. τὸ δὲ πρῶτον, οὐ μετατιθεὶς, οὐδ' αὔξων τὴν ὑπάρχουσαν, ἀλλὰ ποιῶν ἐξ οὐχ ὑπαρχόντων, καὶ κτώμενος ἑαυτῷ χώραν ὁμοῦ, πατρίδα, βασιλείαν, γένη, γάμους, οἰκειότητας, ἀνῄρει μὲν οὐδένα, οὐδὲ ἀπώλλυεν, εὐεργέτει δὲ τοὺς ἐξ ἀοίκων καὶ ἀνεστίων δῆμον ἐθέλοντας εἶναι καὶ πολίτας. λῃστὰς δὲ καὶ κακούργους οὐκ ἀπέκτεινεν, ἀλλ' ἔθνη προσηγάγετο πολέμῳ,

At illi hoc primum ſuppeditat magnificum, quod tenuiſſima ad res gerendas fundamenta habuerit: ſiquidem, qui ſerui et ſubulcorum dicebantur filii, priuſquam liberi ipſi forent, omnes prope liberos effecerunt Latinos; atque vno tempore praeſtantiſſima nomina ſimul ſunt adepti, extinctores hoſtium, neceſſariorum conſeruatores, reges gentium et conditores vrbium, non translatores dicti: vt Theſeus, ex multis qui vnum conflauit et frequentauit domicilium, ſuſtulitque multa oppida, quae nomina gerebant veterum Regum et Heroum. Romulus quidem egit poſt idem, quum hoſtes compelleret ſua diruere delereque, ac victoribus ſe contribuere. Initio tamen non transtulit, neque amplificauit vrbem iam extantem, verum condidit nullo ſubſidio, comparans ſibi pariter agrum, patriam, regnum, ſobolem, connubia, neceſſitudines. Neminem peremit, vel perdidit, ſed bene meritus eſt de illis, qui ſedium et penatium expertes, populus eſſe et ciues volebant. Latrones et maleficos non confecit, ſed gentes bello ſubegit, vrbes

13 συοφορβῶν Vulcob. 14 μετοικισταί δε — ὁ ἐκ Bodl. 1. 2.
15 Ῥέμου

καὶ πόλεις κατεστρέψατο, καὶ βασιλεῖς ἐθριάμβευσε καὶ ἡγεμόνας.

Καὶ τὸ μὲν Ῥώμου[15] πάθος ἀμφισβητούμενον ἔχει τὸν αὐτόχειρα, καὶ τὸ πλεῖστον εἰς ἑτέρους[16] τῆς αἰτίας τρέπουσι· τὴν δὲ μητέρα διολλυμένην ἔσωσε περιφανῶς, καὶ τὸν πάππον ἀκλεῶς δουλεύοντα καὶ ἀτίμως εἰς τὸν Αἰνείου θρόνον ἐκάθισε. καὶ πολλὰ μὲν ἑκὼν εὐηργέτησεν, ἔβλαψε δὲ αὐτὸν οὐδὲ ἄκων. τὴν δὲ Θησέως λήθην καὶ ἀμέλειαν τῆς περὶ τὸ ἱστίον ἐντολῆς, μόλις ἂν οἶμαι μακρᾷ[17] τινι παραιτήσει καὶ ἐν ῥαθύμοις δικασταῖς αἰτίαν ἀποφυγεῖν πατροκτονίας· ὃ δὴ καὶ συνιδών τις Ἀττικὸς ἀνὴρ ὡς παγχάλεπόν ἐστι βουλομένοις ἀπολογεῖσθαι, πλάττει τὸν Αἰγέα τῆς νεὼς προσφερομένης ὑπὸ σπουδῆς ἀνατρέχοντα πρὸς τὴν ἀκρόπολιν θέας ἕνεκα, καὶ σφαλλόμενον καταπεσεῖν, ὥσπερ ὀπαδῶν ἔρημον, ἢ τὴν ἐπὶ θάλατταν ὁδὸν σπεύδοντι μὴ παρούσης τινὸς θεραπείας.

Καὶ μὴν τὰ περὶ τὰς ἁρπαγὰς τῶν γυναικῶν ἡμαρτη-

vrbes excidit, reges duceſque in triumphum duxit.

Iam Remi caedes controuerſum habet percuſſorem, ac cauſas fere ad alios auertunt. Matrem certe ab exitio conſeruauit haud dubie, auumque turpiter et foede ſeruientem in Aeneae collocauit ſolio; ac multa in eum de induſtria beneficia contulit, nec laeſit, ne imprudens quidem. Sed Theſei obliuio et incuria praecepti de velo, vix, meo iudicio, quamuis longa excuſatione atque apud ſocordes iudices, parricidii crimine eximatur. Quod ſane aduertens Atticus quiſpiam plane difficilem eſſe vel volentibus defenſionem, Aegea fingit appellente naue, quum propere curreret in arcem ſpeculandi cauſa, et offendiſſet, praecipitem fuiſſe delatum; quaſi comitibus caruiſſet, aut properantem ad mare eſſet nemo ſequutus.

Ad haec, quod in raptu mulierum admiſſum eſt, honeſto caret

15 Ῥέμου Vulcob.

16 Εἰς ἑτέρους] Reſcribendum puto ἑταίρους ex p. 49. οἱ δὲ τῶν ἑταίρων τινὸς Κέλερος (πατάξαντος) ἐνταῦθα πεσεῖν λέγουσιν.

17 Μικρᾷ (ſic vulg.) τινὶ] Omnes Bodl. cum impreſſis Flor. et Ald. rectiſſime habent μακρᾷ.

 18 Ἐρε-

μένα, Θησεῖ μὲν εὐσχήμονος ἐνδεᾶ προφάσεως γέγονε. πρῶτον μὲν, ὅτι πολλάκις· ἥρπασε γὰρ Ἀριάδνην καὶ Ἀντιόπην, καὶ Ἀναξὼ τὴν Τροιζηνίαν· ἐπὶ πάσαις δὲ τὴν Ἑλένην, παρηκμακὼς οὐκ ἀκμάζουσαν, ἀλλὰ νηπίαν καὶ ἄωρον, αὐτὸς ὥραν ἔχων ἤδη γάμων πεπαῦσθαι καὶ νομίμων· ἔπειτα διὰ τὴν αἰτίαν· οὐ γὰρ ἀξιώτεραί γε παιδοποιοὶ τῶν Ἀθήνησιν Ἐρεχθειδῶν[18] καὶ Κεκροπιδῶν, αἱ Τροιζηνίων καὶ Λακώνων καὶ Ἀμαζόνων ἀνέγγυοι θυγατέρες ἦσαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὑποψίαν ἔχει πρὸς ὕβριν καὶ καθ' ἡδονὴν πεπρᾶχθαι. Ῥωμύλος δὲ πρῶτον μὲν ὀκτακοσίων ὀλίγον ἀριθμῷ δεούσας ἁρπάσας, οὐ πάσας, ἀλλὰ μίαν, ὥς φασιν, Ἑρσιλίαν ἔλαβεν, τὰς δ' ἄλλας διένειμε τοῖς ἀγαθοῖς τῶν πολιτῶν. ἔπειτα τῇ μετὰ ταῦτα τιμῇ καὶ ἀγαπήσει καὶ δικαιοσύνῃ περὶ τὰς γυναῖκας ἀπέδειξε τὴν βίαν ἐκείνην καὶ τὴν ἀδικίαν, κάλλιστον ἔργον καὶ πολιτικώτατον εἰς κοινωνίαν γενομένην. οὕτω συνέμιξεν ἀλλήλοις καὶ συνέπηξε τὰ γένη, καὶ παρέσχε πηγὴν τῆς εἰς αὖθις εὐνοίας, καὶ δυνάμεως τοῖς πράγμασιν[19]. αἰδοῦς δὲ καὶ φιλίας

caret in Theseo praetextu: primum quia saepius: rapuit enim Ariadnam, Antiopam, Anaxo Troezeniam, denique Helenam grandaeuus nondum nubilem, sed paruulam atque immaturam, ea ipse aetate, vt temperandum ei a nuptiis fuerit vel iustis. Deinde propter causam: neque enim Troezeniorum, Laconum, Amazonum filiae, praeterquam quod pactae ei non essent, digniores ad sobolem suscipiendam Atheniensibus puellis Erechtheo et Cecrope prognatis erant: caeterum non carent haec, quin lasciuiae et libidinis causa fuerint perpetrata, suspicione. Romulus vero principio, raptis paulo minus octingentis, non omnes, sed vnam (vt fama est) sumpsit sibi Hersiliam, caeteras inter egregios ciues est partitus. Deinde consequenti honore, caritate, aequitate in foeminas, vim illam et iniuriam, eximium fuisse factum ostendit et prudentissimum ad iungendam societatem: adeo confudit mutuo et conglutinauit eas gentes, fontemque in posterum rebus aperuit beneuolentiae et potentiae. Reuerentiae vero et amoris

et con-

18 Ἐρεχθηΐδῶν Vulcob. vulgo legitur sine ν ephelkystico.
19 πράγμασιν Bodl. 1. 2. 3.

καὶ βεβαιότητος, ἣν εἰργάσατο περὶ τοὺς γάμους, ὁ χρόνος ἐστὶ μάρτυς. ἐν γὰρ ἔτεσι τριάκοντα καὶ διακοσίοις[20] οὔτε ἀνὴρ ἐτόλμησε γυναικὸς, οὔτε γυνὴ κοινωνίαν ἀνδρὸς ἐγκαταλιπεῖν· ἀλλ' ὥσπερ ἐν Ἕλλησιν οἱ σφόδρα περιττοὶ τὸν πρῶτον ἔχουσιν εἰπεῖν πατροκτόνον, ἢ μητροφόνον, οὕτω Ῥωμαῖοι πάντες ἴσασιν, ὅτι Καρβίλιος[21] Σπόριος ἀπεπέμψατο τὴν γυναῖκα πρῶτος, ἀπαιδίαν αἰτιασάμενος. τῷ δὲ τοσούτῳ χρόνῳ συμμαρτυρεῖ καὶ τὰ ἔργα. καὶ γὰρ ἀρχῆς ἐκοινώνησαν οἱ βασιλεῖς, καὶ πολιτείας τὰ γένη, διὰ τὴν ἐπιγαμίαν ἐκείνην· ἀπὸ δὲ τῶν Θη-

et constantiae, quibus deuinxit connubia, perhibet temporis diuturnitas testimonium. Quippe annis triginta et ducentis, neque vir vxoris, neque viri consortium deserere vxor sustinuit. Verum vt apud Graecos valde curiosi, primum nuncupare possunt parricidam, ita cuncti norunt Romani Sp. Caruilium vxori nuntium primum remisisse, sterilem causatum. Nec temporis diuturnitas solum, sed et idem testantur opera, quae consequuta sunt. Etenim ob necessitudinem illam participauerunt Reges inter se regnum, et rempublicam gentes illae. Ex Thesei nuptiis

20 ἐν γὰρ ἔτεσι τριάκοντα καὶ διακοσίοις] Quid de hoc numero statuam, ambigo, nisi forte dissensisse ab aliis plerisque auctoribus Plutarchus est putandus, in re ita illustri atque insigni: quomodo etiam de aetate, qua vixerit Theseus, vt supra retuli. Ne ausim mendum dicere, facit, quod iisdem fere literis in comparatione Numae cum Lycurgo repetitur: et tamen mendum suspicor. Nam Dionysius Halicarnass. grauis et diligentissimus auctor, lib. II. ait hoc factum Olympiade CXXXVII. M. Pomponio, C. Papirio Coss. id est V. C. anno DXXIII. vt nos et alii fere numerant: quem annum Gellius numerans alios nominat Coss. lib. IV. cap. 3. et libro XIX. capite vltimo, alium annum, si non fallit codex. Maximae auctoritatis scriptor Tertullianus περὶ μονογαμίας, et in Apologetico, affirmat, sexcentis prope post Romam conditam annis Sp. Catullium cum vxore diuortium fecisse. Certe trecentis prope annis ab aliis Plutarchi numerus distat. *Xylander.* Valer. Maximus (vt annotat Cruserius) habet *viginti et quingentis.* [Caeterum pro διακοσίοις Anonym. ἑξακοσίοις habet.]

21 Σκαρβίλιος Bodl. 1. 2. Valer. lib. II. cap. 1. habet *Cabillium. Xyl.*

22 Οὐδὲν

σέως γάμων, Ἀθηναίοις φιλικὸν μὲν ἐδὲν, ἐδὲ κοινωνικὸν [22] ὑπῆρξε πρὸς ἐδένα συμβόλαιον, ἔχθραι δὲ καὶ πόλεμοι καὶ φόνοι πολιτῶν· καὶ τέλος Ἀφίδνας ἀπολέσαι, μόλις [23] ὑπ' οἴκτε τῶν πολεμίων προσκυνήσαντας, καὶ θεὲς ἀνειπόντας, παθεῖν, ἃ Τρῶες ἔπαθον δι' Ἀλέξανδρον. ἡ μέντοι μήτηρ ἡ Θησέως ἐκ ἐκινδύνευσεν, ἀλλ' ἔπαθε τὰ τῆς Ἑκάβης, ἐγκαταλιπόντος καὶ προεμένε τε παιδός· εἴγε μὴ πέπλασται τὰ τῆς αἰχμαλωσίας, ὡς ἔδει γε καὶ τἔτο ψεῦδος εἶναι καὶ τὰ πλεῖστα τῶν ἄλλων. ἐπεὶ καὶ τὰ περὶ τε θείε μυθολογέμενα πολλὴν ποιεῖ διαφοράν. Ῥωμύλῳ μὲν γὰρ ἡ σωτηρία μετὰ πολλῆς ὑπῆρξε θεῶν εὐμενείας, ὁ δ' Αἰγεῖ δοθεὶς χρησμὸς ἀπέχεσθαι γυναικὸς ἐπὶ ξένης, ἔοικεν ἀποφαίνειν, παρὰ γνώμην θεῶν γεγονέναι τὴν Θησέως τέκνωσιν.

nuptiis nihil euenit populo Athenienſi ad vllum commercium amicitiae vel communicationis: ſed offenſiones, ſed bella, ſed caedes ciuium, Aphidnarum poſtremo amiſſio: atque aegre deuitauerunt ex miſericordia hoſtium, (quos ſupplices vt deos inuocarunt) quin in eandem inciderent, in quam Paridis cauſa Troiani, calamitatem. Mater certe Theſei non venit in diſcrimen tantum, ſed Hecubae experta eſt fortunam, deſerta a filio atque deſtituta: niſi illud de captiuitate commentum eſt, quod vtinam ſit cum pleriſque aliis mendacium. Iam quae diuinitus accidiſſe circa eos fabulantur, ea magnum habent diſcrimen. Romulus enim incolumitatem, diis admodum propitiis, conſequutus eſt. At editum Aegeo oraculum, vt foeminis abſtineret in peregrina terra, non fuiſſe diis cordi natales Theſei, oſtendere videtur.

22 οὐδὲν κοινωνικὸν (ſic vulg.)] Scripſiſſe Plutarchum credo φιλικὸν μὲν ἐδὲν ἐδὲ κοινωνικόν. *H. Steph.* Omnino legendum ἐδὲν ἐδὲ κοινωνικὸν, vt omnes Bodl. et Vulcob. et Dacerius ex Mſ. ἐδένα ἐδὲ Anonym.

23 Μόλις] καὶ μόλις legunt Vulcob. et Anonym. vt cohaereat cum praecedentibus. Poſtea μὴ παθεῖν, quod ex coniectura emendauerat Xylander, firmat Dacerius ex Mſ. et ita etiam Vulcob.

ΛΥΚΟΥΡ-

ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ [1].

Περὶ Λυκούργου τοῦ νομοθέτου καθόλου μὲν οὐδέν ἐστιν εἰπεῖν ἀναμφισβήτητον, οὗ γε καὶ γένος, καὶ ἀποδημία, καὶ τελευτὴ, καὶ πρὸς ἅπασιν ἡ περὶ τοὺς νόμους αὐτοῦ καὶ τὴν πολιτείαν πραγματεία διαφόρους ἔσχεν [2] ἱστορίας. ἥκιστα δὲ οἱ χρόνοι, καθ' οὓς γέγονεν ὁ ἀνὴρ, ὁμολογοῦνται. οἱ μὲν γὰρ Ἰφίτῳ συνακμάσαι καὶ συνδιαθεῖναι τὴν Ὀλυμπιακὴν [3] ἐκεχειρίαν λέγουσιν αὐτόν· ὧν ἐστι καὶ Ἀριστοτέλης ὁ φιλόσοφος, τεκμήριον προσφέρων τὸν Ὀλυμπιάσι δίσκον [4], ἐν ᾧ τοὔνομα τοῦ Λυκούργου διασώζεται καταγεγραμμένον. οἱ δὲ ταῖς διαδοχαῖς τῶν ἐν Σπάρτῃ βεβασιλευκότων ἀναλεγόμενοι τὸν χρόνον, ὥσπερ Ἐρατοσθένης καὶ Ἀπολλόδωρος, οὐκ ὀλίγοις ἔτεσι πρεσβύτερον ἀποφαίνουσι τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος. Τίμαιος δὲ ὑπονοεῖ, δυοῖν [5] ἐν Σπάρτῃ γεγονότων Λυκούργων οὐ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τῷ ἑτέρῳ τὰς ἀμφοῖν [6] πράξεις διὰ τὴν δό-

De Lycurgo legiſlatore nihil omnino, quod careat controuerſia, habeo commemorare. Nam et origo, et peregrinatio, et obitus, et ſupra omnia eius circa leges commentatio et circa rempublicam conſtituendam varie proditur ab autoribus. Praecipua eſt, qua aetate vixerit, contentio. Quidam enim Iphiti aequalem et ſocium in digerendis feſtis Olympiacis fuiſſe perhibent; ex quibus Ariſtoteles eſt philoſophus: argumento vſus diſci Olympiaci, qui nominis Lycurgi praefert inſcriptionem. Alii ſupputantes tempora ex ſucceſſione eorum, qui Lacedaemone regnauerunt, vt Eratoſthenes et Apollodorus, non paucis annis eum affirmant primam Olympiadem anteceſſiſſe. Timaeus, quum duo Spartae Lycurgi diuerſis temporibus fuiſſent, in alterum, ob eius claritatem, res geſtas collatas vtriuſque ſuſpicatur

1 Quo tempore vixerit Lycurgus, ſi quis diſputatum et explicatum accuratius legere deſiderat, Clementis Alexandrini primum Stromatων librum conſulat. Huc enim nos transferre, quae copioſe ab eo variis ex auctoribus ſunt collecta, breuitatis ſtudium non ſinebat. *Xylander.*

2 ἔσχηκεν Vulcob. SGerm.

3 Ὀλυμπίαν Vulcob.

4 ὀλυμπιδίσκον Vulcob.

5 δυεῖν SGerm. Sic 147, 3. 154, 16. 156, 3.

6 τὰς αὐτῶν Vulcob. e Iuntina.

7 γεγονέναι

ξαν ἀνακεῖσθαι· καὶ τόν γε πρεσβύτερον οὐ πόῤῥω τῶν Ὁμήρου χρόνων γεγονέναι [7], ἔνιοι δὲ, καὶ κατ' ὄψιν [8] ἐντυχεῖν Ὁμήρῳ. δίδωσι δὲ καὶ Ξενοφῶν [9] ὑπόνοιαν ἀρχαιότητος, ἐν οἷς τὸν ἄνδρα λέγει γεγονέναι κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας [10]. γένει μὲν γὰρ Ἡρακλεῖδαι δήπουθεν ἦσαν καὶ οἱ νεώτατοι τῶν ἐν Σπάρτῃ βασιλέων. ὁ δὲ ἔοικε βουλομένῳ τοὺς πρώτους ἐκείνους καὶ σύνεγγυς Ἡρακλέους, ὀνομάζειν Ἡρακλείδας. οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ οὕτω [11] πεπλανημένης τῆς ἱστορίας, πειρασόμεθα τοῖς βραχυτάτας ἔχουσιν ἀντιλογίας, ἢ γνωριμωτάτους μάρτυρας, ἑπόμενοι τῶν γεγραμμένων περὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἀποδοῦναι τὴν διήγησιν.

II. Ἐπεὶ καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς οὐκ Εὐνόμου λέγει τὸν Λυκοῦργον πατρὸς, ἀλλὰ Πρυτάνιδος· καὶ τὸν Λυκοῦργον καὶ τὸν Εὔνομον οἱ πλεῖστοι σχεδὸν οὐχ οὕτω γενεαλο-

catur fuiſſe, ac maiorem certe non longe fuiſſe infra Homeri aetatem: nonnulli congreſſum etiam cum eo. Praeterea tribuit ei Xenophon vetuſtatis opinionem, quando eum aequalem Heraclidarum memorat fuiſſe. Nempe fuerunt gente Heraclidae etiam nouiſſimi Lacedaemoniorum reges: ſed videtur ille primos illos et ſuppares Herculi velle Heraclidas appellare. At quamquam adeo vaga et incerta hiſtoria eſt, conabimur tamen ea ſequuti, quae quam minimas ambiguitates et locupletiſſimos habent teſtes, quae de eo memoriae prodita ſunt, exequi.

Nempe poëta Simonides non Eunomum, ſed Prytanidem, Lycurgo patrem tribuit. Iam plerique omnes Lycurgi et Eunomi non ita deducunt originem, ſed ex Patrocle

7 γεγονέναι χρόνων SGerm.

8 κατόψιν SGerm.

9 δίδωσι δὲ καὶ Ξενοφῶν] Locus eſt in libello de Lacedaemoniorum republica. Is libellus lectus multum lucis huic adferet. *Xylander.*

10 κατὰ τοὺς Ἡρακλείδας] De Heraclidis multa ſunt paſſim apud Graecos, apud Pauſaniam in Laconicis, et alibi, atque etiam apud Herodotum non vno loco: inde peti malo, quam huc infarcire: Et Clemens multa atque docta habet eo, quem indicaui, loco. Breuiter autem et luculente res tota eſt a Diodoro Siculo perſcripta atque explicata, lib. IV. Ad eum te remitto. Plutarchus in Solone, ab Hercule vndecimum fuiſſe Lycurgum ſcribit, vt et hic ex Eutychida. *Xyl.*

11 οὕτως SGerm. Sic 90, 14. edit. Lond.

12 Πατρο-

γουσιν, ἀλλὰ Πατροκλέους [12] μὲν τοῦ Ἀριστοδήμου γενέσθαι Σόον· Σόου δὲ, Εὐρυτίωνα· τούτου δὲ, Πρύτανιν· ἐκ τούτου δὲ, Εὔνομον· Εὐνόμου δὲ, Πολυδέκτην ἐκ προτέρας γυναικὸς, Λυκοῦργον δὲ, νεώτερον ἐκ Διανάσσης [13]. ὡς Διευτυχίδας [14] ἱστόρηκεν, ἕκτον μὲν ἀπὸ Πατροκλέους, ἑνδέκατον δὲ ἀφ' Ἡρακλέους. τῶν δὲ προγόνων αὐτοῦ μάλιστα [15] ἐθαυμάσθη Σόος, ἐφ' οὗ καὶ τοὺς εἵλωτας ἐποιήσαντο δούλους οἱ Σπαρτιᾶται, καὶ χώραν προσεκτήσαντο πολλὴν, Ἀρκάδων ἀποτεμόμενοι. λέγεται δὲ τὸν Σόον [16],

cle tradunt Aristodemi filio genitum Soum, ex quo Eurytionem, huius filium Prytanin fuisse, ex hoc ortum Eunomum: Eunomum ex priore vxore tulisse Polydecten, Lycurgum minorem ex Dianassa: vt vero autor Eutychidas est, sextum a Patrocle, et ab Hercule vndecimum. Inter maiores eius clarissimus Sous fuit, sub quo Helotes Lacedaemonii in seruitutem redegerunt, latumque agrum summotis Arcadibus adiecerunt finibus suis. Fama est, Soum, quum

12 Πατροκλέους] Legitur etiam Προκλέους *H. Steph.* [ita est in SGerm.] Palmerius quoque discrimen hic loci geminum notavit in nominibus Patroclis seu Proclis, et Eurytionis, pro quo saepe ait vitiosum Eurypon, Eurypontis, reperiri.

13 Διονάσσης SGerm. et Iunt.

14 Ὡς δὲ Εὐτυχίδας (vulg.)] Nomen huius Scriptoris varie a variis exprimitur. Διευχίδας a Diogene Laertio, Clemente Alex. Stephano Byzantio et Harpocratione; Διραχίδας a Scholiaste Apollonii, et Εὐτυχίας a Schol. Aristophanis. Omnium optime Pindari Scholiastes habet Διευτυχίδας, atque ita hic scribendum censeo. certe illud δὲ iam onerat sententiam, et ex prima syllaba vocis sequentis Διευτυχίδας profluxit. Hoc nomen fusius assertum vide in Palmerii notis ad Aristoph. Vespas, vbi tamen hunc nostri locum omisit, proposito licet suo maxime accommodatum. Scripsit de rebus Megaricis.

15 μάλιστα μὲν ἐθ. SGerm.

16 Λέγεται δὲ τὸν Σόον] Iisdem plane verbis refertur hoc in Apophthegm. Laconicis: sed ibi accusatiuus Σόον, siue Σῶον, vt ibi scriptum est, perperam cum praecedentibus connexus est, vt ex hoc loco satis manifesto apparet. Quae res interpretem quoque Raphaëlem Regium in errorem impulit, virum alioqui doctissimum. Itaque post Soebidae (pro quo scribendum potius Phoebidae, ex Plutarchi Pelopida et Agesilao: quanquam hic reclamante serie alphabetica) illud apophthegma, πολλοῦ τὴν ἡμέραν ἀξίαν εἶναι, δυναμένην τὸν ἀγαθὸν δεῖξαι, interpungendum est,

ἐν χωρίῳ χαλεπῷ καὶ ἀνύδρῳ πολιορκούμενον ὑπὸ Κλιτορίων, ὁμολογῆσαι τὴν δορίκτητον γῆν αὐτοῖς ἀφήσειν, εἰ πίοι καὶ αὐτὸς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ πάντες ἀπὸ τῆς πλησίον πηγῆς. γενομένων δὲ τῶν ὁρκίων καὶ [17] ὁμολογιῶν, συναγαγόντα τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ, διδόναι τῷ μὴ πιόντι τὴν βασιλείαν· οὐδενὸς δὲ καρτερήσαντος, ἀλλὰ πάντων πιόντων, αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι καταβάντα, καὶ περιῤῥανάμενον, ἔτι τῶν πολεμίων παρόντων, ἀπελθεῖν καὶ τὴν χώραν κατασχεῖν, ὡς μὴ πάντων πιόντων. ἀλλὰ καίπερ ἐπὶ τούτοις θαυμάζοντες αὐτὸν, οὐκ ἀπὸ τούτου τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ προσηγόρευσαν Εὐρυτιωνίδας [18]· ὅτι δοκεῖ πρῶτος

quum in loco aſpero et arido circumſideretur a Clitoriis, pactum fuiſſe, ſi ipſe totuſque exercitus ſuus ex propinquo fonte bibiſſent, agrum ſe, quem iis ademerat bello, redditurum ipſis. Quum eſſet id foedus iureiurando ſancitum, concione aduocata ſuorum, pronunciaſſe, regnum ſe ei, qui non bibiſſet, dare. Vbi nemo ſe temperare potuit, ſed biberunt omnes, ipſum deſcendiſſe omnium poſtremum: atque, quum conſperſiſſet aqua ſe, hoſtibus adhuc praeſentibus diſceſſiſſe: itaque agrum, quod non potaſſent omnes, retinuiſſe. Quem, etſi ea de re magno in honore haberent, non ab eo tamen familiam, verum a filio eius Eurytionidas appellauere; quod primus videtur ſingularis

eſt, ſpatioque aliquanto interpoſito ſubiungendam hoc nouum Soi apophthegma, Σόον λέγεται etc. Huius generis erratorum, et quidem multo grauiorum, aliquot ſunt in Graeco centuriae, in Plutarchi opuſculis, quae Moralia inſcribuntur et vocantur: interpretum vero oſcitantiae et craſſae ignorantiae, myriades multae. Hic ἀφύσειν erat pro ἀφήσειν.

17 deeſt καὶ ante ὁμολογιῶν SGerm. et Iuntinae.

18 Εὐρυτιωνίδας] Εὐρυτιωντίδας SGerm. Pauſanias accuratus in primis atque fide dignus ſcriptor, libro tertio, qui de rebus Laconicis eſt, vbi vtriusque familiae reges enumerat, Eurypontidas hos vocat, (Εὐρυποντίδας) et filium Soi Euryponta (Εὐρυπῶντα Σόου υἱὸν) atque ita conſtanter legitur. Herodotus quoque in Vrania Leotychidae genus recenſens, eum, de quo quaerimus, Εὐρυφῶντα vocat: ſicque etiam in Aldino eſt libro. Etiam infra in Lyſandro Εὐρυπωντίδαι dicuntur: ſed vitio librarii, vt quidem exiſtimo. Nam mihi Eurytion cum alias magis probatur, in Plutarchi ſaltem loco hoc et aliis: (vt paulo ante in

Εὐρυτίων τὸ ἄγαν μοναρχικὸν ἀνεῖναι τῆς βασιλείας, δημαγωγῶν καὶ χαριζόμενος τοῖς πολλοῖς. ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης ἀνέσεως, τοῦ μὲν δήμου θρασυνομένου, τῶν δ' ὕστερον βασιλέων, τὰ μὲν ἀπεχθανομένων τῷ βιάζεσθαι τοὺς πολλοὺς, τὰ δὲ πρὸς χάριν, ἢ δι' ἀσθένειαν ὑποφερομένων, ἀνομία καὶ ἀταξία κατέσχε τὴν Σπάρτην ἐπὶ πολὺν χρόνον· ὑφ' ἧς καὶ τὸν πατέρα τοῦ Λυκούργου βασιλεύοντα συνέβη τελευτῆσαι. διειρύκων γὰρ ἀψιμαχίαν τινὰ, μαγειρικῇ κοπίδι [19] πληγεὶς, ἀπέθανε, τῷ πρεσβυτέρῳ παιδὶ Πολυδέκτῃ καταλιπὼν τὴν βασιλείαν.

III. Ἀποθανόντος δὲ καὶ τούτου μετ' ὀλίγον χρόνον, ἔδει βασιλεύειν, ὡς πάντες ᾤοντο, τὸν Λυκοῦργον· καὶ πρίν γε τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ φανερὰν γενέσθαι κύουσαν, ἐβασίλευεν. ἐπεὶ δὲ τοῦτο τάχιστα ᾔσθετο, τὴν μὲν βασιλείαν ἀπέφηνε τοῦ παιδὸς οὖσαν, ἄνπερ ἄῤῥην γένηται, τὴν δ' ἀρχὴν αὐτὸς ὡς ἐπίτροπος διεῖπε· τοὺς δὲ τῶν ὀρ-

ſingularis imperii rigorem Eurytion ambitione et populari aura ductus relaxaſſe. Ex ea remiſſione quum ferociret populus, et inſequentes reges partim violentius agendo eum offenderent, partim per gratiam, aut fractas iam opes omnino cederent, leges conculcatae et turbata Spartae omnia perdiu fuere: ex qua confuſione pater Lycurgi rex occubuit. Quum enim velitationem quandam dirimeret, cultro coquinario ictus obiit. Regnum maiori filio reliquit Polydectae.

Quo non diu ſuperſtite, regnum redibat (vt erat omnium opinio) ad Lycurgum, ac regnauit, priuſquam vxorem fratris conſtaret eſſe praegnantem. Simulatque id fuit perſpicuum, declarauit regnum ad infantem, ſi filius eſſet, ſpectare: interim regnum tutorio nomine adminiſtrauit. Regum pupillorum tutores

in comparatione Pompeii cum Ageſilao, initio Agidis, etc. Poteſt enim fieri, vt ab iſtis diſſenſerit, aliosque ſecutus ſit auctores) tum ratione declinationis et obliquorum caſuum moueor: dixiſſet enim Εὐρυπῶντα: ſed legitur hic Εὐρυτίωνα, et in Agide eſt Εὐρυτιωνίδης, quum fuiſſet ſcribendum Εὐρυπαντίδης. Alioquin τοῦ τι et π ſcriptio eſt admodum affinis: ſed accentus et vltima ſyllaba vocabuli me mouent. Porro idem (vt hoc lectoris gratia addam) Eunomum Prytanidis F. Eurypontis N. facit. *Xylander.*

19 κοπίδει SGerm.

φανῶν βασιλέων ἐπιτρόπους Λακεδαιμόνιοι προδίκως ὠνόμαζον. ὡς δὲ ἡ γυνὴ προσέπεμπε κρύφα, καὶ λόγους ἐποιεῖτο, βουλομένη διαφθεῖραι τὸ βρέφος, ἐπὶ τῷ συνοικεῖν ἐκείνῳ βασιλεύοντι τῆς Σπάρτης, τὸ μὲν ἦθος αὐτῆς ἐμίσησε, πρὸς δὲ τὸν λόγον αὐτὸν οὐκ ἀντεῖπεν· ἀλλ' ἐπαινεῖν καὶ δέχεσθαι προσποιούμενος, οὐκ ἔφη δεῖν ἀμβλίσκουσαν αὐτὴν καὶ φαρμακευομένην διαλυμαίνεσθαι τὸ σῶμα καὶ κινδυνεύειν· αὐτῷ γὰρ μελήσειν, ὅπως εὐθὺς ἐκποδὼν ἔσται τὸ γεννηθέν. οὕτω δὲ παραγαγὼν ἄχρι τοῦ τόκου τὴν ἄνθρωπον, ὡς ᾔσθετο τίκτουσαν, εἰσέπεμψε παρέδρους ταῖς ὠδῖσιν αὐτῆς καὶ φύλακας, οἷς ἦν προστεταγμένον, ἐὰν μὲν θῆλυ τεχθῇ, παραδοῦναι ταῖς γυναιξίν· ἐὰν δὲ ἄῤῥεν, κομίσαι πρὸς ἑαυτὸν, ὅ τι ἂν τύχῃ πράττων. ἔτυχε δὲ δειπνοῦντος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀρχόντων ἀποκυηθὲν ἄῤῥεν· καὶ παρῆσαν οἱ ὑπηρέται τὸ παιδάριον αὐτῷ κομίζοντες. ὁ δὲ, δεξάμενος [λέγεται [20]] καὶ πρὸς τοὺς παρόντας εἰπών· Βασιλεὺς ἡμῖν [21] γέγονεν, ὦ Σπαρτιᾶται· κατέκλινεν ἐν τῇ βασιλικῇ χώρᾳ, καὶ Χαρί-

tutores vocant Lacedaemonii Prodicos. At mulier summisit ad Lycurgum, offerens se partum abacturam, si obtinens ille Spartae regnum ipsam vellet sibi adiungere matrimonio. Ille enimuero improbitatem mulieris execratus est, postulationem non reiicit tamen: sed probantis et conditionem accipientis specie, negauit faciendum ei esse, vt elidendo medicamentis partu corpus suum laederet et perniciem sibi accerseret; vbi vero editus esset, sibi curae fore, vt confestim tolleretur e medio. Ita ad partum vsque lactauit mulierem. Vt instare sensit puerperium, arbitros enitenti et custodes adhibuit cum mandatis, si puellam edidisset, vt traderent eam foeminis: sin stirpem virilem, ad se, quomodocunque occupatum, vt eam deferrent. Forte coenante eo cum magistratibus, genitus est filius. Illo loco illum adierunt, et obtulerunt ei puerum ministri: quo accepto dixisse fertur ad praesentes, Rex vobis, Lacedaemonii, est natus. Mox puerum in sede regia reposuit. Nomen dedit Charilao,

20 λέγεται] Scribendum videtur, ὡς λέγεται. *H. Steph.* Sic p. 89. βουλόμενος, ὡς λέγεται.

21 Βασιλεὺς (vulg.) ὑμῖν γέγονεν] Popularius et gratiosius erit dictum, si legas ἡμῖν cum Flor. Ald. et Lapo.

22 Χαρί-

λαον [22] ὠνόμασε, διὰ τὸ τοὺς πάντας εἶναι περιχαρεῖς, ἀγαμένους αὐτοῦ τὸ φρόνημα καὶ τὴν δικαιοσύνην. ἐβασίλευσε δὲ μῆνας ὀκτὼ τὸ σύμπαν. ἦν δὲ καὶ τἆλλα περίβλεπτος ὑπὸ τῶν πολιτῶν, καὶ πλείονες ἐγένοντο τῶν ὡς ἐπιτρόπῳ βασιλέως, καὶ βασιλικὴν ἐξουσίαν ἔχοντι πειθομένων, οἱ δι' ἀρετὴν προσέχοντες αὐτῷ καὶ ποιεῖν ἐθέλοντες ἑτοίμως [23] τὸ προσταττόμενον. ἦν δέ τι καὶ τὸ φθονοῦν, καὶ πρὸς τὴν αὔξησιν ὄντι νέῳ πειρώμενον ἐνίστασθαι· μάλιστα μὲν οἱ συγγενεῖς καὶ οἰκεῖοι τῆς τοῦ βασιλέως μητρὸς ὑβρίσθαι δοκούσης· ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτῆς Λεωνίδας καὶ θρασύτερόν ποτε τῷ Λυκούργῳ λοιδορηθεὶς, ὑπεῖπεν, ὡς εἰδείη σαφῶς μέλλοντα βασιλεύειν αὐτόν· ὑπόνοιαν διδοὺς καὶ προκαταλαμβάνων διαβολῇ τὸν Λυκοῦργον, εἴ τι συμβαίη τῷ βασιλεῖ παθεῖν, ὡς ἐπιβεβουλευκότα.

lao, quod omnes ingenti gaudio perfuſi eſſent, magnitudinem animi eius et iuſtitiam collaudantes. Regnauit octo duntaxat menſes. Fuit autem de caetero quoque venerandus ciuibus, ac plures virtutis cauſa erant ei dicto audientes, ſeduloque imperata facere in animum inducebant, quam qui tanquam regis tutori et vim habenti regiam, parerent. Non deerat tamen inuidia, erantque, qui eius incrementis adoleſcentioris molirentur obſiſtere, prae caeteris propinqui et neceſſarii matris regis, quae ludibrio habita videbatur. Cuius frater Leonidas procacius aliquando inceſſens Lycurgum conuicio, certum ſe praedixit eſſe eum regnaturum, ſuſpicione Lycurgum adſpergens et calumnia praeoccupans, quaſi inſidiis eius perempto rege, ſiquid ei humanitus accidiſſet.
Similem

22 Χαρίλαον] Sic et SGerm. in corpore; verum in margine correctum eſt eadem manu, Χαρίλλαον. Herodotus lib. I. eadem indicans, vocat hunc Leoboten, Λεωβότην. Eumque locum citans Pauſanias quo dixi libro, oſtendit Labotam Echeſtrati F. (Λαβόταν τοῦ Ἐχεστράτου) aliis dictum: ſed ipſe diſſentit haud dubie, et Charillum Polydectae filium diſerte poſt paulo nominat, Χάριλλον. Dionyſius Halicarn. lib. II. Antiqu. Roman. ex Sabinorum hiſtoriis Eunomum appellat: καθ' ὃν (inquit) χρόνον ἐπιτροπεύων Εὔνομον τὸν ἀδελφιδοῦν Λυκοῦργος ἔθετο τῇ Σπάρτῃ νόμους. *Xylander.*

23 Ἑτοίμως] In vet. exemplari eſt προθύμως. *H. Steph.* Sic p. 89. ἐγράψατο προθύμως.

 24 Κατ.

τοιοῦτοι δέ τινες λόγοι καὶ παρὰ τῆς γυναικὸς ἐξεφοίτων· ἐφ' οἷς βαρέως φέρων, καὶ δεδοικὼς τὸ ἄδηλον, ἔγνω φυγεῖν ἀποδημίᾳ τὴν ὑπόνοιαν, καὶ πλανηθῆναι, μέχρις ἂν ὁ ἀδελφιδοῦς ἐν ἡλικίᾳ γενόμενος τεκνώσῃ διάδοχον τῆς βασιλείας.

IV. Οὕτως ἀπάρας, πρῶτον μὲν εἰς Κρήτην ἀφίκετο, καὶ τὰς αὐτόθι πολιτείας κατανοήσας, καὶ συγγενόμενος τοῖς πρωτεύουσι κατὰ δόξαν ἀνδράσι, τὰ μὲν ἐζήλωσε καὶ παρέλαβε τῶν νόμων, ὡς οἴκαδε μετοίσων καὶ χρησόμενος, ἔστι δ' ὧν κατεφρόνησεν. ἕνα δὲ τῶν νομιζομένων ἐκεῖ σοφῶν καὶ πολιτικῶν, χάριτι καὶ φιλίᾳ πείσας, ἀπέστειλεν εἰς τὴν Σπάρτην, Θάλητα, ποιητὴν μὲν δοκοῦντα λυρικῶν μελῶν, καὶ πρόσχημα τὴν τέχνην ταύτην πεποιημένον, ἔργῳ δὲ, ἅπερ οἱ κράτιστοι τῶν νομοθετῶν, διαπραττόμενον. λόγοι γὰρ ἦσαν αἱ ᾠδαὶ πρὸς εὐπείθειαν καὶ ὁμόνοιαν ἀνακλητικοὶ διὰ μελῶν ἅμα καὶ ῥυθμῶν, πολὺ τὸ κόσμιον ἐχόντων καὶ καταστατικόν. ὧν ἀκροώμενοι κατεπραΰνοντο [24] λεληθότως τὰ

Similem rumorem illa mulier quoque ſeminabat. Quibus permotus, et veritus incerta caſus, ſtatuit ſuſpicionem declinare peregrinatione, et dum fratris filius adoleuiſſet, regnique genuiſſet ſucceſſorem, vagari.

Ita profectus et delatus primum eſt in Cretam. Cretenſium inſtitutis cognitis, quum vſus conſuetudine eſſet praeſtantiorum dignitate, leges quaſdam eorum approbauit et accepit, domum eas ad vtendum deportaturus: quaſdam etiam reſpuit. Vnum, qui illic inter ſapientes et artium ciuilium peritos numerabatur, comitate et gratia inductum Spartam miſit, Thaletem. Habebatur hic poëta lyricus, atque ſub huius ſpecie artis, reuera praeſtantiſſimorum legislatorum implebat munus. Carmina eius orationes erant, quae ad parendum et conſentiendum incitarent pariter modis et numeris: in quibus multa inerat grauitas et delinimentum; quibus auditores reddebantur ſenſim placidiores, coaleſce-

24 Κατεπραΰνοντο] Vis haec muſicae in ſedandis animorum perturbationibus a noſtro ſaepius celebratur: qui eam ad hunc finem hominibus a diis datam aſſerit ex Platone, in tractatu

ἤθη, καὶ συνῳκειοῦντο τῷ ζήλῳ τῶν καλῶν ἐκ τῆς ἐπιχωριαζούσης τότε πρὸς ἀλλήλους κακοθυμίας· ὥστε τρόπον τινὰ τῷ Λυκούργῳ προοδοποιεῖν τὴν παίδευσιν αὐτῶν ἐκεῖνον. ἀπὸ δὲ [25] τῆς Κρήτης ὁ Λυκοῦργος ἐπ' Ἀσίαν ἔπλευσε [26], βουλόμενος, ὡς λέγεται, ταῖς Κρητικαῖς διαίταις, εὐτελέσιν οὔσαις καὶ αὐστηραῖς, τὰς Ἰωνικὰς πολυτελείας καὶ τρυφὰς, ὥσπερ ἰατρὸς σώμασιν ὑγιεινοῖς ὕπουλα καὶ νοσώδη, παραβαλὼν [27], ἀποθεωρῆσαι [28] τὴν διαφορὰν τῶν βίων καὶ τῶν πολιτειῶν. ἐκεῖ δὲ καὶ τοῖς Ὁμήρου ποιήμασιν ἐντυχὼν πρῶτον, ὡς ἔοικε, παρὰ τοῖς ἐκγόνοις τοῖς Κλεοφύλου [29] διατηρουμένοις, καὶ κατι-

coalefcebantque inter fe ex amore honefti mutua concordia, exuentes, quae tum illic graffabatur, inteftinam fimultatem. Ita ille viam quodammodo Lycurgo ad eos inftituendos muniuit. Ex Creta tranfmifit Lycurgus in Afiam, ea mente, (vt fertur) quo cum Cretica vita, tenui et auftera, luxum et delicias componeret Ionicas, ficut medicus marcida et aegra corpora cum falubribus, difcrimenque difpiceret morum atque inftitutorum publicorum. Ibi quum incidiffet primum (vt arbitror) in verfus Homeri, qui apud Cleophyli pofteros afferuabantur; vbi animadvertit

tractatu περὶ δεισιδαιμονίας, p.290. Locum adfcribam, tum emendandi gratia, tum quod huic fimile fit: μουσικὴν φησιν ὁ Πλάτων, ἐμμελείας καὶ εὐρυθμίας δημιουργὸν, ἀνθρώποις ὑπὸ θεῶν οὐ τρυφῆς ἕνεκα καὶ κνήσεως ὤτων δοθῆναι, ἀλλὰ τὸ (l. τοῦ) τῆς ψυχῆς περιόδων καὶ ἁρμονιῶν ταραχῶδες καὶ πεπλανημένον ἐν σώματι, μούσης τε καὶ χάριτος ἐνδείᾳ πολλαχῇ δι' ἀκολασίαν καὶ πλημμέλειαν ἐξυβρίζον, αὖθις εἰς τάξιν ἀνελίττουσαν οἰκείως καὶ περιάγουσαν παρεῖναι (l. πραΰναι.) Sic dicitur Pythagoras in Numa, p. 140. ἀετὸν πραΰναι φωναῖς τισιν. et p. 165. Νουμᾶ μοῦσα πρὸς εἰρήνην καὶ δικαιοσύνην μεθαρμοσαμένου καὶ καταπραΰναντος ἐξ ἀκράτων καὶ διαπύρων ἐθῶν τοὺς πολίτας. Et in Politicis praeceptis p. 1435. Reges Calliopen inuocare dicuntur, quia illa πραΰνουσα πειθοῖ καὶ καταιδοῦσα τῶν δήμων τὸ αὔθαδες καὶ βίαιον. Et faepe alibi eandem vocem vfurpat.

25 ἐκ δὲ Vulcob.

26 ἔπλευσε SGerm. vulgo ἔπλευσεν.

27 παραλαβὼν idem.

28 ἀποθεωρεῖσθαι Vulcob.

29 Κλεοφύλου] Scribe cum Vulcob. [et SGerm.] Κρεωφύλου. fic Lapus. Hofpitio excepit Homerum hic Creophylus Samius; de quo extat epigramma Callimachi

re: arbitror tamen annos eum XXV pro eo intelligere. Nam profecto eius, quem dixi, libri initio, Romam a Latinis conditam dicens, decima ſexta poſt excidium Troiae aetate, ἑκκαιδεκάτῃ γενεᾷ, mox ait, eam anno ab euerſo Ilio quadringenteſimo ſecundo exſtructam. Sed haec ſatis. *Xylander.* vide etiam Ruald.

4 τὴν βασιλείαν] Legitur etiam τὴν πολιτείαν. [ita Vulcob.] Fortaſſis autem alter accuſatiuus ex proxime praecedente verſu irrepſerit: qui tamen tolerari etiam poteſt. *H. Steph.*

5 ἐκ τῶν Ὀλυμπιονίκων] Rectius ſcribetur Ὀλυμπιονικῶν. *H. Steph.*

6 τὸν Ἠλεῖον] Meziriacus corrigit Δήλιον, quia illuſtris ille Sophiſta, Hippias Elienſis, Socrati coaetaneus fuit, adeoque Plutarchum plus 500 annis praeceſſit: non itaque veriſimile eſſe, Noſtrum de hoc affirmare, *quod ſero Olympionicarum catalogum compoſuerit.* Hippias vero Delius

2. Ἕβδομον ἐνιαυτὸν ἡ Ῥώμη καὶ τριακοστὸν ἤδη, Ῥωμύλου βασιλεύοντος, ᾤκεῖτο· πέμπτῃ[7] δὲ ἱσταμένου μηνὸς, ἣν νῦν ἡμέραν Νόννας Καπρατίνας καλοῦσι, θυσίαν τινὰ δημοτελῆ πρὸ τῆς πόλεως ὁ Ῥωμύλος ἔθυε περὶ τὸ καλούμενον Αἰγὸς ἕλος, καὶ παρῆν ἥ τε βουλὴ καὶ τοῦ δήμου τὸ πλεῖστον. ἐξαίφνης δὲ μεγάλης περὶ τὸν[8] ἀέρα τροπῆς[9] γενομένης, καὶ νέφους ἐπὶ τὴν γῆν ἐρείσαντος ἅμα πνεύματι καὶ ζάλῃ, τὸν μὲν ἄλλον ὅμιλον ἐκπλαγέντα συνέβη φυγεῖν καὶ σκεδασθῆναι, τὸν δὲ Ῥωμύλον ἀφανῆ γενέσθαι, καὶ μήτ' αὐτὸν ἔτι, μήτε σῶμα τεθνηκότος εὑρεθῆναι· χαλεπὴν δέ τιν' ὑπόνοιαν ἅψασθαι τῶν πατρικίων, καὶ ῥυῆναι λόγον ἐν τῷ δήμῳ κατ' αὐτῶν, ὡς πάλαι βαρυνόμενοι τῷ βασιλεύεσθαι, καὶ μεταστῆσαι τὸ κράτος εἰς ἑαυτοὺς θέλοντες, ἀνέλοιεν τὸν βασιλέα. καὶ γὰρ ἐδόκει τραχύτερον ἤδη προσφέρεσθαι καὶ μοναρχικώτερον αὐτοῖς. ἀλλὰ

Annus a condita Roma ſeptimus et trigeſimus agebatur, regnante Romulo, quum quinto die menſis Iulii, quem nunc Nonas Capratinas vocant, ſacrificium Romulus publicum extra vrbem ad Caprae paludem, quam vocant, faciebat. Aderant ſenatus et frequens populus. Ibi atrox ſubito coorta tempeſtas, nimbuſque cum procella et fragore ex aëre in terram delatus, caeteram turbam perculſam in fugam disiecit. Romulus autem eſt ex oculis elapſus, nec deinceps vel ipſe, vel corpus eſt defuncti viſum. Vnde atroci ſuſpicione patres contacti, ac manavit vulgo fama, eos iampridem regnum exoſos, quo eius poteſtatem ſui iuris facerent, regem interemiſſe: iam enim aſperius cum iis atque imperioſius videbatur egiſſe. At eam opinionem

lius citatur ab Apollonii Schol. ἐν ἐθνῶν ὀνομασίαις, et ſcriptor multo recentior fuiſſe videtur.

7 Πέμπτῃ δὲ] Corrigit Meziriacus ἑβδόμῃ δὲ πέμπτου, quia Nonae Capratinae in Romulo dicuntur eaedem eſſe cum Nonis Quintilibus, ſiue Iuliis: hae autem ſemper in ſeptimum diem iſtius menſis inciderunt.

8 περὶ τὴν Vulcob.

9 Τροπῆς γενομένης] Legitur in quibuſdam ταραχῆς. *H. Steph.* Sic in Romulo, p. 73. ἐπεὶ δ' ἔληξεν ἡ ταραχή.

10 Αὐτὸν

ταύτην μὲν τὴν ὑποψίαν ἐθεράπευον, εἰς Θεῶν τιμὰς ἀνάγοντες ὡς οὐ τεθνηκότα τὸν Ῥωμύλον, ἀλλὰ κρείττονος ὄντα μοίρας. καὶ Πρόκλος, ἀνὴρ ἐπιφανής, διωμόσατο Ῥωμύλον ἰδεῖν εἰς οὐρανὸν σὺν τοῖς ὅπλοις ἀναφερόμενον, καὶ φωνῆς ἀκοῦσαι κελεύοντος αὐτὸν [10] ὀνομάζεσθαι Κυρῖνον· ἑτέρα δὲ ταραχὴ καὶ στάσις κατελάμβανε τὴν πόλιν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἀποδειχθήσεσθαι βασιλέως, οὔπω τῶν ἐπηλύδων κομιδῇ τοῖς πρώτοις συγκεκραμένων πολίταις, ἀλλ᾽ ἔτι τοῦ τε δήμου πολλὰ κυμαίνοντος ἐν ἑαυτῷ, καὶ τῶν πατρικίων ἐν ὑποψίαις ἐκ τοῦ διαφόρου πρὸς ἀλλήλους ὄντων. οὐ μὴν ἀλλὰ βασιλεύεσθαι μὲν ἐδόκει πᾶσιν· ἤρισαν δὲ [11] καὶ διέστησαν οὐχ ὑπὲρ ἀνδρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ γένους, ὁπότερον παρέξει τὸν ἡγεμόνα. καὶ γὰρ οἱ μετὰ Ῥωμύλου πρῶτοι συνοικίσαντες τὴν πόλιν, οὐκ ἀνασχετὸν ἐποιοῦντο πόλεως καὶ χώρας τοὺς Σαβίνους μεταλαβόντας, ἄρχειν βιάζεσθαι τῶν ἐπὶ ταῦτα δεξαμένων· καὶ τοῖς Σαβίνοις ἦν τις εὐγνώμων λόγος, ἐπεὶ Τατίου τοῦ βασιλέως αὐτῶν ἀποθανόντος οὐκ ἐστασίασαν πρὸς Ῥωμύλον, ἀλλ᾽ εἴασαν ἄρ-

opinionem decretis ei diuinis honoribus diſcuſſerunt, quaſi non mortuus Romulus, ſed ſupra ſortem humanam foret. Proculus autem nobilis vir vidiſſe ſublimem ſe cum armis raptum Romulum adiurauit, vocemque audiuiſſe, Quirinum appellari ſe iubentis. Mox alius de creando rege motus et fluctus nondum ſatis coalitis inter peregrinos et Romanos veteres animis, verſauit ciuitatem. Nam populus inter ſe grauiter adhuc aeſtuabat: et patres inuicem ſuſpecti diffidebant. Eſſe igitur regem omnibus placebat, ſed certabatur contendebaturque non de viro tantum, ſed et vtra gens principem daret. Neque enim hi, qui vrbem cum Romulo condiderant, in animum inducebant concedere, vt recepti in ciuitatem et agrum Sabini imperare molirentur iis, qui receperant. Contra, Sabinorum plena aequitatis erat ratio: quia extincto rege ſuo Tatio non inſurrexiſſent aduerſus Romulum, ſed regnare

vnum

10 Αὐτὸν ὀνομάζεσθαι] Scribe αὐτόν.

11 Ἤρισάν τε] Legendum ἤρισαν δὲ, et poſtea μόνον cum Vulcob. non μόνου.

12 πεντή-

χειν μόνον, αὖθις ἀξιούντων τὸν ἄρχοντα γενέσθαι παρ' αὐτῶν. οὔτε γὰρ ἐκ ταπεινοτέρων κρείττοσι προσγενέσθαι, καὶ προσγενόμενοι πλήθει τε ῥῶσαι καὶ προαγαγεῖν εἰς ἀξίωμα πόλεως ἐκείνους μεθ' ἑαυτῶν. ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων ἐστασίαζον. ὅπως δὲ μὴ σύγχυσιν ἐκ τῆς ἀναρχίας ἡ στάσις ἀπεργάσηται, μετεώρου τοῦ πολιτεύματος ὄντος, ἔταξαν οἱ πατρίκιοι, πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντων αὐτῶν [12], ἐν μέρει ἕκαστον [13] τοῖς βασιλικοῖς παρασήμοις κοσμούμενον, θύειν τε τοῖς Θεοῖς τὰ νενομισμένα καὶ χρηματίζειν, ἓξ μὲν ὥρας τῆς νυκτὸς, ἓξ δὲ τῆς ἡμέρας Κυρίνῳ [14] καὶ Τατίῳ. καὶ γὰρ ἡ διανομὴ τῶν

vnum permisissent, nunc vicissim regem ex corpore suo postulabant creari. Nam nec humiliores se praestantioribus Romanis coniunxisse, et hac conglutinatione vires addidisse ex frequentia sua, corpusque illorum cum suo coniunctum ad dignationem ciuitatis prouexisse. Atque hoc semen erat seditionis. Ne autem suspensa sine imperio republica discordia omnia misceret, constituunt inter se centum quinquaginta patres, vt loco Quirini singuli vicissim cum insignibus imperii solemnia sacra obirent, et ius dicerent senis horis nocturnis et senis diurnis. Haec temporis vtriusque

12 πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντων αὐτῶν] Equidem non video, vt hoc verum sit, atque consentiat cum eo, quod in Romulo dictum est, centum patres de Sabinis centum prioribus istis adscriptos fuisse: quod idem est apud Dionysium: nam Liuius interregnum penes centum patres fuisse tradit, vt qui Sabinos istos non agnosceret. Dionysius autem ducentis patribus diserte tribuit: quod et hic malim: non enim CL. sed CC. fuerunt etiam ex Plutarchi, vt diximus, sententia. *Xylander*.

13 ἐν μέρει ἕκαστον etc.] Hic de modo interregni cum aliis non consentit, neque satis credo, verba non esse deprauata. *Xylander*.

14 Κυρίνῳ] Delet hanc vocem Salmasius in notis ad Vopiscum: [vti etiam Vulcob.] I. Auratus legit κύριον ὄντα, atque ita Amiotus, [et Anonym.] siue κυριεύοντα, quibus consentiunt Dacer. et Mezir. Lapus locum sic reddit: *sex horas noctis, et sex diei Quirino, tantundem vero Tatio distribuentes*: vnde mihi suspicio incidit, non delendum esse Κυρίνῳ, sed supplendum καὶ Τατίῳ, vt diuisum imperium exerceretur sub vtriusque et Romuli et Tatii auspiciis. Quod sequitur, rem extra dubium ponere videtur: καὶ γὰρ

καιρῶν ἑκατέρε πρὸς ἰσότητα καλῶς ἔχειν ἐδόκει τοῖς ἄρχεσι, καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἡ μεταβολὴ τῆς ἐξεσίας ἀφαιρεῖν τὸν φθόνον, ὁρῶντα τῆς αὐτῆς ἡμέρας καὶ νυκτὸς τὸν αὐτὸν ἰδιώτην ἐκ βασιλέως γενόμενον. τὸ δὲ σχῆμα τἕτο τῆς ἀρχῆς μεσοβασιλείαν [15] Ῥωμαῖοι καλἕσιν.

3. Ἀλλὰ καίπερ ἕτω πολιτικῶς καὶ ἀνεπαχθῶς ἀφηγεῖσθαι δοκἕντες, ὑπονοίαις [16] καὶ θορύβοις περιέπιπτον, ὡς μεθιςάντες εἰς ὀλιγαρχίαν τὰ πράγματα, καὶ διαπαιδαγωγἕντες ἐν σφίσιν αὐτοῖς τὴν πολιτείαν, βασιλεύεσθαι δ' ἐκ ἐθέλοιεν. ἐκ τἕτε συνέβησαν ἀμφότεραι πρὸς ἀλλήλας αἱ ςάσεις, ὥςε τὴν ἑτέραν ἐκ τῆς ἑτέρας ἀποδεῖξαι βασιλέα. μάλιςα γὰρ ἂν ἕτως ἔν τε τῷ παρόντι παύσασθαι τὴν φιλονεικίαν, καὶ τὸν ἀποδειχθέντα πρὸς ἀμφοτέρες ἴσον γενέσθαι, τὲς μὲν ὡς ἑλομένες ἀγαπῶντα, τοῖς δ' εὔνεν ὄντα διὰ συγγένειαν. ἐπιτρεψάντων δὲ προτέροις τοῖς Ῥωμαίοις τῶν Σαβίνων τὴν

vtriusque distributio et ad aequalitatem recte comparata magistratibus videbatur, et vicissitudo summi imperii, ne id in oculos plebis incurreret, efficere: quum eundem conspicerent eodem die et nocte priuatum ex rege factum. Forma ea imperii apud Romanos Interregnum appellata.

Quamquam autem eos apparet ita populariter et moderate praeesse, non potuerunt tamen obtrectationem et murmur populi vitare, tanquam summam rerum ad paucorum arbitrium trahentes, et rempublicam ad nutum suum conuertentes, regem nollent. Conuenit inde inter vtramque factionem, vt altera regem ex alterius corpore legeret. Ita posse existimarunt potissimum tolli praesens certamen, eumque, qui creatus esset, fore aequabilem vtrisque, quod iis, qui ipsum creassent, esset ob beneficium deuinctus, et illis faueret ob necessitudinem. Quum permitterent prioribus Romanis Sabini lectionem,

γὰρ ἡ διανομὴ τῶν καιρῶν ἑκατέρε, *etenim haec temporum diuisio aeque in vtrumque distributa* etc. Quo enim referes illud ἑκατέρε, nisi ad Quirinum et Tatium modo memoratos? Lege itaque Κυρίνῳ καὶ Τατίῳ.

15 Μεσοβασιλείαν] Alii μεσοβασίλειον, forma adiectiui, ac si cum σχῆμα iungeretur: sed altera lectio magis placet. *H. Steph.*

16 ὑπονοίαις] Datiuus ὑπονοίαις pro ἀπονοίαις ex vet. cod. repositus fuit. *H. Steph.*

αἵρεσιν, ἔδοξε μᾶλλον ἑλέσθαι Σαβῖνον αὐτοὺς ἀποδείξαντας, ἢ παρασχεῖν Ῥωμαῖον ἐκείνων ἑλομένων. καὶ βουλευσάμενοι καθ' ἑαυτοὺς ἀποδεικνύουσιν ἐκ Σαβίνων Νουμᾶν Πομπίλιον [17], ἄνδρα τῶν μὲν εἰς Ῥώμην ἀπῳκισμένων οὐ γενόμενον, γνώριμον δ' οὕτω δι' ἀρετὴν ὄντα πᾶσιν, ὥστε τῶν ἑλομένων προθυμότερον, ὀνομασθέντος αὐτοῦ, δέξασθαι τοὺς Σαβίνους. Φράσαντες οὖν τῷ δήμῳ τὰ δεδογμένα, πρέσβεις ἐκπέμπουσι πρὸς τὸν ἄνδρα κοινῇ τοὺς πρωτεύοντας ἀπ' ἀμφοτέρων, ἥκειν δεησομένους, καὶ παραλαβεῖν τὴν βασιλείαν. ἦν δὲ πόλεως μὲν ὁ Νουμᾶς ἐπιφανοῦς ἐν Σαβίνοις τῆς Κυριτῶν [18], ἀφ' ἧς Κυρίτας Ῥωμαῖοι σφᾶς αὐτοὺς ἅμα τοῖς ἀνακηρυχθεῖσι [19] Σαβίνοις προσηγόρευσαν, υἱὸς δὲ Πομπωνίου [20], ἀνδρὸς εὐδοκίμου, τεσ-

lectionem, maluerunt ipsi regnum Sabino deferre, quam accipere regem ex illorum suffragiis Romanum. Ita re inter se deliberata, ex Sabinis creant Numam Pompilium, virum, qui Romam non commigrauerat: verum adeo erat inclyta apud omnes illius virtus, vt audito eius nomine, maiore plausu eum Sabini, quam illi, qui detulerant regnum, acciperent. Vbi renuntiauerunt in concione quem dixissent regem, primores vtriusque factionis ad eum oratum, vt ad regnum suscipiendum veniret, pariter mittunt. Curibus autem Numa celebri Sabinorum vrbe habitabat, a quibus Quirites se Romani vna cum receptis Sabinis nominauere. Filius fuit Pomponii, illustris viri, ex quatuor

17 Πομπίλιον] Legitur et Πόμπιον. *H. Steph.* Πομπήιον Vulcob.

18 Ἐν Σαβίνοις τῆς Κυριτῶν] Rectius Anonym. τῆς Κύρεων, vt Liuius, Curibus Sabinis.

19 Ἀνακηρυχθεῖσι,] Auratus ex coniectura, ἀνακραθεῖσι, coalitis: [et ita etiam Anonym.] sic p. 131. οὔπω τῶν ἐπηλύδων συγκεκραμένων πολίταις.

20 Υἱὸς δὲ Πομπωνίου] Liuius lib. XL. de lapideis Numae arcis repertis: *in altera Numam Pomponium Pomponis F. regem Rom. sepultum esse.* Dionysius Halicarn. υἱὸν Πομπιλίου Πόμπωνος, κατ' ὄνομα Νομᾶν vocat: *Pompilii Pomponis F. nomine Numam.* Pomponem Numae F. infra refert Plutarchus. *Xylander.* Legitur et Πομπίου, [vti etiam H. Steph. annotat] cui fauet Val. Maximus, qui Numae patrem Pompilium Pompium nominat. Dion. Halic. υἱὸς Πομπιλίου Πόμπωνος. Vulcob. Ῥομπωνίου habet.

21 πρὸ

σάρων ἀδελφῶν νεώτατος· ἡμέρᾳ δὲ γεγονὼς, κατά δή τινα θείαν τύχην, ἐν ᾗ τὴν Ῥώμην ἔκτισαν οἱ περὶ Ῥωμύλον· αὕτη δέ ἐστι πρὸ δεκαμιᾶς[21] καλανδῶν Μαΐων. Φύσει δὲ πρὸς[22] πᾶσαν ἀρετὴν εὖ κεκραμένος τὸ ἦθος, ἔτι μᾶλλον αὐτὸν[23] ἐξημέρωσε διὰ παιδείας καὶ κακοπαθείας καὶ φιλοσοφίας· οὐ μόνον τὰ λοιδορούμενα πάθη τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν εὐδοκιμοῦσαν ἐν τοῖς βαρβάροις βίαν καὶ πλεονεξίαν ἐκποδὼν ποιησάμενος, ἀνδρείαν δ' ἀληθῆ, τὴν ὑπὸ λόγου τῶν ἐπιθυμιῶν ἐν αὐτῷ κάθειρξιν[24] ἡγούμενος. ἐκ δὲ τούτου, πᾶσαν οἴκοθεν ἅμα τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν ἐξελαύνων, παντὶ δὲ πολίτῃ καὶ ξένῳ χρῆσθαι παρέχων ἑαυτὸν ἄμεμπτον δικαστὴν καὶ σύμβουλον, αὐτὸς δ' ἑαυτῷ σχολάζοντι χρώμενος οὐδὲν πρὸς ἡδυπαθείας καὶ πορισμοὺς, ἀλλὰ θεραπείαν Θεῶν καὶ θεωρίαν διὰ λόγου φύσεώς τ' αὐτῶν καὶ δυνάμεως, ὄνομα μέγα καὶ δόξαν εἶχεν, ὥστε καὶ Τάτιον τὸν ἐν Ῥώμῃ συμβασι-

tuor fratribus minimus, diuino quodam caſu eadem genitus die, qua Romulus condiderat Romam: ea eſt vndecimo Calend. Maias. Hic temperatum ſua ſponte ad omnem virtutem animum magis etiam doctrina, tolerantia et ſapientiae ſtudio excoluerat. Quarum praeſidio artium, non modo motus animi illos infames, verum etiam honoratam apud barbaros violentiam et fraudulentiam exſtirpauerat: eam demum veram fortitudinem exiſtimans. quae cupiditatibus animi ſui imponeret rationis frenos. Ita dum ſimul omnem luxum domo et delicias exigit, omnibus ciuibus et peregrinis integrum ſe in iudicando et conſilio dando praebet, otium ſuum non in luſtris et quaeſtibus ponit, ſed in religione Deorum immortalium, et in contemplanda per rationem eorum natura et poteſtate: ingenti nomine fuit et gloria, vt ille, quem conſortem regni habebat Romulus, Tatius,

21 πρὸ δεκαμιᾶς] Non video, quid ſecutus ſit Lapus, XIV. cal. ſcribens. Quod enim hic πρὸ δεκαμιᾶς dicitur, in Romulo planius eſt ſcriptum πρὸ ἕνδεκα. Eſt autem non XX. vt Amiotus putauit, ſed XXI. dies Aprilis. in Romulo XIX. extulit idem. *Xylander.* δεκατριῶν Vulcob. e Iunt.

22 εἰς Vulcob.

23 Αὐτὸν ἐξημέρωσε] Lege αὑτὸν, et poſtea, ἐν αὑτῷ.

24 Κάθειρξιν] Flor. et Vulc. καθέξειν, forte κάθεξιν.

 25 ὑπέμενεν

λεύσαντα Ῥωμύλῳ, μιᾶς αὐτῷ θυγατρὸς οὔσης Τατίας, ποιήσασθαι γαμβρὸν ἐκεῖνον. οὐ μὴν ἐπήρθη γε τῷ γάμῳ μετοικίσασθαι πρὸς τὸν πενθερὸν, ἀλλ᾽ αὐτοῦ περιέπων πατέρα γηραιὸν ἐν Σαβίνοις ἐπέμενεν[25], ἅμα καὶ τῆς Τατίας ἑλομένης τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἰδιώτου ὄντος ἡσυχίαν πρὸ τῆς ἐν Ῥώμῃ διὰ τὸν πατέρα τιμῆς καὶ δόξης. αὕτη μὲν οὖν λέγεται τρίτῳ καὶ δεκάτῳ μετὰ τὸν γάμον ἔτει τελευτῆσαι.

4 Ὁ δὲ Νουμᾶς ἐκλιπὼν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς, ἀγραυλεῖν τὰ πολλὰ καὶ πλανᾶσθαι μόνος ἤθελεν ἐν ἄλσεσι Θεῶν, καὶ λειμῶσιν ἱεροῖς, καὶ τόποις ἐρήμοις ποιούμενος τὴν δίαιταν. ὅθεν οὐχ ἥκιστα τὴν ἀρχὴν ὁ περὶ τῆς Θεᾶς ἔλαβε λόγος, ὡς ἄρα Νουμᾶς ἐκεῖνος οὐκ ἀδημονίᾳ τινὶ ψυχῆς καὶ πλάνῃ τὸν μετ᾽ ἀνθρώπων ἀπολέλοιπε[26] βίον, ἀλλὰ σεμνοτέρας γεγευμένος ὁμιλίας, καὶ γάμων θείων ἠξιωμένος, Ἠγερίᾳ[27] δαίμονι συνὼν ἐρώσῃ καὶ συνδιαιτώμενος, εὐδαίμων ἀνὴρ καὶ τὰ θεῖα πεπνυμένος γέγονεν. ὅτι μὲν οὖν ταῦτα πολλοῖς τῶν πάνυ

Tatius, vnicam filiam ei Tatiam nuptum daret. Nec tamen hae nuptiae ei tantos ſpiritus fecerunt, vt ad ſocerum migraret, ſed ibidem commoratus in Sabinis eſt, ſenilem tuens patrem: ſimulque Tatia viri priuati otium honoribus et ſplendori, quibus potuit per parentem frui Romae, praetulit. Caeterum hanc ferunt, poſtquam in Numae matrimonio tredecim annos fuiſſet, deceſſiſſe.

Hinc Numa, relicta vrbana vita, plerumque ruſticari et errare ſolus voluit, egitque in lucis Deorum ſacriſque pratis ac ſolitudinibus. Vnde potiſſimum nata eſt de Dea fama, nullo Numam illum moerore aut perturbatione mentis hominum ſocietatem vitaſſe, ſed ſublimioris guſtu contubernii et coeleſtibus nuptiis potitum, ex Deae Egeriae ipſius amore flagrantis congreſſu atque conſuetudine vitam beatam eſſe adeptum, et rerum diuinarum ſcientiam hauſiſſe. Haud obſcurum eſt, haec multas reſipi-

25 ὑπέμενεν Vulcob.
26 ἀπολελοίπει Vulcob.
27 Ἠγερίδῃ, vel Ἠγερίδει Vulc.

28 περὶ

παλαιῶν μύθων ἔοικεν, ὃς οἱ Φρύγες τε περὶ Ἄττεω [28], καὶ Βιθυνοὶ περὶ Ἡροδότου, καὶ περὶ Ἐνδυμίωνος Ἀρκάδες [29], ἄλλων τε πολλῶν εὐδαιμόνων δή τινων καὶ θεοφιλῶν γενέσθαι δοκούντων, παραλαβόντες ἠγάπησαν, οὐκ ἄδηλόν ἐστι. καί πως λόγος ἔχει τὸν Θεὸν, οὐ φίλιππον, οὐδὲ φίλορνιν, ἀλλὰ φιλάνθρωπον ὄντα, τοῖς διαφερόντως ἀγαθοῖς ἐθέλειν συνεῖναι, καὶ μὴ δυσχεραίνειν, μηδ᾽ ἀτιμάζειν ἀνδρὸς θείου [30] καὶ σώφρονος ὁμιλίαν. ὡς δὲ καὶ σώματος ἀνθρωπίνου καὶ ὥρας ἐστί τις Θεῷ καὶ δαίμονι κοινωνία καὶ χάρις, ἔργον ἤδη καὶ τοῦτο πεισθῆναι. καίτοι δοκοῦσιν οὐκ ἀπιθάνως Αἰγύπτιοι διαιρεῖν, ὡς γυναικὶ μὲν οὐκ ἀδύνατον πνεῦμα πλησιάσαι Θεοῦ, καί τινας ἐντεκεῖν ἀρχὰς γενέσεως, ἀνδρὶ δ᾽ οὐκ ἔστι σύμμιξις πρὸς Θεὸν, οὐδ᾽ ὁμιλία σώματος. ἀγνοοῦσι δὲ [31], ὅτι τὸ μιγνύμενον,

resipiscere veteres fabulas, quas Phryges de Atte, Bithyni de Herodoto, et Endymione Arcades, deque aliis compluribus, quos beatos ducebant et Diis gratos, a maioribus acceptas probauerunt. Et sane non mirum est, quum non equorum vel auium Deus, sed hominum amore teneatur, cum iis, qui virtutibus excellunt, cupere eum vna esse, neque respuere, aut spernere hominis diuini et sapientis familiaritatem. At corporis quoque humani et formae Deum Geniumque trahi consuetudine et gratia, id vero est difficile creditu. Quamquam non absurde videntur distinguere Aegyptii, nihil prohibere, quin Spiritus Dei appulsus mulieri principia infundat generationis, sed viro nullum cum Deo patere congressum, vel corporis consuetudinem. Verum ignorant hi, parem inuicem reddere

28 περὶ Ἄττεω] Atys hic alias, apud Suid. Attis. Ἄττις. Apud Lucianum de dea Syria scribitur Ἄττης, vnde hic gignendi casu Ἄττεω. Ex Ouidio, Catullo, aliis, et hoc Luciani libello, satis de amore eius et Cybeles constat. Notus etiam Endymionis et Lunae amor est. De Herodoto Bithynorum nihil succurrit. *Xylander.*

29 Κᾶρες Anonym.

30 θείου] Legitur etiam ὁσίου. H. Steph.

31 Ἀγνοοῦσι δὲ etc.] Paene eadem ratio opponitur huic Aegyptiorum opinioni de appulsu spiritus Dei mortali mulieri, Sympos. l. VIII. c. 1. τοῦ γὰρ θείου δέδια μὴ δόξῃ τῷ φθαρτῷ (l. ἀφθάρτῳ) μάχεσθαι τὸ γεννῶν, οὐχ ἧττον, ἢ τὸ γεννώμενον· μεταβολὴ γάρ τις καὶ αὐτὴ καὶ πάθος. vbi etiam quaestio haec plenius discutitur.

 32 θεῷ

ᾧ μίγνυται, τὴν ἴσην ἀνταποδίδωσι κοινωνίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ φιλίαν γε πρὸς ἄνθρωπον εἶναι θεῶν [32], καὶ τὸν ἐπὶ ταύτῃ λεγόμενον ἔρωτα, καὶ φυόμενον εἰς ἐπιμέλειαν ἤθους καὶ ἀρετῆς, πρέπον ἂν εἴη. καὶ οὐ πλημμελοῦσιν οἱ τὸν Φόρβαντα καὶ τὸν Ὑάκινθον καὶ τὸν Ἄδμητον ἐρωμένους Ἀπόλλωνος γεγονέναι μυθολογοῦντες, ὥσπερ αὖ καὶ τὸν Σικυώνιον Ἱππόλυτον, ὃς δὴ [33] καί, φασιν, ὁσάκις τύχοι διαπλέων εἰς Κίῤῥαν ἐκ Σικυῶνος, αὐτῷ χρᾶν τὴν Πυθίαν, οἷον αἰσθανομένου τοῦ θεοῦ, καὶ χαίροντος ἀποθεσπίζειν [34] τόδε τὸ ἡρῷον·

Καὶ δ᾽ [35] αὖθ᾽ Ἱππολύτοιο φίλον κάρα εἰς ἅλα βαίνει.

Πινδάρου δὲ καὶ τῶν μελῶν ἐραστὴν [36] γενέσθαι τὸν Πᾶνα μυθολογοῦσιν. ἀπέδωκε δέ τινα τιμὴν καὶ Ἀρχιλόχῳ καὶ Ἡσιόδῳ τελευτήσασι διὰ τὰς Μούσας τὸ δαιμόνιον. Σοφοκλεῖ δὲ καὶ ζῶντι τὸν Ἀσκληπιὸν ἐπιξενωθῆναι λόγος ἐστὶ, πολλὰ μέχρι δεῦρο διασώζων τεκμήρια· καὶ τε-

reddere commixta communicationem. Atqui esse Diis carum hominem, atque hinc amorem illum, quem aiunt, gigni ad morum virtutisque curam, decorum id certe fuerit. Neque errent illi, qui Phorbantem, Hyacinthum, Admetum, ab Apolline fabulantur adamatos, sicut etiam Sicyonium Hippolytum; cui aiunt, quoties a Sicyone transmitteret Cirrham, sortes Pythiam, quasi sentiente Deo et exultante, dedisse, vaticinarique hunc versum solitam:

Iamque iterum Hippolyti carum caput aequora sulcat.

Iam Pindari quoque eiusque carminum Pana desiderio captum fuisse est in fabulis. Ad haec Archilocho et Hesiodo carminum gratia fato functis habitus a Deo honor. Sophoclis etiam viui Aesculapium hospitio vsum fama est, quae multa ad hanc vsque memoriam vestigia retinet: et de-

functo

32 θεῷ Vulcob.

33 Οὗ δὴ] Scribendum videtur περὶ οὗ δή. *H. Steph.* ᾧ δὴ legit Vulcob. et sequenti linea delet αὐτῷ. Probo ᾧ δὴ, et forte pro αὐτῷ legendum αὐτόθι, *confestim respondisse Pythiam.*

34 Ἀποθεσπίζειν] Potius ἀποθεσπίζουσαν, vt ad Πυθίαν referatur.

35 Καὶ δ᾽ αὖθ᾽] Lege καδδ᾽ αὖθ᾽ pro κατὰ δὲ, vt iungatur cum βαίνει.

36 μελῶν αὐτοῦ ἐραστὴν Anon.

37 ἄλλος

λευτήσαντι τυχεῖν ταφῆς ἄλλος Θεὸς [37], ὡς λέγεται, παρέσχεν. ἆρα ἂν ἄξιόν ἐστι, ταῦτα συγχωροῦντας ἐπὶ τούτων, ἀπιστεῖν, εἰ Ζαλεύκῳ, καὶ Μίνῳ, καὶ Ζωροάστρῃ, καὶ Νουμᾷ, καὶ Λυκούργῳ, βασιλείας κυβερνῶσι, καὶ πολιτείας διακοσμοῦσιν, εἰς τὸ αὐτὸ ἐφοίτα τὸ δαιμόνιον; ἢ τούτοις μὲν εἰκός ἐστι καὶ σπουδάζοντας Θεοὺς ὁμιλεῖν, ἐπὶ διδασκαλίᾳ καὶ παραινέσει τῶν βελτίστων· ποιηταῖς δὲ καὶ λυρικοῖς μινυρίζουσιν, εἴπερ ἄρα, χρῆσθαι παίζοντας [38]; εἰ δὲ λέγει τις ἄλλως, κατὰ Βακχυλίδην [39], Πλατεῖα κέλευθος. οὐδὲ γὰρ ἅτερος λόγος ἔχει τι φαῦλον, ὃν περὶ Λυκούργου καὶ Νουμᾶ καὶ τοιούτων ἄλλων ἀνδρῶν λέγουσιν, ὡς δυσκάθεκτα καὶ δυσάρεστα πλήθη χειρούμενοι, καὶ μεγάλας ἐπιφέροντες ταῖς πολιτείαις καινοτομίας, προσεποιήσαντο τὴν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ δόξαν, αὐτοῖς ἐκείνοις, πρὸς οὓς ἐσχηματίζοντο, σωτήριον οὖσαν.

5. Ἀλλὰ γὰρ ἔτος ἤδη διατελοῦντι τῷ Νουμᾷ τεσσαρακοστὸν, ἧκον ἀπὸ Ῥώμης οἱ πρέσβεις παρακαλοῦντες ἐπὶ τὴν βασιλείαν. τοὺς δὲ λόγους ἐποιήσατο Πρόκλος καὶ

functo alium Deum ſepulturam perhibent curaſſe. Sed quum his fidem habeamus, quid? num abnuemus Zaleuco, Minoë, Zoroaſtre, Numa, Lycurgo, regna moderantibus et conſtituentibus reſpublicas, Deum vſum familiariter? An vero potius cum his Deos dicemus, vt recta ſuggerant iis et moneant, eſſe ſerio congreſſos: poëtis vero et lyricis vibriſſantibus, ſi tamen vnqnam, per luſum frui? Si cui videatur aliter, lata eſt via, vt verbis Bacchylidis vtar. Sed nec altera fama, quae de Lycurgo, Numa et ſimilibus viris refertur, quicquam habet abſurdi, quum ferocem multitudinem et difficilem tractarent, multaque in ciuitatibus ſuis nouarent, commentos fuiſſe, vt autoritatem diuinam adhiberent, illis ipſis, ad quos iſta ſimulabant, ſalutarem.

Porro Numam annum agentem quadrageſimum legati Romani acciuerunt ad accipiendum regnum. Verba fecerunt Proculus et Veleſus,

37 ἄλλος θεὸς] Bacchus nimirum, qui Lacedaemoniorum ducem Athenas obſidentem iuſſit honorifice funus facere nouae Sireni, hoc eſt Sophocli. Auctor in Atticis Pauſan. Meminit et Plin. 7. 29. *Xylander*.

38 Παίζοντας] Dele interrogationis notam cum Flor. et Ald.

39 Βραγχυλλίδην Vulcob.

 39 Βραγχυλ-

Οὐέλεσος, ὧν πρότερον ἐπίδοξος ἦν ὁ δῆμος αἱρήσεσθαι τὸν ἕτερον βασιλέα· Πρόκλῳ μὲν τῶν Ῥωμύλου λαῶν, Οὐελέσῳ δὲ τῶν Τατίου μάλιστα προσεχόντων. οὗτοι μὲν οὖν βραχέα διελέχθησαν, οἰόμενοι τῷ Νουμᾷ τὴν συντυχίαν ἀσπαζομένῳ γεγονέναι· ἦν δ' οὐ μικρὸν, ὡς ἔοικεν, ἔργον, ἀλλὰ καὶ λόγων πολλῶν καὶ δεήσεως, τὸ πεῖσαι καὶ μεταστῆσαι γνώμην ἀνδρὸς ἡσυχίᾳ [40] καὶ εἰρήνῃ βεβιωκότος εἰς ἀρχὴν πόλεως τρόπον τινὰ γεγενημένης [41] πολέμῳ καὶ συνηυξημένης. ἔλεγεν οὖν τοῦ τε πατρὸς αὐτοῦ παρόντος, καὶ Μαρκίου, τῶν συγγενῶν ἑνὸς, ὡς Πᾶσα μὲν ἀνθρωπίνου βίου μεταβολὴ, σφαλερόν· ᾧ δὲ μήτ' ἄπεστί τι τῶν ἱκανῶν, μήτε μεμπτόν [42] ἐστί τι τῶν παρόντων, τοῦτον οὐδὲν ἄλλο, πλὴν ἄνοια, μετακοσμεῖ καὶ μεθίστησιν ἐκ τῶν συνήθων· οἷς κἂν εἰ μηδὲν ἕτερον προσείη, τῷ βεβαιοτέρῳ διαφέρει τῶν ἀδήλων. ἀλλ' οὐδ' ἄδηλα τὰ τῆς βασιλείας τοῖς Ῥωμύλου τεκμαιρομένῳ παθήμασιν, ὡς πονηρὰν μὲν αὐτὸς ἔλαβε δόξαν, ἐπιβουλεῦσαι [43] τῷ συνάρχοντι Τα-

Velesus, quorum alterutrum populus ante videbatur ad regnum prouecturus. Proculi veteres Romani, Tatii factio fuerat Velesi studiosa. Breuis fuit oratio eorum, fortunam delatam rati Numae gratissimam fore. Atqui non parui negotii sane fuit, sed multae persuasionis et contentionis inducere eum et flectere sententiam eius, vt ex tranquilla et quieta vita imperium reciperet ciuitatis in bello quasi natae et adultae. Igitur patre et Marcio propinquo adhibitis, respondit: Omnem vitae mutationem lubricam homini esse; cui vero ad vitam tolerandam nihil absit, et cui res suae satis debeant placere, eum nihil praeter dementiam ex assuetis auferre et traducere, quae si nulla re alia, quod stabiliora certe sint, praecellant incertis. Sed nec incerta sit regnandi conditio, si quis ex Romuli fortuna coniecerit; quanta nempe suspicione aspersus insidiarum structarum collegae Tatio fuerit,

40 Ἡσυχίᾳ] Rectius scribitur ἐν ἡσυχίᾳ. *H. Steph.*

41 Τρόπον τινὰ γεγενημένης] Malim ἐγγεγενημένης. Simile mendum corrupit locum Philonis contra Flaccum p. 665. ed. Turn. διὰ τὴν παλαιὰν καὶ τρόπον τινὰ γεγενημένην (l. ἐγγεγενημένην) πρὸς Ἰουδαίους ἀπέχθειαν.

42 Μήτε μεμπτὸν] Forte μήτε τι μεμπτόν.

43 Ἐπιβουλεῦσαι] Vulcob. ἐπιβουλεῦσθαι,

τίῳ, πονηρὰν δὲ τοῖς ὁμοτίμοις περιεποίησεν, ὡς ἀνῃρημένος ὑπ' αὐτῶν. καὶ [44] Ῥωμύλον μὲν ἔτοι παῖδα Θεῶν ὑμνᾶσι φήμαις, καὶ τροφήν τινα δαιμόνιον αὐτᾶ καὶ σωτηρίαν ἄπιστον ἔτι νηπία λέγᾶσιν. ἐμοὶ δὲ καὶ γένος θνητόν ἐστι, καὶ τροφὴ καὶ παίδευσις ὑπ' ἀνθρώπων, ὧν ἐκ ἀγνοεῖτε, γεγενημένη. τὰ δ' ἐπαινέμενα τᾶ τρόπα, πόῤῥω βασιλεύειν μέλλοντος ἀνδρὸς, ἡσυχία τε πολλὴ καὶ διατριβὴ περὶ λόγας ἀπράγμονας, καὶ ὁ [45] δεινὸς ἔτος καὶ σύντροφος εἰρήνης ἔρως καὶ πραγμάτων ἀπολέμων, καὶ ἀνθρώπων ἐπὶ τιμῇ Θεῶν καὶ φιλοφροσύναις εἰς τὸ αὐτὸ συνιόντων, τὰ δ' ἄλλα καθ' ἑαυτὰς γεωργέντων, ἢ νεμόντων. ὑμῖν δ', ὦ Ῥωμαῖοι, πολλὰς μὲν ἴσως ἀβαλήτας ἀπολέλοιπε πολέμας Ῥωμύλος, οἷς ἀντερείδοντος ἡ πόλις ἐμπύρα δεῖται βασιλέως καὶ ἀκμάζοντος· πολλὴ δὲ καὶ συνήθεια καὶ προθυμία δι' εὐτυχίαν ἐγγέγονε τῷ δήμῳ, καὶ ἐδένα λέληθεν αὔξεσθαι καὶ κρατεῖν ἑτέρων βαλόμενος· ὥστε καὶ γέλως ἂν εἴη τἀμὰ, θεραπεύοντος

rit, quanta etiam ſenatum, quaſi necatus ab eo, preſſerit. Atqui Romulum hi vulgo (inquit) celebrant Diis ſatum, diuinaque ei incunabula tribuunt, et ſeruatum infantem incredibili modo autumant. Nobis mortale genus, nutrimenta et rudimenta ſub hominibus, quos cognoſcitis. Laus vero morum meorum aliena eſt a regnaturo, multa quies et otioſae philoſophiae ſtudium. Ingens etiam mihi eſt et inueteratus pacis amor rerumque quietarum, et hominum coetus ad Deorum honorem, et ad ſe mutuo inuitandos celebrantium, caetera ſeorſum agros colentium, aut paſcentium. Vobis, Romani, multa bella Romulus inuitus fortaſſe reliquit. Ad ea ſuſtinenda ciuitas ardentem deſiderat et viuidum regem. Iam multum aſſüetus populus eſt armis, et ob ſecundum rerum curſum alacris: neque quemquam latet, tendere ad maiora eum et libidine flagrare in alios dominandi, vt plane deſpectui ſit futurus is, qui veneretur Deos,

βαλεῦσθαι, forte, ἐπιβεβαλεῦσθαι. Anonym. ἐπιβαλεύεσθαι.

44 Καὶ Ῥωμύλον] In quodam cod. καίτοι. *H. Steph.*

45 Ὁ δὲ δεινὸς] Recte Anon. ὅ, τε δεινὸς, vt continuet ſententiam Numa in enumerandis ſuis dotibus imperio inidoneis.

 46 θερα-

Θεὺς [46] καὶ δίκην τιμᾷν, βίαν δὲ καὶ πόλεμον ἐχθραίνειν [47] διδάσκοντος πόλιν, στρατηλάτου μᾶλλον, ἢ βασιλέως δεομένην.

6. Τοιούτοις λόγοις [48] ἀφοσιουμένου τὴν βασιλείαν τοῦ ἀνδρὸς, οἵ τε Ῥωμαῖοι πᾶσαν ἐποιοῦντο σπουδὴν ἀντιβολοῦντες, καὶ δεόμενοι μὴ σφᾶς αὖθις εἰς στάσιν ἐμβαλεῖν καὶ πόλεμον ἐμφύλιον, οὐκ ὄντος ἑτέρου, πρὸς ὃν ἀμφότεραι συννεύσουσιν αἱ στάσεις· ὅ τε πατὴρ καὶ ὁ Μάρκιος, ἐκείνων μεταστάντων, ἰδίᾳ προσκείμενοι τὸν Νουμᾶν ἔπειθον δέχεσθαι μέγα καὶ θεῖον δῶρον. Εἰ δ' αὐτὸς οὔτε πλούτου δέῃ δι' αὐτάρκειαν, οὔτε δόξαν ἀπ' ἀρχῆς καὶ δυναστείας [49] ἐζήλωκας, κρείσσονα τὴν ἀπ' ἀρετῆς ἔχων, ἀλλ' ὑπηρεσίαν γε Θεοῦ τὸ βασιλεύειν ἡγούμενος, ὅς γ' ἀνίστησι καὶ οὐκ ἐᾷ κεῖσθαι καὶ ἀργεῖν τὴν ἐν σοὶ τοσαύτην δικαιοσύνην, μὴ φεῦγε, μηδ' ἀποδίδρασκε τὴν ἀρχὴν, ἀνδρὶ φρονίμῳ πράξεων καλῶν καὶ μεγάλων οὖσαν χώραν· ἐν ᾗ καὶ θεραπεῖαι Θεῶν μεγαλοπρεπεῖς εἰσι, καὶ πρὸς εὐσέβειαν ἀνθρώπων ἡμερώσεις ῥᾷστα καὶ τάχιστα μετακοσμου-

Deos, et colere iuſtitiam, rapinam atque bellum odiſſe doceat ciuitatem, quae ducem potius ad bellandum, quam quaerat regem.

His verbis repudiantem regnum Romani maiorem in modum obteſtari et orare, ne iterum ipſos in ſeditionem et bellum ciuile coniiceret, quum alium, in quem conſenſura vtraque factio eſſet, non haberent. Iam etiam parens et Marcius, ſummotis illis, ſuadere et vrgere ſeorſum eum ad recipiendum ingens et coeleſte donum. Siue diuitias, tua contentus ſorte, (inquiunt) non deſideras, neque ſplendorem imperii et potentiae ſectaris, quoniam meliorem a virtute poſſideas; ſaltem regni adminiſtrationem miniſterium exiſtima Dei, qui excitat, neque obſoleſcere et torpere iſtam patitur tantam iuſtitiam. Noli itaque declinare et defugere imperium, quod ſapienti viro egregiorum et magnorum factorum eſt ſtadium, in quo et Deos colere magnifice, et ad pietatem mollire liceat homines, qui facillime et promtiſſime ad principis

46 θεραπεύειν τοὺς θεοὺς Anon.
47 ἐχθαίρειν Vulcob.
48 λογισμοῖς Vulcob.
49 δυναστείαν Vulcob.

μένων ὑπὸ τȣ͂ κρατȣ͂ντος. ȣ͂τοι καὶ [50] Τάτιον ἔστερξαν ἔπηλυν ἡγεμόνα, καὶ τὴν Ῥωμύλȣ μνήμην ἀποθεȣ͂σι ταῖς τιμαῖς. τίς δ' οἶδεν εἰ καὶ νικῶντι δήμῳ πολέμȣ κόρος ἔσαι, καὶ μεστοὶ θριάμβων καὶ λαφύρων γεγονότες, ἡγεμόνα πρᾶον καὶ δίκης εταῖρον ἐπ' εὐνομίᾳ καὶ εἰρήνῃ ποθȣ͂σιν; εἰ δὲ δὴ καὶ παντάπασιν ἀκρατῶς ἔχȣσι καὶ μανικῶς πρὸς πόλεμον, ἆρ' ȣ͂χὶ βέλτιον ἀλλαχόσε τὴν ὁρμὴν αὐτῶν τρέπειν, διὰ χειρὸς ἔχοντα [51] τὰς ἡνίας, τῇ δὲ πατρίδι καὶ παντὶ τῷ Σαβίνων ἔθνει σύνδεσμον εὐνοίας καὶ φιλίας πρὸς πόλιν ἀκμάζȣσαν καὶ δυνατὴν γενέσθαι; Τȣ́τοις προσῆν [52], ὡς λέγεται, σημεῖά τε χρηστὰ, καὶ σπȣδὴ τῶν πολιτῶν, καὶ ζῆλος, ὡς ἐπύθοντο τὴν πρεσβείαν, δεομένων βαδίζειν καὶ παραλαμβάνειν τὴν βασιλείαν ἐπὶ κοινωνίᾳ καὶ συγκράσει τῶν πολιτῶν.

7. Ὡς ȣ͂ν ἐδέδοκτο, θύσας τοῖς Θεοῖς, προῆγεν εἰς τὴν Ῥώμην. ἀπήντα δ' ἡ βȣλὴ καὶ ὁ δῆμος, ἔρωτι θαυμαστῷ τȣ͂ ἀνδρὸς, εὐφημίαι τε πρέπȣσαι γυναικῶν ἐγίνον-

principis ſe mores conformant. Hi etiam Tatium dilexerunt aduenam principem, et Romuli memoriam honoribus diuinis conſecrauerunt. Quid ſi victorem populum iam ſatietas capiet belli, triumphiſque expletus et manubiis, ſedatum principem et iuſtitiae cultorem ad ciuitatem legibus et pace temperandam exoptat? Qui ſi vel immodico et inſano bellandi ardeat ſtudio, nonne ſatius ſit habenas tenentem alio diuertere feruorem eius, patriaeque atque vniuerſae Sabinorum genti florentem ciuitatem et opulentam neceſſitudine et amicitia copulare? His acceſſerunt (vt fertur) fauſta prodigia, contentioque ciuium eius et ſtudium, vt diuulgatum eſt, quid adferrent legati, rogantium iret, atque regnum capeſſeret ad vnanimitatem et concordiam inter ciues conciliandam.

Vt in eam ſententiam deſcendit, re diuina facta Romam profectus eſt. Prodiit ei obuiam incredibili deſiderio ſenatus populuſque. Foeminae eum feſtis acclamationibus exceperunt. Ad

50 ȣ͂τοι καὶ] Eſt et alia lectio, αὖθις δὲ καὶ, pro ȣ͂τοι καὶ. *H. Steph.*

51 Διὰ χειρὸς ἔχοντας] Malim ἔχοντα, nempe Numam. [Et ſic eſt in Iunt. Ald. Crat. vnde reuocaui.]

52 Τȣ́τοις προσῆν] Scriptum etiam

το καὶ θυσίαι πρὸς ἱεροῖς, καὶ χαρὰ πάντων, ὥσπερ οὐ βασιλέα τῆς πόλεως, ἀλλὰ βασιλείαν δεχομένης. ἐπεὶ δ' εἰς τὴν ἀγορὰν κατέστησαν, ὁ μὲν ταῖς ὥραις ἐκείναις συνειληχὼς μεσοβασιλεὺς Σπόριος Οὐέττιος ψῆφον ἐπέδωκε [53] τοῖς πολίταις, καὶ πάντες ἤνεγκαν· προσφερομένων δ' αὐτῷ τῶν βασιλικῶν παρασήμων [54], ἐπισχεῖν κελεύσας, ἔφη δεῖσθαι καὶ Θεοῦ τὴν βασιλείαν ἐμπεδοῦντος αὐτῷ. παραλαβὼν δὲ μάντεις καὶ ἱερεῖς, ἀνέβαινεν εἰς τὸ Καπιτώλιον· Ταρπήϊον αὐτὸ λόφον οἱ τότε Ῥωμαῖοι προσηγόρευον. ἐνταῦθα τῶν μάντεων ὁ πρωτεύων, τὸν μὲν εἰς μεσημβρίαν τρέψας [55] ἐγκεκαλυμμένον [56], αὐτὸς δὲ παραστὰς ἐξόπισθεν, καὶ τῇ δεξιᾷ τῆς κεφαλῆς ἐφαπτόμενος αὐτοῦ, κατηύξατο [57], καὶ περιεσκόπει τὰ παρὰ τῶν Θεῶν οἰωνοῖς [58], ἢ συμβόλοις προφαινόμενα, πανταχόσε τὰς ὄψεις προσφέρων [59]. σιγὴ δ' ἄπιστος ἐν πλήθει

Ad ſacras aedes hoſtiae caeſae, tantaque omnium fuit laetitia, quaſi non regem, ſed exciperet ciuitas regnum. Vt in forum deſcenderunt, Spurius Vettius, qui per eas horas erat interrex, miſit Quirites in ſuffragia; omneſque ſuffragiis illum regem dixere. Cui quum inſignia regni deferrentur, ſuſtinere iuſſit, ſibi inſuper Deo opus eſſe, qui regnum confirmaret. Ita vna cum auguribus et ſacerdotibus in Capitolium aſcendit: Tarpeium collem appellabant tunc Romani. Ibi princeps augurum eum capite velato ad meridiem conuertit, atque a tergo adſiſtens, dextra in capite Numae impoſita, precatus eſt, et in omnem partem circumlatis oculis, ſi qua auſpicia vel oſtenta Dii darent, obſeruauit. Mirum interea tantae multitudinis in foro ſtantis

etiam eſt, τούτοις προσεπιλέγεται σημεῖά τε etc. *H. Steph.*

53 ὑπέδωκε Vulcob.

54 παρασήμων] In aliis ἐπισήμων. *H. Steph.* ita Vulcob.

55 τρίψας Vulcob.

56 Ἐγκεκαλυμμένον] Dacerius Plutarchum falli putat, cum ex Liuio conſtet, non Numam, ſed augurem velato capite fuiſſe: Robortellus autem teſtatur, in antiquo cod. ita ſcriptum eſſe, ἐγκεκαλυμμένος αὐτὸς, καὶ παραστὰς ἐξόπισθεν. Sic quidem tollitur diſcrepantia inter Noſtrum et Liuium; ſed ego cum Dacerio mutationem iſtam vix admitti poſſe cenſeo.

57 κατηύχετο Vulcob.

58 ἐν οἰωνοῖς Vulcob.

59 παραφέρων Anonym.

60 καὶ

τοσούτῳ τὴν ἀγορὰν κατεῖχε, καραδοκούντων καὶ συναιωρουμένων τῷ μέλλοντι, μέχρις οὗ προὐφάνησαν ὄρνιθες ἀγαθοὶ καὶ δεξιοὶ ἐπέτρεψαν [60]. οὕτω δὲ τὴν βασιλικὴν ἀναλαβὼν ἐσθῆτα κατέβαινε Νουμᾶς εἰς τὸ πλῆθος ἀπὸ τῆς ἄκρας. τότε δὲ καὶ φωναὶ [61] καὶ δεξιώσεις ἦσαν ὡς εὐσεβέστατον καὶ θεοφιλέστατον δεχομένων. παραλαβὼν δὲ τὴν ἀρχὴν, πρῶτον μὲν τὸ τῶν τριακοσίων [δορυφόρων] [62] σύστημα διέλυσεν [63], οὓς Ῥωμύλος ἔχων ἀεὶ περὶ τὸ σῶμα Κέλερας προσηγόρευσεν, ὅπερ ἐστὶ ταχεῖς· οὔτε γὰρ ἀπιστεῖν πιστεύουσιν, οὔτε βασιλεύειν ἀπιστούντων ἠξίου. δεύτερον δὲ, τοῖς οὖσιν ἱερεῦσι Διὸς καὶ Ἄρεος τρίτον Ῥωμύλου προσκατέστησεν, ὃν Φλαμίνα Κυρινάλιον ὠνόμασεν. ἐκάλουν δὲ καὶ τοὺς προγενεστέρους Φλαμίνας, ἀπὸ τῶν περικρανίων πίλων, οὓς περὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι, πιλαμένας τινὰς ὄντας, ὡς ἱστοροῦσι, τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον, ἢ νῦν, τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων. καὶ γὰρ ἃς ἐφόρουν οἱ βασιλεῖς [64] λαίνας, ὁ Ἰόβας χλαίνας φησὶν εἶναι, καὶ

ſtantis ſilentium erat, exſpectantis et in euentum ſuſpenſae, quovſque ſecundae et fauſtae aues conſpectae a dextra vertebantur. Tum Numa veſte regia indutus ex arce ad populum deſcendit, exceptuſque eſt, vt vir religioſiſſimus et ſanctiſſimus, plauſu et complexu. Inito regno protinus cohortem trecentorum, quibus ſtipatus Romulus ſemper fuerat, quos appellauerat Celeres, exauctorauit: neque enim diffidere fidem ſibi habentibus, neque imperare diffidentibus in animum induxit. Inde duobus flaminibus, Diali et Martiali, tertium Romuli addidit, quem vocauit Quirinalem. Nam et priſcos flamines nominabant a pileis, quibus caput tegebant, quaſi pilamines, (vt proditum memoriae eſt) Graecis dictionibus tunc plus, quam hoc ſeculo, Latinae linguae immixtis. Quas enim ferebant laenas reges, Iuba vult χλαίνας eſſe, et miniſtrum

60 καὶ ἐπέτρεψεν Vulcob.

61 φωνὰς idem.

62 Δορυφόρων] Ex vet. additum fuit: quod abeſſe tamen poteſt. *H. Steph.* et abeſt in Flor. et Ald.

63 Διέλυσεν] Legitur et διέστησεν. *H. Steph.*

64 Οἱ βασιλεῖς] Scriptum eſt etiam, οἱ τρεῖς βασιλεῖς. Et ſtatim poſt καὶ τὸν ὑπηρετοῦντα παῖδα τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς λέγεσθαι κάμιλλον. *H. Steph.*

65 Ἱερῷ

τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερῷ [65] τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα, λέγεσθαι Κάμιλλον [66], ὡς καὶ τὸν Ἑρμῆν οὕτως ἔνιοι τῶν Ἑλλήνων Κάμιλλον [67] ἀπὸ τῆς διακονίας προσηγόρευον.

8. Ταῦτα δ' ὁ Νουμᾶς ἐπ' εὐνοίᾳ καὶ χάριτι τοῦ δήμου πολιτευσάμενος, εὐθὺς ἐπεχείρει τὴν πόλιν, ὥσπερ σίδηρον, ἐκ σκληρᾶς καὶ πολεμικῆς, μαλακωτέραν ποιῆσαι καὶ δικαιοτέραν. ἀτεχνῶς γὰρ, ἣν Πλάτων ἀποκαλεῖ Φλεγμαίνουσαν πόλιν [68], ἐκείνη τότ' ἦν [69], συστᾶσα μὲν εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τόλμῃ τινὶ καὶ παραβόλῳ θρασύτητι τῶν θρασυτάτων καὶ μαχιμωτάτων ἐκεῖ πανταχόθεν ὠσαμένων, ταῖς δὲ πολλαῖς στρατείαις καὶ τοῖς συνεχέσι πολέμοις, τροφῇ χρησαμένη [70] καὶ αὐξήσει τῆς δυνάμεως, καὶ, καθάπερ τὰ καταπηγνύμενα [71] τῷ σείεσθαι μᾶλλον ἑδράζεται [72], ῥώννυσθαι δοκοῦσα διὰ τῶν κινδύ-

ministrum in aede Iouis pubescentem puerum dici Camillum, quo nomine Mercurium nonnulli Graeci a ministerio appellauere.

Quum haec instituisset Numa ad conciliandam sibi beneuolentiam et gratiam populi, illico ciuitatem ferri modo rigidam et bellis efferatam, ad humanitatem parat et iustitiam mollire. Et reuera illa tunc erat, quam vocat aestuantem ciuitatem Plato. Nam ab origine audacissimi quique et pugnacissimi, quos ferocitas et proiecta conglobauerat temeritas, illuc vndique confluxerant, crebrisque expeditionibus et bellis perpetuis aluerat illa ciuitas et propagauerat vires, ac sicut, quae altius defixa sunt, magis ipsa agitatione firmantur, ita inualuisse ex periculis videbatur.

65 Ἱερῷ τοῦ Διὸς] Lege cum Anonym. ἱερεῖ, *sacerdoti Iouis*, et delendum puto secundum illud Κάμιλλον, quod redundare videtur ob praecedentem vocem, οὕτως.

66 τὸν ὑπηρετοῦντα τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ἀμφιθαλῆ παῖδα λέγεσθαι Κάμιλλον] Idem est apud Dionysium lib. II. et apud Festum in voce *Cumera*, atque lib. VI. in *Flaminius Camillus. Xylander.*

67 Κασμίλον Anonym.

68 ἣν Πλάτων ἀποκαλεῖ φλεγμαίνουσαν πόλιν] lib. de republ. 2. *Xylander.*

69 Ἐκείνη τοῦτ' ἦν] Lego τότ' ἦν, vt Lapus, *tunc.*

70 Χρησαμένην] Constructio sententiae monet, legendum esse χρησαμένη, et postea, δοκοῦσα, vt habet Vulcob.

71 καταρηγνύμενα Vulcob.

72 ἑδράζονται idem.

73 τοῦ

νων. οὕτω δὲ μετέωρον καὶ τετραχυμένον δῆμον οὐ μικρᾶς, οὐδὲ φαύλης οἰόμενος εἶναι πραγματείας μεταχειρίσασθαι καὶ μετακοσμῆσαι πρὸς εἰρήνην, ἐπηγάγετο τὴν ἀπὸ τῶν Θεῶν βοήθειαν, τὰ μὲν πολλὰ θυσίαις καὶ πομπαῖς καὶ χορείαις, ἃς αὐτὸς ὤργιασε καὶ κατέστησεν, ἅμα σεμνότητι διαγωγὴν ἐπίχαριν καὶ φιλάνθρωπον ἡδονὴν ἐχούσαις, δημαγωγῶν καὶ τιθασσεύων τὸ θυμοειδὲς καὶ φιλοπόλεμον. ἔστι δ' ὅτε καὶ φόβους τινὰς ἀπαγγέλλων παρὰ τοῦ Θεοῦ [73], καὶ φάσματα δαιμόνων ἀλλόκοτα καὶ φωνὰς οὐκ εὐμενεῖς, ἐδούλου καὶ ταπεινὴν ἐποίει τὴν διάνοιαν αὐτῶν ὑπὸ δεισιδαιμονίας. ἐξ ὧν καὶ μάλιστα λόγον ἔσχεν ἡ σοφία καὶ ἡ παίδευσις τοῦ ἀνδρὸς, ὡς Πυθαγόρᾳ συγγεγονότος. μέγα γὰρ ἦν μέρος, ὡς ἐκείνῳ τῆς φιλοσοφίας, καὶ τούτῳ τῆς πολιτείας ἡ πρὸς τὸ θεῖον ἀγχιστεία [74] καὶ διατριβή. λέγεται δὲ καὶ τὸν ἔξωθεν ὄγκον καὶ σχηματισμὸν ἀπὸ τῆς αὐτῆς Πυθαγόρᾳ διανοίας περιβαλέσθαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀετόν τε δοκεῖ πραΰναι φωναῖς τισιν ἐπιστήσας καὶ καταγαγὼν ὑπεριπτάμενον, τόν τε μηρὸν ἀποφῆναι [75]

debatur. Tam elatum et ferocem populum non vulgaris, nec mediocris artis eſſe ratus tractare et reflectere ad pacem, a religione conſilium mutuauit. Sacrificiis plurimum et ſupplicationibus atque choreis, quae ipſe obibat diſpenſabatque, coniunctam venerandam grauitatem cum ſuaui oblectamento et feſtiuo habentibus, mulcens ac pertractans feruidos et martiales animos; interdum metum Deorum iniiciens, et ſpectra daemonum horrenda triſteſque voces nuntians, domabat atque deprimebat ſpiritus eorum ſuperſtitione. Vnde percrebuit, praecipue ſapientiam hanc et eruditionem ex Pythagora hauſiſſe Numam. Magna enim ex parte hic reipublicae ſuae inſtitutionem, philoſophiam ille in Numinis ſtudio et congreſſu poſuit. Exteriorem faſtum quoque et cultum eadem ac Pythagoras mente dicitur ſumſiſſe. Fertur enim ille ita manſuefeciſſe aquilam, vt certis vocibus ſiſteret et deuocaret ſuperuolantem: item in con-

73 τοῦ Θεοῦ] Potius θείου, vt poſtea, τὸ θεῖον.

74 Περὶ τὸ θεῖον ἀγχιστεία] Haec lectio ferri poteſt, ſed mallem ἁγιστεία, vt p. 66. τὴν περὶ τὸ πῦρ ἁγιστείαν. et p. 141. Πυθαγορικῆς ἁγιστείας, et p. 145. μεγίσταις καθιερωμένων ἁγιστείαις.

75 Ἀποφῆναι] Legitur et ὑποφῆναι, quod magis conuenire videtur.

χρυσοῦν Ὀλυμπιάσι διαπορευόμενος τὴν πανήγυριν. ἄλλας τε τερατώδεις μηχανὰς αὐτοῦ καὶ πράξεις ἀναγγέλλουσιν· ἐφ᾽ αἷς καὶ Τίμων ὁ Φλιάσιος ἔγραψε·

Πυθαγόρην δὲ γόητας [76] ἀποκλίνοντ᾽ ἐπὶ δόξας,
Θήρη [77] ἐπ᾽ ἀνθρώπων, σεμνηγορίης ὀαριστήν.

τῷ δὲ Νουμᾷ δρᾶμα Θεᾶς [78] τινος, ἢ νύμφης ὀρείας ἔρως ἦν, καὶ συνουσία πρὸς αὐτὸν ἀπόρρητος, ὥσπερ εἴρηται, καὶ κοιναὶ μετὰ Μουσῶν διατριβαί. τὰ γὰρ πλεῖστα τῶν μαντευμάτων εἰς Μούσας ἀνῆγε, καὶ μίαν Μοῦσαν ἰδίως καὶ διαφερόντως ἐδίδαξε σέβεσθαι τοὺς Ῥωμαίους, Τακίταν προσαγορεύσας, οἷον σιωπηλὴν, ἢ ἐνεάν [79]· ὅπερ εἶναι δο-

in conuentu Olympiaco transeuntem femur aureum protulisse, aliasque commemorant monstrificas eius artes et facta. Quare scripsit Timon Phliasius:

Pythagoram technis captantem nominis auram
Vita et mulcentem blandis sermonibus aures.

Sed Numae fabula Deae cuiuspiam, aut nymphae montanae amor, et arcanum cum ipso contubernium, vt supra diximus, erat, mutuaque cum Musis consuetudo. Plerasque autem diuinationes suas contulit in Musas. Vnam peculiariter atque eximie venerari praecepit Romanis, Tacitam eam nominauit: quod viri videtur esse

videtur. *H. Steph.* ita Vulcob. ὑποφυῆναι SGerm.

76 Γόητα] Hi versus occurrunt apud Diog. Laërt. in vita Pythagorae, vbi iampridem emendarunt Docti, γόητος. γόητας Vulcob. Anon. et SGerm.

77 Θήρη] Lapus videtur τήρει legisse: sed lectionem nostram malo. *Xylander.*

78 Νομᾶ δρᾶμα· Θεᾶς SGerm.

79 Ἢ νέαν] νέαν puto esse mendosum, et ἐνεὰν legendum, hoc est *mutam*. Nihil enim hic νέα, id est, *iuuenis*, aut *recens*. *Xylander.* Pro νέαν non dubito quin ἐνεὰν, siue ἐννεὰν, reponi debeat: praesertim quum meminerim loci cuiusdam Xenophontis, in quo eundem errorem, primum ex coniectura, deinde et ex veterum codicum auctoritate emendaui. Is exstat ἀναβ. lib. IV. p. 196. meae editionis, κατελάμβανον καὶ ἐκείνους σκηνοῦντας, ἐστεφανωμένους τοῦ ξηροῦ χιλοῦ στεφάνους, καὶ διακονοῦντας Ἀρμενίους παῖδας σὺν ταῖς βαρβαρικαῖς στολαῖς. τοῖς δὲ παισὶν ἐδείκνυσαν ὥσπερ ἐνεοῖς, ὅ τι δέοι ποιεῖν. Siquidem quemadmodum in illo Plutarchi loco νέαν pro ἐνεὰν legitur, ita in isto Xenophontis νέοις pro ἐνεοῖς habent, cum aliae editiones, quae meam praecesserunt, tum vero Aldina et Florentina.

Neque

κεῖ τὴν Πυθαγόρειον ἀπομνημονεύοντος [80] ἐχεμυθίαν καὶ τιμῶντος. ἔστι δὲ καὶ τὰ περὶ τῶν ἀφιδρυμάτων νομοθετήματα παντάπασιν ἀδελφὰ τῶν Πυθαγόρου δογμάτων.

esse Pythagoreum silentium commemorantis et honorantis. Iam huius de statuis scita, vndequaque Pythagorae placitorum sunt germana.

Neque hunc tantum errorem animaduertit Romulus Amasaeus, (ideo, vt opinor, quod vox ἐννεοῖς tam rara sit, vt non facile cuiuis in memoriam venire possit) quippe qui ita locum illum reddiderit: *Illic etiam milites sub pellibus offenderunt foeno aut stipula coronatos: quibus Armenii pueri barbaricis amicti stolis, ministrabant. Illis Graeci, tanquam adolescentibus, quid facto opus esset, monstrabant.* Quum debuisset vertere, *tanquam surdis.* Nec dubito, quin ante monstratam lectionem illam germanam tantum torserit plerosque hic locus, quanta est inter haec duo vocabula, *adolescentibus* et *surdis*, differentia. Quum tamen illam lectionem nactus esset vetus interpres Gallicus, (vel potius is, qui illi in ista interpretatione praeibat) ne ipse quidem fideliter locum istum reddidit: haec enim sunt eius verba: *Pource qu'ils estoyent esbahis et estonnez.* Nam significationem quidem, quae hic datur nomini ἐννεοῖς, testimonio Suidae (quamuis alioqui vox ἐξεστηκὼς, qua inter alias vtitur ad exponendum ἐννεὸς, aliquid amplius, quam illae Gallicae voces, significet) confirmari posse, fateor: sed eam vllo modo huic loco conuenire nego. Cur enim quis apud homines ἐξεστηκότας non voce, sed signis vtatur? Contra vero manuum gestu, aut quibuslibet aliis signis, quid facto esset opus, merito ostendebant, quoniam quum linguam Graecam illi non callerent, perinde erat, ac si Graeci surdis locuti fuissent. Non calluisse autem eos linguam Graecam, ideoque intelligere non potuisse, si quid hi dixissent, liquet ex iis, quae mox sequuntur, verbis, ἀνηρώτων διὰ τοῦ περσίζοντος ἑρμηνέως. Ideo autem paulo longior in differendo de hoc loco fui, quod Hermogenes quoque aliam nescio quam vocabulo ἐννεοῖς significationem dare videatur; quippe qui ἀφέλειαν inesse stylo Xenophontis docens ita scribat: τοιοῦτος δὲ ὁ Ξενοφῶν κἀν τοῖς ἱστορικοῖς, οἷος κἀν τοῖς ἄλλοις· οἷον, ὅτι χιλὸν ἐστέψαντο, ὅταν λέγῃ, καὶ ὅτι τοῖς παισὶν ὡς ἐννεοῖς διαλέγονται, καὶ ὅτι πίνειν, etc. Si enim ἐννεοὺς significare surdos voluisset, cur διαλέγονται ὡς ἐννεοῖς dixisset, perinde ac si a Xenophonte tale quid dictum esset, aut etiam tale quid dici posset? Sed quid, quum ita scriberet, cogitarit Hermogenes, aliis cogitandum relin-

οὔτε γὰρ ἐκεῖνος αἰσθητὸν, ἢ παθητὸν, ἀόρατον δὲ καὶ ἀκήρατον καὶ νοητὸν [81] ὑπελάμβανεν εἶναι τὸ πρῶτον, καὶ οὗτος [82] διεκώλυσεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα Θεοῦ Ῥωμαίους νομίζειν. οὐδ' ἦν παρ' αὐτοῖς οὔτε γραπτὸν, οὔτε πλαστὸν εἶδος Θεοῦ πρότερον, ἀλλ' ἐν ἑκατὸν [83] ἑβδομήκοντα τοῖς πρώτοις ἔτεσι ναοὺς μὲν οἰκοδομούμενοι, καὶ καλιάδας ἱερὰς ἱστῶντες [84], ἄγαλμα δ' οὐδὲν ἔμμορφον

mana. Neque enim ille ſenſui, aut vlli dolori expoſitum rerum principium eſſe, ſed inuiſibile, incorruptum, ſola mente exiſtimavit apprehenſibile. Hic etiam vetuit Romanis, hominis, vel beſtiae formam tribuere Deo; neque fuit vlla apud eos ante vel picta, vel ficta imago Dei, ſed primos centum ſeptuaginta annos templa exſtruxerunt et cellas Diis, ſimulacrum per id temporis nullum

relinquo. Obiter autem et hoc addo, operae pretium eſſe conſiderare in hac locorum Plutarchi et Xenophontis collatione, quomodo ſaepe apud auctores vocabulis, quorum rarus, aut ſaltem non vulgaris eſt vſus, ideoque ſignificationem paucis notam habent, vſu veniſſe veriſimile ſit, vt in alia, vicina quidem, quod ad ſcripturam attinet, ſed ſignificationem longe remotam habentia, mutarentur. Sed hac de re plura in meo de mendorum origine libro. Vt autem ad Plutarchi locum redeam, quin et hic pro νέαν reponendum ſit ἐνεὰν, ſiue ἐννεὰν, minime dubito, (vti ſupra dixi) ſed an *tacitam* interpretari potuerit ἐννεὰν, dubitare me fateor. Aliud enim eſt *tacita*, quam *muta:* quod etiam ſignificatur voce illa interdum; quin et de mutis pariter ac ſurdis dicta fuit. *H. Steph.* Omnino ſequendi Xylander et Steph. qui ἢ ἐνεὰν, *mutam*, correxerunt; quod ex Mſ. confirmat Dacer. et ita etiam Anonym.

80 Ἀπομνημονεύοντος] Sententiae videtur aptior vox, ἀπομιμοῦντος: Pythagorae ſilentium imitando comprobauit. Sic ἀπομιμούμενος οὐ τὸ σχῆμα etc. [μιμεῖν in actiuo non vſurpatur, ſed tantum in medio μιμεῖσθαι.]

81 καὶ ἄκτιστον νοητὸν SGerm. et Iuntina.

82 Οὗτος δὲ] Inſerit καὶ Flor. ante οὗτος, deinde lege cum Vulcob. et Anonym. Ῥωμαίους, quod probat Steph. et ita etiam SGerm. pro vulgari Ῥωμαίοις.

83 Ἀλλ' ἑκατὸν] Potius ἐν ἑκατὸν, vt Flor. et Ald. [nec non SGerm.] et delendum prius διετέλουν cum iiſdem; quod abeſſe etiam in Mſ. Sti Germani in pratis teſtatur Dacerius.

84 διετέλουν ᾠδὰς ἱερὰς ἱστάντες Vulcob.

85 ἐφάψα-

ποιούμενοι διετέλουν· ὡς οὔτε ὅσιον ἀφομοιοῦν τὰ βελτίονα τοῖς χείροσιν, οὔτ' ἐφάπτεσθαι [85] Θεοῦ δυνατὸν ἄλλως, ἢ νοήσει. κομιδῇ δὲ καὶ τὰ τῶν θυσιῶν ἔχεται τῆς Πυθαγορικῆς ἁγιστείας· ἀναίμακτοι γὰρ ἦσαν, αἵγε πολλαὶ δι' ἀλφίτου καὶ σπονδῆς καὶ τῶν εὐτελεστάτων πεποιημέναι [86]. χωρὶς δὲ τούτων, ἑτέροις ἔξωθεν ἐπαγωνίζονται τεκμηρίοις οἱ τὸν [87] ἄνδρα τῷ ἀνδρὶ συνοικειοῦντες. ὧν ἓν μέν ἐστιν, ὅτι Πυθαγόραν τῇ πολιτείᾳ Ῥωμαῖοι [88] προσέγραψαν, ὡς ἱστόρηκεν Ἐπίχαρμος ὁ κωμικὸς ἔν τινι λόγῳ πρὸς Ἀντήνορα γεγραμμένῳ, παλαιὸς ἀνὴρ, καὶ τῆς Πυθαγορικῆς διατριβῆς μετεσχηκώς. ἕτερον δὲ [89], ὅτι τεσσάρων υἱῶν βασιλεῖ Νουμᾷ [90] γενομένων, ἕνα Μάμερκον ἐπὶ τῷ Πυθαγόρου παιδὶ προσηγόρευσεν. ἀπ' ἐκείνου δὲ [91] καὶ τὸν Αἰμυλίων [92] οἶκον ἀναμιχθέντα τοῖς πατρι-

nullum habuerunt; nefas putantes augustiora exprimere humilioribus, neque concipi aliter Deum, quam mente, posse. Ad haec, sacra respondent plane cultui et ritibus Pythagoricis: incruenta enim erant, ac fere farina, libaminibus ex vino et rebus simplicissimis parabantur. Aliis praeterea argumentis vrgent exterioribus horum contubernium. Quorum vnum est, quod donauerunt Pythagoram Romani ciuitate, vt autor est in libro quodam Antenori dicato comicus Epicharmus, vir antiquus et ex schola Pythagorica. Alii quod vnum Numa ex quatuor filiis suis nomine Pythagorae filii appellauerit Mamercum. Ab illo Aemiliam quoque gentem patriciis

85 ἐφάψασθαι idem.
86 πεπορευομένη idem.
87 τὸν ἄνδρα] Vulcob. habet οἱ τὸν, quod probo: et Lapus ita legit.
88 Ῥωμαῖοι τῇ πολιτείᾳ πρ. SGerm.
89 Ἕτεροι δὲ] Lege ἕτερον δέ. ad aliud procedit argumentum: supra dixerat, ἓν μέν ἐστιν.
90 Νομᾷ SGerm. et ita semper in hoc cod. scribitur.
91 ἀπ' ἐκείνου δὲ etc.] Nimirum, vt Mamerci Aemilii diceretur. Sane apud Liuium lib. IV. mentio fit Mamerci Aemilii; cuius tres ibi dictaturae referuntur. Et apud Suetonium in Iulio Mamercus Aemilius eius propinquus nominatur. Ita initio libri septimi apud Liuium L. Aemilius consul nominatur, cognomento Mamercus. Alii Mamercinum (vt et alibi) legunt: quod probo. Est et apud Diodorum F. Aemilius Mamercus: aut potius Mamercinus. *Xylander.*
92 Αἰμιλίων SGerm.

κίοις ὀνομασθῆναί φασιν, οὕτως ὑποκοριζομένου τοῦ βασιλέως τὴν ἐν τοῖς λόγοις τοῦ ἀνδρὸς αἱμυλίαν καὶ χάριν. αὐτοὶ δ᾽ ἀκηκόαμεν πολλῶν ἐν Ῥώμῃ διεξιόντων, ὅτι Ῥωμαίοις ποτὲ χρησμοῦ [93] *γενομένου τὸν φρονιμώτατον καὶ τὸν ἀνδρειότατον Ἑλλήνων ἱδρύσασθαι παρ᾽ αὐτοῖς, ἔστησαν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς εἰκόνας χαλκᾶς δύο, τὴν μὲν Ἀλκιβιάδου, τὴν δὲ Πυθαγόρου. ταῦτα μὲν οὖν ἀμφισβητήσεις ἔχοντα πολλάς, καὶ τὸ κινεῖν διὰ μακροτέρων, καὶ τὸ πιστεύεσθαι, μειρακιώδους ἐστὶ φιλονεικίας.*

9. *Νουμᾶ δὲ καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων, οὓς Ποντίφικας καλοῦσι, διάταξιν καὶ κατάστασιν ἀποδιδόασι* [94], *καὶ φασιν αὐτὸν ἕνα τούτων τὸν πρῶτον γεγονέναι. κεκλῆσθαι δὲ τοὺς Ποντίφικας, οἱ μὲν ὅτι τοὺς θεοὺς θεραπεύουσι* [95], *δυνατοὺς καὶ κυρίους ἁπάντων ὄντας. ὁ γὰρ δυνατὸς ὑπὸ Ῥωμαίων ὀνομάζεται ποτήνς* [96]· *ἕτεροι δέ φασι πρὸς ὑπεξαίρεσιν γεγονέναι τοὔνομα τῶν δυνατῶν* [97], *ὡς τοῦ νομοθέ-*

ciis inſertam nomen referunt traxiſſe, regemque blando eo nomine expreſſiſſe illius in dicendo lepores et venuſtatem. Nos etiam Romae ex multis accepimus, quum narrarent ex oraculo, quod olim iuſſerat Romanis, vt ſapientiſſimo et fortiſſimo inter Graecos ſtatuas apud ſe locarent, duas aeneas in foro poſuiſſe, vnam Alcibiadis, alteram Pythagorae. Verum haec ambiguitatis ſunt plena, quae certe ſtultae ſit pertinaciae prolixius agitare, vel adſtruere.

Iam etiam ſacerdotum, quos pontifices vocant, adſcribunt ordines et primordium Numae, aiuntque ipſum inter eos pontificem maximum fuiſſe: inde ducto vocabulo, (vt nonnulli volunt) quod Deos curent, qui poteſtatem et arbitrium habent omnium rerum. Sunt qui a dictione, Poſſe deducant, exemptis quibuſdam literis, praecipiente ſacerdotibus legislatore, ſacrificia

93 *ὅτι ποτὲ Ῥωμαίους χρησμοῦ* Vulcob. *ὅτι χρησμοῦ ποτε Ῥωμαίοις γεν.* SGerm.

94 *ἀποδιδόασιν* SGerm. *ἀποδιδοῦσι* Vulcob.

95 *θεραπεύουσι* SGerm. nam in vulgatis *ν* additum legitur.

96 *ποντ* (ſic) idem.

97 *Τῶν δυνατῶν*] Haec mens loci: Pontifices inde nomen ſumſiſſe, quod res ſolum quae in poteſtate ipſorum eſſent, peragere tenerentur. Legendum itaque videtur, *πρὸς ὑπεξαίρεσιν*

apertas, demonſtrauit. Nam vbi ab amicis accepit, non probari facta ſua plebi, non eſt cum iis luctatus, neque ſtomachatus, ſed confeſtim nocte adhuc, magna manu contracta fabrorum, diruit domum, et funditus totam diſſipauit. Id luce populo, qui conuenerat, adſpicienti, amabilis quidem viſa eſt et rara illius viri magnitudo animi: verum domum doluerunt ablatam, atque illius amplitudinem, quae vrbi erat decori, ſicut hominis, per inuidiam immerito euerſae, deſiderauerunt. Doluerunt etiam vicem conſulis, velut penatium inopis, apud alios habitantis. Diuerterat enim ad amicos Valerius, dum ei aream dedit populus, et aedificium exſtruxit priore demiſſius, vbi nunc delubrum eſt, quem Vicum publicum appellant. Vt autem non ſe modo, ſed conſulatum quoque pro terrifico placidum et gratum redderet populo, faſcibus

79 κατέβαλε τὴν οἰκίαν] Valer. Max. lib. IV. cap. 1. *Cruſer.*

80 καὶ ποθεῖν] Hinc delenda ſunt ad διὰ. Anonym.

81 μετριωτέραν] Valde diuerſa, vel potius omnino contraria eſt quorundam veterum codicum lectio, μετεωροτέραν videlicet. [ita Vulcob. Bodl. 1. 2. 3.] Si enim erat μετεωροτέρα, non μετριωτέρα erat, ſed contra μεγαλοπρεπεστέρα. Sed quae ſequuntur, lectionem, quae in textu eſt, comprobant. *H. Steph.* Lectionem μετεωροτέραν dedit Iuntina, μετριωτέραν Aldina.

82 Οὐΐκος πόπλικος] Reducenda eſt vetus lectio, Οὐΐκας πόκας. [vti dant Vulcob. Anon. Bodl. 1. 2. 3. et Iuntina. vulgata ex Aldina

τοὺς τε πελέκεις ἀπέλυσε τῶν ῥάβδων, αὐτάς τε τὰς ῥάβδους εἰς ἐκκλησίαν παριὼν, ὑφῆκε τῷ δήμῳ καὶ κατέκλινε, μέγα ποιῶν τὸ πρόσχημα τῆς δημοκρατίας. καὶ τοῦτο μέχρι νῦν διαφυλάττουσιν οἱ ἄρχοντες. ἐλάνθανε δὲ τοὺς πολλοὺς οὐχ ἑαυτὸν, ὡς ᾤοντο, ποιῶν [83] ταπεινὸν [84], ἀλλὰ τὸν φθόνον τῇ μετριότητι ταύτῃ καθαιρῶν καὶ κολούων [85]. αὐτῷ δὲ προστιθεὶς τοσοῦτον μέγεθος δυνάμεως, ὅσον ἀφαιρεῖν ἐδόκει τῆς ἐξουσίας, ὑποδυομένου μεθ' ἡδονῆς αὐτῷ τοῦ δήμου, καὶ φέροντος ἑκουσίως. ὥστε καὶ Ποπλικόλαν ἀνηγόρευσεν αὐτόν· σημαίνει δὲ τοὔνομα [86] Δημοκηδῆ· καὶ τοῦτο μᾶλλον ἴσχυσε τῶν ἀρχαίων ὀνομάτων, ᾧ καὶ ἡμεῖς χρησόμεθα τὸν λοιπὸν βίον τοῦ ἀνδρὸς ἱστοροῦντες.

II. Ὑπατείαν μὲν γὰρ [87] ἔδωκε μετιέναι καὶ παραγγέλλειν τοῖς βουλομένοις· πρὸ δὲ τῆς καταστάσεως τοῦ συνάρχοντος, οὐκ εἰδὼς τὸν γενησόμενον, ἀλλὰ [88] δεδιὼς ἀντίπραξιν ὑπὸ φθόνου τινὸς, ἢ ἀγνοίας, ἐχρήσατο τῇ μοναρχίᾳ πρὸς τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν πολι-

faſcibus detraxit ſecures. Ipſas etiam ad concionem accedens depreſſit faſces et populo ſubmiſit, ſpeciem maieſtatis addens principatui populari: idque conſules ad noſtram vſque memoriam obſeruant. At non animaduertit multitudo, non facere illum ſe, vt arbitrabatur, ſubmiſſiorem, ſed inuidiam ea moderatione depellere et imminuere, atque in tantum ſuas amplificare opes, quantum detrahere videbatur de licentia: coluitque libens eum populus et tulit volens, vt etiam Poplicolam appellauerit. Atque ex priſcis eius nominibus hoc magis inualuit, quo nos etiam in reliqua vita eius deſcribenda vtemur.

Ad conſulatus quidem petitionem admiſit quemuis. Caeterum priusquam ſubrogaretur ſibi collega, euentus ignarus, metuenſque, ne collega ex inuidia vel inſcitia ſibi repugnaret, ſolus ſumma poteſtate ad optimas et praeſtantiſſimas actiones vſus

Aldina in libros excuſos immigrauit.] Liuius, Vicae potae; Lapus, *Vicas poſcas.*

83 Ποιοῦντα ταπεινὸν] Recte omn. Bodl. ποιῶν ταπεινόν.

84 ταπεινῶν Anonym.

85 κωλύων Iuntina ſola.

86 τοὔνομα τοῦτο Bodl. 1. 2.

87 ὑπατείας γὰρ iidem.

88 ἀλλὰ καὶ iidem.

89 ἀπει-

τευμάτων. πρῶτον μὲν γὰρ ἀνεπλήρωσε τὴν βουλὴν ὀλιγανδροῦσαν. ἐτεθνήκεσαν γὰρ οἱ μὲν ὑπὸ Ταρκυνίου πρότερον, οἱ δ' ἔναγχος ἐν τῇ μάχῃ. τοὺς δ' ἐγγραφέντας ὑπ' αὐτοῦ λέγουσιν ἑκατὸν ἑξήκοντα καὶ τέσσαρας γεγενῆσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα νόμους ἔγραψεν, ὧν μάλιστα μὲν ἰσχυροὺς ἐποίησε τοὺς πολλοὺς ὁ τὸν δῆμον ἀπὸ τῶν ὑπάτων τῷ φεύγοντι δίκην ἐπικαλεῖσθαι διδούς· δεύτερος, ὁ τοὺς ἀρχὴν λαβόντας, ἣν ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀποθνήσκειν κελεύων· τρίτος δὲ μετὰ τούτους, ὃς ἐβοήθησε τοῖς πένησιν, ὃ τὰ τέλη τῶν πολιτῶν ἀφεῖλε, καὶ προθυμότερον ἅπτεσθαι τῶν ἐργασιῶν ἐποίησεν ἅπαντας. ὁ δὲ γραφεὶς κατὰ τῶν ἀπειθούντων τοῖς ὑπάτοις, οὐχ ἧττον ἔδοξε δημοτικὸς εἶναι, καὶ πρὸς τῶν πολλῶν μᾶλλον, ἢ δυνατῶν, γεγράφθαι. ζημίαν γὰρ ἀπειθίας[89] ἔταξε βοῶν πέντε καὶ δυοῖν προβάτων ἀξίαν. ἦν δὲ τιμὴ μὲν προβατίου ὀβολοὶ δέκα, βοὸς δὲ ἑκατόν· οὔπω νομίσματι χρωμένων πολλῷ τότε Ῥωμαίων, ἀλλὰ προβατείαις καὶ κτηνοτροφίαις εὐθηνούντων[90]. διὸ καὶ τὰς οὐσίας ἄχρι νῦν ἀπὸ τῶν προβάτων πεκούλια[91] καλοῦσι, καὶ τῶν νο-

vsus est. Primum igitur Senatum, qui fuerat ad paucitatem redactus, suppleuit. Nam partim Tarquinii regno ante, partim nuper in acie occubuerant. Quos hic adscripsit, centum sexaginta quatuor memorant fuisse. Leges deinde tulit, ex quibus vim populi maxime intendit, illa de prouocatione rei aduersus consules ad populum: altera de sacrando capite eius, qui magistratum absque populi suffragiis cepisset: mox tertia, quae succurrit inopibus, atque ea vectigali ciues subleuauit, effecitque, vt acrius incumberent opificiis. Illa etiam, quam tulit aduersus eos, qui consulibus non parerent, nihilo secius visa popularis est, atque in gratiam potius plebis, quam principum, lata. Siquidem mulctam ei, qui dicto audiens non esset, quinque bobus dixit et duabus ouibus valentem. Ouis erat pretium decem oboli, bouis centum, quod infrequens esset id temporis nummi apud Romanos vsus, sed pecudibus et armentis abundarent. Vnde facultates suas etiamnum a pecudibus peculium nominant: et vetustissime nummi

89 ἀπειθείας Bodl. 1. 2. 3. Iunt.
90 εὐθενούντων Vulcob. Iunt.
91 πεκούνια Bodl. 1. 2.

μισμάτων τοῖς παλαιοτάτοις βοῦν ἐπεχάραττον, ἢ πρόβατον, ἢ σῦν. ἐτίθεντο δὲ καὶ παισὶν αὐτῶν, Συίλλους, καὶ Βουβόλκους, καὶ Καπραρίους, ὀνόματα, καὶ Πορκίους. κάπρας μὲν, τὰς αἶγας, πόρκους δὲ, τοὺς χοίρους ὀνομάζοντες.

12. Οὕτω δὲ περὶ [92] ταῦτα δημοτικὸς γενόμενος νομοθέτης καὶ μέτριος, ἐν τῷ μετρίῳ τὴν τιμωρίαν ὑπερέτεινεν. ἔγραψε γὰρ νόμον, ἄνευ κρίσεως κτεῖναι τὸν βουλόμενον τυραννεῖν· κτείναντα δὲ, φόνου καθαρὸν ἐποίησεν, εἰ παράσχοιτο τοῦ ἀδικήματος τοὺς ἐλέγχους. ἐπεὶ γὰρ οὐ δυνατὸν ἐπιχειροῦντα τηλικούτοις λαθεῖν ἅπαντας, οὐκ ἀδύνατον δὲ τὸν [93] μὴ λαθόντα τοῦ κριθῆναι φθάσαι κρείττονα γενόμενον, ἣν ἀναιρεῖ τὸ ἀδίκημα κρίσιν, προλαβεῖν ἔδωκε τῷ δυναμένῳ κατὰ τοῦ ἀδικοῦντος. ἐπῃνέθη δὲ καὶ διὰ τὸν ταμιευτικὸν νόμον. ἐπεὶ γὰρ ἔδει χρήματα εἰς τὸν πόλεμον εἰσενεγκεῖν ἀπὸ τῶν οὐσιῶν τοὺς πολίτας, οὔτ' αὐτὸς ἅψασθαι τῆς οἰκονομίας, οὔτε φίλους ἐάσαι βουλόμενος, οὔθ' ὅλως εἰς οἶκον ἰδιώτου παρελθεῖν δημόσια χρήματα, ταμιεῖον μὲν ἀπέδειξε τὸν τοῦ Κρόνου ναὸν, ᾧ μέχρι νῦν χρώμενοι διατελοῦσι· ταμίας δὲ τῷ

nummi boue, vel oue fuerunt ſignati, filiiſque ſuis Suillis, Bubulcis, Caprariis, Porciis nomina indebant.

Quum in his legislatorem ſe adeo popularem praebuiſſet et moderatum, ea in moderatione poenam ſupra modum intendit. Tulit enim legem de interficiendo indicta cauſa eo, qui regni occupandi iniſſet conſilia: percuſſori impunitatem dedit, ſi indicia ſceleris demonſtraſſet. Quia enim qui res molitur tantas, facere non poſſit, vt omnes lateat: fieri autem poſſit, vt qui non latuerit, iudicium potentia praeueniat, cognitionis, quam eripit ſcelus, anticipandae ei, cui facultas eſſet, ius fecit aduerſus ſceleratos. Iam lex etiam de quaeſtoribus habuit commendationem. Quum eſſet enim ad bellum collatione ſtipendii opus pro facultatibus ciuium, quod pecuniam neque tractare ipſe vellet, neque permittere amicis, nec vero vt omnino in tecta priuata pecunia publica deferretur, attribuit aerario templum Saturni, quo ad noſtram vſque aetatem vtuntur, populoque con-

ceſſit,

92 δὲ καὶ περὶ iidem. 93 deeſt τὸ Bodl. 1.2.

94 Ὁράτιος

δήμῳ δύο τῶν νέων ἔδωκεν ἀποδεῖξαι, καὶ ἀπεδείχθησαν οἱ πρῶτοι, Πούπλιος Οὐετούριος καὶ Μινούκιος Μάρκος, καὶ χρήματα συνήχθη πολλά. τρισκαίδεκα γὰρ ἀπεγράψαντο μυριάδες, ὀρφανοῖς παισὶ καὶ χήραις γυναιξὶν ἀνεθείσης τῆς εἰσφορᾶς. ταῦτα δὲ διοικήσας, ἀπέδειξεν ἑαυτῷ συνάρχοντα τὸν Λουκρητίας πατέρα, Λουκρήτιον· ᾧ τῆς ἡγεμονικωτέρας ἐξιστάμενος ὄντι πρεσβυτέρῳ τάξεως, παρέδωκε τοὺς καλουμένους φάσκης, καὶ τοῦτο διέμεινεν εἰς ἡμᾶς τὸ πρεσβεῖον ἀπ' ἐκείνου τοῖς γεραιτέροις φυλαττόμενον. ἐπεὶ δ' ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον ἐτελεύτησεν ὁ Λουκρήτιος, πάλιν ἀρχαιρεσιῶν γενομένων, ᾑρέθη Μάρκος Ὡράτιος [94], καὶ συνῆρχε τῷ Ποπλικόλᾳ τὸν ὑπολειπόμενον χρόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ.

13. Ταρκυνίου δὲ Ῥωμαίοις δεύτερον πόλεμον ἐν Τυῤῥηνίᾳ κινοῦντος, μέγα σημεῖον λέγεται γενέσθαι· βασιλεύων γὰρ ἔτι, καὶ τὸν νεὼν τοῦ Καπιτωλίου Διὸς ἔχων ὁ Ταρκύνιος ὅσον οὔπω συντετελεσμένον, εἴτε μαντείας γενομένης, εἴτ' αὐτῷ δόξαν ἄλλως, ἅρμα κατὰ κορυφὴν ἐπιστῆσαι κεραμεοῦν, ἐξέδωκε Τυῤῥηνοῖς τισιν ἐξ Οὐηΐων δημιουργοῖς, εἶτ' ὀλίγον ὕστερον ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς. τῶν δὲ Τυῤ-

cessit, vt duos quaestores ex iuuenibus crearet. Creati primi Publ. Veturius et Marc. Minutius. Ingens vis est pecuniae coacta. Censiti fuere centum triginta millia. Orbis viduisque gratia facta tributi pendendi. His dispensatis, collegam subrogauit Lucretiae patrem Lucretium: cui maiori natu priorem locum concedens, tradidit fasces. Inde haec praerogatiua hucvsque grandioribus aetate est conseruata. Quo intra paucos dies defuncto, comitiis iterum habitis, suffectus est Marcus Horatius, atque hic reliquum anni collega Poplicolae fuit.

At Tarquinio alterum bellum populo Romano ex Hetruria mouente, fama est, magnum factum portentum. Aedem Iouis in Capitolio, dum regnaret adhuc, quum tantum non consummasset Tarquinius, oraculo monitus, an suo ipsius forte consilio, currum figulinum Tuscis opificibus ciuibus Veientibus imponendum fastigio locauit. Post aliquanto regno est exactus. Ea quadriga

94 Ὁράτιος Anon. sic alibi scribendum.

 95 ἐνδόντα

ῥηνῶν διαπεπλασμένον τὸ τέθριππον ἐμβαλόντων εἰς κάμινον, οὐκ ἔπαθεν, ἃ προσῆκε πάσχειν πηλὸν ἐν πυρὶ, πυκνοῦσθαι καὶ συνιζάνειν, ἐκτηκομένης τῆς ὑγρότητος, ἀλλ' ἐξέστη καὶ ᾤδησε· καὶ μέγεθος ἔσχεν ἅμα ῥώμῃ καὶ σκληρότητι τοσοῦτον, ὥστε μόλις ἐξαιρεθῆναι, τὴν ὀροφὴν ἀποσκευασαμένων τῆς καμίνου, καὶ τῶν τοίχων περιαιρεθέντων. ὡς οὖν ἐδόκει τοῖς μάντεσι θεῖον εἶναι σημεῖον εὐτυχίας καὶ δυνάμεως, παρ' οἷς ἔσοιτο τὸ τέθριππον, ἔγνωσαν οἱ Οὐήϊοι μὴ προέσθαι τοῖς Ῥωμαίοις ἀπαιτοῦσι, καὶ ἀπεκρίναντο τοσοῦτον· Ταρκυνίῳ, οὐ τοῖς Ταρκύνιον ἐκβαλοῦσι προσήκει. ὀλίγαις δ' ὕστερον ἡμέραις ἦσαν ἵππων ἀγῶνες αὐτοῖς, καὶ τὰ μὲν ἄλλα θέαν καὶ σπουδὴν εἰωθυῖαν παρεῖχε· τὸ δὲ νικῆσαν τέθριππον ὁ μὲν ἡνίοχος ἐξήλαυνε τοῦ ἱπποδρόμου σχέδην ἐστεφανωμένος, οἱ δ' ἵπποι πτοηθέντες ἀπ' οὐδεμιᾶς ἐμφανοῦς προφάσεως, ἀλλὰ κατά τι δαιμόνιον, ἢ τύχην, ἵεντο παντὶ τάχει πρὸς τὴν Ῥωμαίων πόλιν ἔχοντες τὸν ἡνίοχον· ὡς δ' οὐδὲν ἦν ἔργον αὐτοῦ κατατείνοντος, οὐδὲ παρηγοροῦντος, ἀλλ' ἥρπαστο, δόντα[95] τῇ ῥύμῃ[96], καὶ φερόμενον, ἄχρις οὗ τῷ Καπι-

driga quum Tuſci figuratam immiſiſſent in fornacem, quod lutum ſolet, in igne non ſpiſſata eſt, neque reſoluto humore adſtricta: ſed exſurrexit et creuit, atque in tantam molem tamque ſolidam et firmam exiuit, vt fornacis ablato culmine et parietibus deiectis aegre educeretur. Id quia vatibus viſum eſt coeleſte felicitatis et potentiae prodigium iis, penes quos ea quadriga foret, ſtatuerunt repetentibus Romanis non tradere eam Veientes, ac tantum reſponderunt, ad Tarquinium quadrigam, non ad Tarquinii ſpectare expulſores. Mox ludis Equeſtribus, quum ſpectaculum alias ageretur aſſueta ſolemnitate, victricem quadrigam agitator coronatus ſenſim exigebat circo. Ibi equi ab nulla conſternati euidenti cauſa, ſed ex neſcio qua diuina incitatione, vel caſu, effuſo curſu Romam rapto ſecum contenderunt agitatore. Nec quicquam adducendis habenis, vel demulcendis profecit equis, verum arripuerunt vi victum et ablatum, dum iuxta Capitolium

95 ἐνδόντα Anonym.
96 τῇ ῥύμῃ] Editiones priores habent ῥώμῃ: pro quo datiuo repoſui datiuum ῥύμῃ: quod et

τωλίῳ προσμίξαντες, ἐξέβαλον αὐτὸν ἐνταῦθα περὶ [97] τὴν πύλην, ἣν νῦν Ῥατουμέναν καλοῦσι [98]. γενομένου δὲ τούτου [99], θαυμάσαντες οἱ Οὐήϊοι καὶ φοβηθέντες, ἐπέτρεψαν τὸ ἅρμα ἀποδοῦναι τοῖς τεχνίταις.

14. Τὸν δὲ νεὼν τοῦ Καπιτωλίου Διὸς εὔξατο μὲν ἀναθήσειν Ταρκύνιος ὁ Δημαράτου πολεμῶν Σαβίνοις, ᾠκοδόμησε δὲ Ταρκύνιος ὁ Σούπερβος, υἱὸς ὢν ἢ υἱωνὸς τοῦ εὐξαμένου [100]. καθιερῶσαι δ' οὐκ ἔφθασεν, ἀλλὰ μικρὸν ἀπελείπετο τοῦ τέλος [1] ἔχειν, ὅτε Ταρκύνιος ἐξέπιπτεν. ὡς οὖν ἀπείργαστο τελέως, καὶ τὸν προσήκοντα κόσμον ἀπεῖχεν, ἦν τῷ Ποπλικόλᾳ φιλοτιμία πρὸς τὴν καθιέρωσιν. ἐφθόνουν δὲ πολλοὶ τῶν δυνατῶν, καὶ ἤχθοντο ταῖς μὲν ἄλλαις τιμαῖς ἧττον, ἃς νομοθετῶν καὶ στρατηγῶν ἐκ προσηκόντων ἔσχε· ταύτην δ' οὖσαν ἀλλοτρίαν οὐκ ᾤοντο δεῖν

pitolium ad portam, quam nunc Ratumenam vocant, effuderunt eum. Quo facto Veientes obstupefacti metuque perculsi, permiserunt artificibus, vt currum restituerent.

Templum Iouis Capitolini Tarquinius, Demarati filius, in bello, quod gessit cum Sabinis, vouerat. Id Tarquinius Superbus, eius, qui vouerat, filius vel nepos, exstruxit: non dedicauit tamen, sed erat pene absolutum, quum Roma pelleretur. Vt iam vndequaque perfectum et decenti specie fuit exstructum, affectauit id Poplicola dedicare. Caeterum aemulati ex primoribus multi minus quidem caeteris eius honoribus, quos ex promulgatis legibus et bellis perpetratis fuerat merito consequutus, verum alienum hunc non duxerunt ei tri-

et magis sententiae huius loci conuenire videatur, et datiuum illum ῥώμῃ ex praecedentibus verbis τὴν Ῥωμαίων πόλιν sumtum esse verisimile sit. *H. Steph.*

97 παρὰ Vulcob.

98 περὶ τὴν πύλην, ἣν νῦν Ῥατουμέναν καλοῦσι] Sic et Plinius habet lib. VIII. cap. 42. hoc factum commemorans: et Sext. Pompeius lib. XVI. *Xylander.* Ῥατουμίναν Bodl. 1. 2.

99 γενομένου δὲ τούτου, etc.] Eutrop. lib. I. de G. R. *Cruser.*

100 υἱὸς ὢν ἢ υἱωνὸς τοῦ εὐξαμένου] Non otiose hoc dixit. Nam et Liuius fatetur dubitari, filiusne, (vt ipse putat) an vero nepos Prisci Superbus fuerit. Posterius ostendit multis rationibus Dionysius Halicarn. lib. IV. *Xylander.*

1 τέλους Bodl. 1. 2. Iunt. Ald.

2 στρατη-

αὐτῷ προσγενέσθαι, καὶ τὸν Ὡράτιον προετρέποντο καὶ παρώξυνον ἀντιποιεῖσθαι τῆς καθιερώσεως. γενομένης οὖν τῷ Ποπλικόλα στρατείας [2] ἀναγκαίας, ψηφισάμενοι τὸν Ὡράτιον καθιεροῦν, ἀνῆγον εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὡς οὐκ ἂν ἐκείνου περιγενόμενοι παρόντος. ἔνιοι δέ φασι, κλήρῳ [3] τῶν ὑπάτων λαχεῖν ἐκεῖνον ἐπὶ τὴν στρατείαν ἄκοντα, τοῦτον δ' ἐπὶ τὴν καθιέρωσιν [4]. ἔξεστι δὲ περὶ τούτων ὡς ἔσχεν εἰκάζειν τοῖς πραχθεῖσι περὶ τὴν καθιέρωσιν. εἰδοῖς οὖν Σεπτεμβρίαις, ὃ συντυγχάνει περὶ τὴν πανσέληνον μάλιστα τοῦ Μεταγειτνιῶνος [5], ἠθροισμένων ἁπάντων εἰς τὸ Καπιτώλιον, ὁ μὲν Ὡράτιος, σιωπῆς γενομένης, τά τ' ἄλλα δράσας, καὶ τῶν θυρῶν ἀψάμενος, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐπεφθέγγετο τὰς νενομισμένας ἐπὶ τῇ καθιερώσει φωνάς. ὁ δ' ἀδελφὸς τοῦ Ποπλικόλα Μάρκος, ἐκ πολλοῦ παρὰ τὰς θύρας ὑφεστὼς, καὶ παραφυλάττων τὸν καιρὸν· [6] Ὦ ὕπατε, εἶπεν, ὁ υἱός σου τέθνηκεν ἐν τῷ στρατοπέδῳ νοσήσας. τοῦτο πάντας ἠνίασε τοὺς ἀκούσαντας· ὁ δ' Ὡράτιος οὐδὲν διαταραχθεὶς, ἀλλ' ἢ τοσοῦτον μόνον

ei tribuendum; hortatique ſunt ac ſtimulauerunt Horatium, hanc vt ambiret dedicationem. Quum autem Poplicolae neceſſitas incumberet expeditionis, conceſſa ex plebiſcito Horatio dedicatio eſt, eumque duxerunt in Capitolium, tanquam non futuri ſuperiores, ſi praeſens ille eſſet. Alia fama eſt, ſortitis conſulibus, Poplicolae prouinciam inuito eueniſſe, alteri dedicationem. Verum quo pacto ſe res haec habuerit, coniicias licet ex geſtis in dedicatione. Idibus itaque Septembribus, quod tempus incidit potiſſimum in plenilunium menſis, quem vocant Athenienſes Metagitniona, quum in Capitolium omnes conueniſſent, dum Horatius ſilentio facto et reliquis perpetratis, poſtem de more tenens effatur ſolemnem dedicationis precationem, Marcus Poplicolae frater, qui diu oſtio adſtiterat captans occaſionem, Filius tuus, conſul, in caſtris ex morbo periit. Torſit id omnes aſſiſtentes, at Horatius nihil commotus, ſed tantum fatus, Cadauer

2 στρατηγίας Iuntina. 3 pro κλήρῳ dat πληρουμένων εἰδοῖς Bodl. 1. 2. Anonym. 4 καθιέρωσιν] hinc deſunt ad 5 μεταγειτνιῶντος Iunt. Ald. 6 ὅπου

εἰπών· Ῥίψατε τοίνυν τὸν νεκρὸν, ὅποι [6] βούλεσθε, ἐγὼ γὰρ οὐ προσίεμαι τὸ πένθος· ἐπέραινε τὴν λοιπὴν καθιέρωσιν. ἦν δὲ τὸ προσηγγελμένον οὐκ ἀληθὲς, ἀλλ' ὁ Μάρκος, ὡς ἀποστήσων τὸν Ὡράτιον, ἐψεύσατο. θαυμαστὸς οὖν ὁ ἀνὴρ τῆς εὐσταθείας, εἴτε τὴν ἀπάτην ἐν καιρῷ βραχεῖ συνεῖδεν, εἴτε πιστευθεὶς ὁ λόγος οὐκ ἐκίνησεν αὐτόν.

15. Ἔοικε δὲ καὶ περὶ τὸν δεύτερον ναὸν ὁμοία τύχη γενέσθαι τῆς καθιερώσεως. τὸν μὲν γὰρ πρῶτον [7], ὡς εἴρηται, Ταρκυνίου κατασκευάσαντος, Ὡρατίου δὲ καθιερώσαντος, ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις πῦρ ἀπώλεσε· τὸν δὲ δεύτερον ἀνέστησε μὲν [8] Σύλλας, ἐπεγράφη δὲ τῇ καθιερώσει Κάτουλος, Σύλλα προαποθανόντος. τούτου δὲ πάλιν ἐν ταῖς κατὰ Οὐιτέλλιον στάσεσι διαφθαρέντος, τρίτον [9] τῇ πρὸς τἄλλα, καὶ τοῦτο [10] χρησάμενος εὐποτμίᾳ Οὐεσπεσιανὸς, ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους ἀναγαγὼν ἐπεῖδε γενόμενον, καὶ φθειρόμενον μετ' ὀλίγον οὐκ ἐπεῖδεν, ἀλλὰ τοσοῦτον εὐτυχίᾳ Σύλλαν παρῆλθεν, ὅσον ἐκεῖνον μὲν τῆς ἀφιερώσεως τοῦ ἔργου, τοῦτον δὲ τῆς ἀναιρέσεως

Cadauer quo vultis efferte, ego luctum non accipio, reliquam dedicationem peregit. Is nuntius verus non erat, ſed vt auerteret Horatium, fuerat Marcus eum ementitus. Memorabilis viri illius conſtantia, ſiue dolum momento intellexit, ſiue nuntio quamuis fidem habuerit, non fuit tamen permotus.

Par euentus videtur in ſecundo dedicando templo fuiſſe. Nam primum quod Tarquinius (vt iam dictum eſt) condidit, et dedicauit Horatius, incendium bellis ciuilibus abſumpſit. Secundum excitauit Sylla, ſed Catulus, Sylla fato praeuento, eſt dedicationi praeſcriptus. Quod quum iterum bellis inteſtinis Vitellianis deflagraſſet, tertium cum alia vſus felicitate, tum hac Veſpaſianus ab initio vidit perductum ad finem, concidens paulo poſt non vidit: verum hactenus Syllam ſuperauit felicitate, quatenus ille conſecrationem templi ab ſe aedificati, hic interitum morte praeuenit.

6 ὅπου Bodl. 1.2. ῥίψατε τὸν νεκρὸν τοίνυν ὅποι Iuntina, Aldina. 7 τὸν μὲν γὰρ πρῶτον etc.] Appian. Belli ciuil. lib. I. *Cruſer.*

8 ἀνέστησεν ὁ Bodl. 1.2.

9 τὸν τρίτον Vulcob.

10 ἐν τούτῳ Anonym.

11 τούτων

προαποθανεῖν. ἅμα γὰρ τῷ τελευτῆσαι Οὐεσπεσιανὸν, ἐνεπρήσθη τὸ Καπιτώλιον. ὁ δὲ τέταρτος οὗτος ὑπὸ Δομετιανοῦ καὶ συνετελέσθη καὶ καθιερώθη. λέγεται δὲ Ταρκύνιον εἰς τοὺς θεμελίους ἀναλῶσαι λίτρας ἀργυρίου τετρακισμυρίας· τούτου [11] δὲ τοῦ καθ' ἡμᾶς, τὸν μέγιστον ἐν Ῥώμῃ τῶν ἰδιωτικῶν πλούτων [12] ἐκλογισθέντα [13] ἐς τὸ τῆς χρυσώσεως μὴ τελέσαι ἀνάλωμα, πλέον ἢ δισχιλίων καὶ μυρίων ταλάντων γενόμενον. οἱ δὲ κίονες ἐκ τοῦ Πεντέλησιν ἐτμήθησαν λίθου [14], κάλλιστα τῷ πάχει πρὸς τὸ μῆκος ἔχοντες· εἴδομεν γὰρ αὐτοὺς Ἀθήνησιν. ἐν δὲ [15] Ῥώμῃ πληγέντες αὖθις καὶ ἀναξυσθέντες, οὐ τοσοῦτον ἔσχον γλαφυρίας, ὅσον ἀπώλεσαν συμμετρίας, τοῦ καλοῦ διάκενοι καὶ λαγαροὶ φανέντες. ὁ μέντοι θαυμάσας τοῦ Καπιτωλίου τὴν πολυτέλειαν, εἰ μίαν εἶδεν ἐν οἰκίᾳ Δομετια-

praeuenit. Simul enim atque deceſſit Veſpaſianus, Capitolium hauſtum incendio eſt. Quartum hoc, ab Domitiano et conſummatum eſt et dedicatum. Dicitur in fundamenta impendiſſe Tarquinius quadraginta millia pondo argenti: at huius, quod nunc exſtat, vel maximas vnius priuati Romani reputatas opes non ſuppeditaſſe in deaurationem, in quam plus duodecim millia talentum exhauſta. Columnae ſunt ex marmore Pentelico exciſae, quarum elegantiſſime reſpondebat craſſitudini longitudo: eas enim vidimus Athenis. Nec deſecatis denuo expolitiſque tantum acceſſit venuſtatis, quantum deceſſit ſymmetriae, apparuitque exilibus redditis exhauſtus decor. At quibus facit Capitolii magnificentia admirationem, hi vnam ſi in Domitiani domo videant porticum,

11 τούτων Vulcob.

12 τὸν ἰδιωτικὸν, vel τοῦ ἰδιωτικοῦ πλούτου Vulcob. τὸν ἰδιωτικὸν πλοῦτον Bodl. 1. 2. Iuntina, τοῦ ἰδιωτικοῦ πλούτου Bodl. 3. τῶν ἰδιωτικῶν πλοῦτον Ald.

13 ἐκλογισθέντος Vulcob. ἐκλογισθέντα in ſingulari Iuntina et Aldina. vulgares dant ἐκλογισθέντας in accuſ. plur.

14 οἱ δὲ κίονες ἐκ τοῦ Πεντέλησιν ἐτμήθησαν λίθου] Pentele pagus eſt Atticae, vt docet Stephanus. Pauſanias lib. I. Deſcript. Graeciae, demonſtrat, eſſe montem Atticae Pentelicum, vbi ſint lapicidinae. Huius lapidis etiam Cic. ad Atticum meminit lib. I. de Hermis Pentelicis. Id propter Lapum et eius correctorem annotaui. *Xyl.*

15 ἔν τε Ῥ. Vulcob.

16 τὸ

νȣ͂ ϛοὰν, ἢ βασιλικὴν, ἢ βαλανεῖον, ἢ παλλακίδων δίαιταν, οἷόν ἐϛι τὸ λεγόμενον Ἐπιχάρμȣ [16] πρὸς τὸν ἄσωτον·

Οὐ φιλάνθρωπος τύ γ' ἐσσί [17]. ἔχεις νόσον. χαίρεις διδȣ́ς·

τοιȣ͂τον ἄν τι πρὸς Δομετιανὸν εἰπεῖν προήχθη· Οὐκ εὐσεβὴς, ȣ̓δὲ φιλότιμος τύ γ' ἐσσί· ἔχεις νόσον. χαίρεις κατοικοδομῶν· ὥσπερ ὁ Μίδας ἐκεῖνος, ἅπαντά σοι χρυσᾶ καὶ λίθινα βȣλόμενος γίνεσθαι. ταῦτα μὲν ȣ͂ν περὶ τȣ́των.

16. Ὁ δὲ Ταρκύνιος μετὰ τὴν μεγάλην μάχην, ἐν ᾗ καὶ τὸν υἱὸν ἀπώλεσε μονομαχήσαντα Βρȣ́τῳ, καταφυγὼν εἰς τὸ Κλȣ́σιον, ἱκέτευσε Κλάραν [18] Πορσήναν [19], ἄνδρα καὶ δύναμιν μεγίϛην ἔχοντα τῶν Ἰταλικῶν βασιλέων [20], καὶ δοκȣ͂ντα χρηϛὸν εἶναι καὶ φιλότιμον. ὁ δ' ὑπέσχετο βοηθήσειν [21], καὶ πρῶτον μὲν ἔπεμψεν εἰς

porticum, vel basilicam, vel balneum, vel pellicum diaetam; cuiuscemodi est Epicharmi ad profusum quendam dictum:

Non benignus es, habes morbum, gestis tu largiens:

consimile quid ad Domitianum cogantur dicere: Non tu quidem religiosus, nec magnificus es: morbo teneris, gaudes, quum in aedificia omnia profundas: qui, vt Midas ille, omnia tibi aurea fieri et gemmea cupis. Caeterum de his satis.

Tarquinius a magno illo conflictu, quo filium, qui solus fuerat cum Bruto congressus, amiserat, Clusium supplex ad Claram Porsenam perfugit, virum maxima potentia inter reges Italicos subnixum, et humanum, vti habebatur, magnanimumque. Hic auxilium ei pollicitus est: ac primum per

16 τὸ λεγόμενον Ἐπιχάρμȣ] De Epicharmo Diogenes Laërt. lib. V. et Suidas. *Cruser.*

17 Τύ γ' ἐσσὶ] Lege τύ γ' ἐσσ' ob versum trochaicum tetram. catalect. atque ita legendum Op. Mor. p. 905. vbi iterum occurrit.

18 Κλάραν] Recte Fl. Λάραν, quod probat Dacer. Liuius vocat Lartem Porsenam. [vti etiam Cruserius annotat, his verbis: Livius habet *Lartem*, id est regem.] Lapus *Laërtem*, errore typographico pro Lartem. Λάρτην Anonym. Aldina prima dedit vulgatam.

19 Πόρσιναν Bodl. 1. 2. 3. Iunt. Ald. constanter.

20 βασιλέα Bodl. 1. 2.

21 βοηθῆσαι idem.

22 ἀπὼν

Ῥώμην, κελεύων δέχεσθαι τὸν Ταρκύνιον· ὡς δ' οὐχ ὑπήκουσαν οἱ Ῥωμαῖοι, καταγγείλας αὐτοῖς πόλεμον, καὶ χρόνον, ἐν ᾧ, καὶ τόπον, εἰς ὃν ἔμελλεν ἐμβαλεῖν, ἀφίκετο μετὰ πολλῆς δυνάμεως. Ποπλικόλας δ' ᾑρέθη μὲν ἀπὼν [22] ὕπατος τὸ δεύτερον, καὶ σὺν αὐτῷ Τίτος Λουκρήτιος· ἐπανελθὼν δ' εἰς Ῥώμην, καὶ βουλόμενος τῷ φρονήματι πρῶτον ὑπερβαλέσθαι τὸν Πορσήναν, ἔκτιζε πόλιν Σιγλιουρίαν [23], ἤδη πλησίον αὐτοῦ ὄντος. καὶ τειχίσας μεγάλοις ἀναλώμασιν ἑπτακοσίους ἀποίκους ἀπέστειλεν, ὡς ῥᾳδίως φέρων καὶ ἀδεῶς τὸν πόλεμον. οὐ μὴν ἀλλὰ προσβολῆς ὀξείας τῷ τείχει γενομένης, ἐξεώσθησαν οἱ φύλακες ὑπὸ τοῦ Πορσήνα, καὶ φεύγοντες, ὀλίγου συνεσπάσαντο τοὺς πολεμίους εἰς τὴν πόλιν. ἔφθη δὲ πρὸ τῶν πυλῶν

per legatos a Romanis, vt reciperent Tarquinium, poſtulauit. Quod vbi abnuit populus, indicto ei bello, et quo tempore, in quemque locum inuaſurus eſſet denunciato, multis cum copiis mouit in eos. Id temporis Poplicola licet abſens iterum, et cum eo Tit. Lucretius, conſules facti. Poplicola regreſſus Romam, quo primum animo vinceret Porſenam, oppidum Sigliuriam, imminente iam eo, condidit. Quod cum grandi impenſa muniiſſet, miſit eo ſeptingentos colonos, quaſi floccifaceret et contemneret bellum. Caeterum acriter muros huius oppidi Porſena aggreſſus praeſidium eiecit, permixtique fugientibus hoſtes prope in vrbem eruperunt. Verum pro porta occurrit Poplicola

22 ἀπὼν] Ex vet. cod. additum fuit hoc participium: quod verbis proxime ſequentibus confirmatur. *H. Steph.* deeſt enim Iuntinae Aldinaeque. ἀπὸ Bodl. I. 2.

23 πόλιν Σιγλιουρίαν] Sic quidem eſt in Graeco: ſed non video, quid ſit Sigliuria. Suſpicor, Signiam fuiſſe ſcribendum. Non quidem neſcio, Tarquinium ſuperbum eius coloniae autorem a Liuio poni: ſed potuit vel alios autores ſecutus fuiſſe Plutarchus, vel ea colonia tum inſtaurari, vel augeri et corroborari a Poplicola. Equidem ad annum (vt ego et plerique numeramus) V. C. CCLIX. hoc eſt, decimo tertio poſt anno, Livius ſcribit, Signiam coloniam, quam rex Tarquinius deduxerat, ſuppleto numero colonorum iterum deductam eſſe. Apud Dionyſium Συγκήριον deducta colonia legitur, praeſidii cauſa contra Latinos et Hernicos, ſecundo Poplicolae conſulatu. *Xyl.* Σιγνίαν habet etiam Anonym.

24 περὶ

ἐκβοηθήσας ὁ Ποπλικόλας, καὶ μάχην συνάψας παρὰ [24] τὸν ποταμὸν, ἀντεῖχε πλήθει βιαζομένοις τοῖς πολεμίοις· ἄχρις οὗ τραύμασι νεανικοῖς περιπεσὼν, ἀπεκομίσθη φοράδην ἐκ τῆς μάχης. τὸ δ' αὐτὸ καὶ Λουκρητίου, τοῦ συνάρχοντος αὐτῷ, παθόντος, ἀθυμία τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέπεσε, καὶ φυγῇ πρὸς τὴν πόλιν ἔσωζον ἑαυτούς. ὠθουμένων δὲ τῶν πολεμίων διὰ τῆς ξυλίνης γεφύρας, ἐκινδύνευσεν ἡ Ῥώμη κατὰ κράτος ἁλῶναι. πρῶτος δὲ Κόκλιος Ὡράτιος, καὶ σὺν αὐτῷ δύο τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν, Ἑρμήνιος καὶ Λουκρήτιος [25], ἀντέστησαν περὶ τὴν ξυλίνην γέφυραν. ὁ δὲ Ὡράτιος τὸ Κόκλιος [26] ἐπωνυμίαν ἔσχεν, ἐν πολέμῳ τῶν ὀμμάτων θάτερον ἐκκοπείς· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσι, διὰ σιμότητα τῆς ῥινὸς ἐνδεδυκυίας, ὥστε μὴ εἶναι τὸ διορίζον τὰ ὄμματα, καὶ τὰς ὀφρῦς συγκεχύσθαι, Κύκλωπα βουλόμενοι καλεῖν αὐτὸν οἱ πολλοὶ, τῆς γλώττης ὀλισθαινούσης, ἐκράτησαν [27] ὑπὸ πλήθους Κόκλιον

Poplicola hoſtibus, commiſſaque iuxta amnem pugna, ſuſtinuit prementem multitudine hoſtem, quoad, multis vulneribus ſtrenue acceptis, ex proelio eſt ſublatus. Eadem fortuna collegae eius Lucretii fuit. Vnde perculſi Romani fuga ad vrbem ſalutem petierunt. Quum magno impetu hoſtes per pontem ſublicium ferrentur, Roma fuit pene vi capta. Ibi princeps Horatius Cocles, et duo primae nobilitatis viri, Hermenius et Lucretius, hoſtibus ſe in ponte obiecere. Horatius dictus Cocles cognomine fuit, quod alter oculus ei eſſet in bello excuſſus: vt nonnulli dictitant, quod ſimus eſſet, naſo ita depreſſo, nullum vt eſſet inter oculos interſtitium, et ſupercilia haberet commiſſa. Vnde vocare eum multitudo quum Cyclopem vellet, labente lingua obtinuit, vt diceretur a vulgo Cocles.

24 περὶ Vulcob.

25 Ἑρμήνιος καὶ Λουκρήτιος] Corrige ex Liuio et Dionyſio (quod viderunt omnes) Λάρτιος. Lucretius ſupra vulneratus exceſſiſſe pugna traditur. [ita etiam Xylandro viſum eſt, qui haec annotat: Malui Lartium, quam Lucretium, Liuium et Dionyſium ſequens: et videbatur eſſe menda, inculcato Lucretii nomine.]

26 Ὁ Κόκλιος] Omn. Bodl. Fl. et Ald. τὸ Κόκλιος: ſic p. 233. τὸ Σκαιόλαν. vel forte legendum poſtea, ἐπωνύμιον, vt initio Fabii παρωνύμιον vſurpatur.

27 Ἐκράτησαν] Lege, ἐκράτησεν;

καλεῖσθαι. ἔτος ἑςὼς πρὸ τῆς γεφύρας, ἠμύνετο τὲς πολεμίες, ἄχρις ἔ διέκοψαν οἱ σὺν αὐτῷ κατόπιν τὴν γέφυραν ἔτω δὲ μετὰ τῶν ὅπλων ἀφεὶς ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμὸν ἀπενήξατο, καὶ προσέμιξε τῇ πέραν ὄχθῃ, δόρατι Τυῤῥηνικῷ βεβλημένος τὸν γλετόν. ὁ δὲ Ποπλικόλας τὴν ἀρετὴν θαυμάσας, αὐτίκα μὲν εἰσηγήσατο, Ῥωμαίες ἅπαντας, ὅσην ἕκαςος ἐν ἡμέρᾳ τροφὴν ἀνήλισκε, δἔναι συνεισενεγκόντας, ἔπειτα τῆς χώρας, ἣν [28] αὐτὸς περιαρόσειεν ἐν ἡμέρᾳ. πρὸς δὲ τέτοις, εἰκόνα χαλκῆν ἔςησαν αὐτῷ ἐν τῷ ἱερῷ τἔ Ἡφαίςε, τὴν γενομένην ἐκ τἔ τραύματος τῷ ἀνδρὶ χωλότητα μετὰ τιμῆς παρηγορἔντες.

17. Ἐπικειμένε δὲ τἔ Πορσήνα τῇ πόλει, καὶ λιμὸς ἥπτετο τῶν Ῥωμαίων, καὶ Τυῤῥηνῶν ἕτερος ςρατὸς αὐτὸς καθ᾽ αὐτὸν εἰς τὴν χώραν ἐνέβαλε. Ποπλικόλας δὲ τὸ τρίτον ὑπατεύων, Πορσήνᾳ μὲν, ἀτρεμῶν καὶ φυλάττων τὴν πόλιν, ᾤετο δεῖν ἀντέχειν· τοῖς δὲ Τυῤῥηνοῖς ὑπεξῆλθε, καὶ συμβαλὼν ἐτρέψατο, καὶ πεντακισχιλίες αὐτῶν ἀνεῖλε. τὸ δὲ περὶ Μεκίον [29] εἴρηται μὲν ὑπὸ πολλῶν

Cocles. Hic positus in statione pontis, quoad eum socii a tergo rescidissent, sustinuit hostes. Inde armatus se in Tyberim misit, atque incolumis ad vlteriorem ripam tranauit, iaculo Hetrusco in natibus ictus. Cuius virtutem Poplicola admiratus statim tulit ad populum, vt quisque ex Quiritibus cibaria ei vnius diei conferret, deinde donarent, quantum agri vno die circumarasset. Ad haec statuam aeneam ei in aede Vulcani posuerunt. Eo honore contractam ex vulnere clauditatem leniuere.

Dum Porsena vrbem premit, infestauit insuper Romanos fames, et Tuscorum alter exercitus per se agrum populatus est. Poplicola vero tertium consul, obsistere Porsenae statuit quiescendo et vrbem tuendo. In Hetruscos copias eduxit occulte, eosque acie fudit, interfectis quinque millibus. At factum C. Mutii a multis, sed diuersimode celebratum

τησεν, *obtinuit, vt Cocles a pluri- mis diceretur,* vt reddidit Lapus. exstitisset, nisi hactenus latuisset illud ὅς in finali syllaba χώρας.

28 χώρας ἣν] Magis placet ὅσην, *quantum agri;* atque ita

29 τὸ δὲ περὶ Μεκίον etc.] Valer. Max. lib. III. cap. 3. *Cruser.*

30 λεκτέον

καὶ διαφόρως. λεκτέον δὲ, ᾗ μάλιστα πιστεύεται, καὶ ἡμῖν [30]. ἦν ἀνὴρ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθὸς, ἐν δὲ τοῖς πολεμικοῖς ἄριστος· ἐπιβουλεύων δὲ τὸν Πορσήναν ἀνελεῖν, παρεισῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον Τυῤῥηνίδα φορῶν ἐσθῆτα, καὶ φωνῇ χρώμενος ὁμοίᾳ. περιελθὼν δὲ τὸ βῆμα τοῦ βασιλέως καθεζομένου, καὶ σαφῶς μὲν αὐτὸν οὐκ εἰδὼς, ἐρέσθαι δὲ περὶ αὐτοῦ δεδιὼς, ὃν ᾠήθη μάλιστα τῶν συγκαθεζομένων ἐκεῖνον εἶναι, σπασάμενος τὸ ξίφος ἀπέκτεινεν. ἐπὶ τούτῳ δὲ συλληφθεὶς ἀνεκρίνετο [31]· καί τινος ἐσχαρίδος πῦρ ἐχούσης, μέλλοντι τῷ Πορσήνᾳ θύειν κεκομισμένης [32], ὑπερσχὼν τὴν δεξιὰν χεῖρα, καιομένης τῆς σαρκὸς εἱστήκει πρὸς τὸν Πορσήναν ἀποβλέπων ἰταμῷ καὶ ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ, μέχρις οὗ θαυμάσας ἀφῆκεν αὐτὸν, καὶ τὸ ξίφος ἀποδιδοὺς, ὤρεξεν ἀπὸ τοῦ βήματος· ὁ δὲ τὴν εὐώνυμον προτείνας ἐδέξατο. καὶ διὰ τοῦτο Φα-

tum eſt, neque id nos, vt maxime probabile videtur, praeteribimus. Fuit hic cum omni ornatus virtute, tum bellicis artibus praeſtantiſſimus. Porſenam autem quum conſtituiſſet opprimere incautum, veſte indutus Hetruſca et aſſimili lingua vtens in caſtra penetrauit. Quum ambiiſſet tribunal, vbi rex conſidebat, ignoraret autem regem, et timeret ſciſcitari, qui eſſet, quem maxime ex conſeſſu arbitratus eſt regem eſſe, eum ſtricto gladio obtruncauit. Ob id factum comprehenſus eſt, et quaeſtionem de eo habuerunt. Erat ibi accenſus ad ſacrificium Porſenae foculus, ei dextram iniicit: dum torretur caro, intuitus Porſenam eſt truci et imperterrito vultu, donec attonitus miraculo eum dimiſit, gladiumque, quem porrexit ei ex tribunali, reddidit: ille eum protenſa laeua accepit. Hinc fama eſt

30 λεκτέον δὲ, ᾗ μάλιστα πιστεύεται, καὶ ἡμῖν] Poſt πιστεύεται interpunctionis notam ponendam cenſeo, neque enim πιστεύεται iungendum cum ἡμῖν, ſed hoc pronomen ad λεκτέον pertinere exiſtimo. Sic enim et alibi Plutarchus ſe in aliqua re narranda id ſequi profitetur, quod apud plures fidem impetrarit. Scio alioqui, vnum ex interpretibus πιστεύεται iungere cum ἡμῖν, interpretantem: Exponam eo modo, quo maxime perpetratum credo. *H. Steph.*

31 Ἀνεκρίνετο] Falſo hic autumat Dacer. Noſtrum aliquid omiſiſſe. quicquid enim Liuius de Porſenae minis memorat, hac voce ſatis innuitur.

32 κεκοσμημένης Bodl. I. 2.

σὺν αὐτῷ γενέσθαι τὸ Σκαιόλαν ἐπίκλησιν, ὅπερ ἐστὶ Λαιόν. ἔφη δὲ, τὸν φόβον τοῦ Πορσήνα νενικηκὼς, ἡττᾶσθαι τῆς ἀρετῆς, καὶ χάριτι μηνύειν, ἃ πρὸς ἀνάγκην οὐκ ἂν ἐξηγόρευσε. Τριακόσιοι γὰρ Ῥωμαίων, ἔφη, τὴν αὐτὴν ἐμοὶ γνώμην ἔχοντες ἐν τῷ στρατοπέδῳ σου πλανῶνται καιρὸν ἐπιτηροῦντες· ἐγὼ δὲ κλήρῳ λαχὼν καὶ προεπιχειρήσας, οὐκ ἄχθομαι τῇ τύχῃ διαμαρτὼν ἀνδρὸς ἀγαθοῦ, καὶ φίλου μᾶλλον, ἢ πολεμίου Ῥωμαίοις εἶναι πρέποντος. Ταῦθ᾽ ὁ Πορσήνας ἀκούσας ἐπίστευσε, καὶ πρὸς τὰς διαλύσεις ἥδιον ἔσχεν, οὐ τοσοῦτο, μοὶ δοκεῖ, φόβῳ τῶν τριακοσίων, ὅσον ἀγασθεὶς καὶ θαυμάσας τὸ φρόνημα καὶ τὴν ἀρετὴν τῶν Ῥωμαίων. τοῦτον τὸν ἄνδρα Μούκιον ὁμοῦ τι πάντων καὶ Σκαιόλαν καλούντων, Ἀθηνόδωρος ὁ Σάνδωνος [33] ἐν τῷ πρὸς Ὀκταουΐαν τὴν Καίσαρος ἀδελφὴν, καὶ Ὀψίγονον ὠνομάσθαι φησίν.

18. Ὁ μέντοι Ποπλικόλας αὐτὸς, οὐχ οὕτω πολέμιον ὄντα τὸν Πορσήναν βαρὺν ἡγούμενος, ὡς ἄξιον πολλοῦ τῇ πόλει φίλον γενέσθαι καὶ σύμμαχον, οὐκ ἔφευγεν

eſt eum Scaeuolae nomen, quod eſt Laeuum, inueniſſe. Ibi viciſſe ait Porſenae ſe terrorem, victum autem eſſe ab eius virtute, atque indicaturum ei gratis, quod minis non detexiſſet. Trecenti Romani (inquit) coniurauerunt, et in caſtris tuis errant captantes opportunitatem: ego, cuius prima ſors fuit, non ſuccenſeo fortunae, quod a bono aberrauerim viro, eoque, quem amicum potius, quam hoſtem eſſe populi Romani deceat. His dictis adiunxit Porſena fidem, propenſiorque fuit ad pacificandum: non ita, meo quidem iudicio, illorum formidine trecentorum, vt commendatione et admiratione ſpirituum ac virtutis Romanae. Hunc virum etſi plerique omnes et Mutium et Scaevolam nominant, Athenodorus Sandon tamen in libro, quem ad Octauiam ſcripſit Caeſaris ſororem, fuiſſe etiam dicit Poſthumium vocatum.

At Poplicola non tam acrem hoſtem exiſtimans Porſenam, quam magnopere referre, vt amicitiam et ſocietatem eius adiungeret populo Romano, non refugit apud ipſum

33 ὁ Σάνδων] Perizonius ad Aelianum legit ὁ Σάνδωνος. Athenodorus nempe fuit Tarſenſis, Sandonis filius.

34 ἀπ᾽

ἐπ'[34] αὐτῷ δίκῃ κριθῆναι πρὸς Ταρκύνιον, ἀλλ' ἐθάῤῥει, καὶ προὐκαλεῖτο πολλάκις ὡς ἐξελέγξων κάκιστον ἀνδρῶν, καὶ δικαίως ἀφαιρεθέντα τὴν ἀρχήν. ἀποκριναμένου δὲ τοῦ Ταρκυνίου τραχύτερον, οὐδένα ποιεῖσθαι δικαστὴν, ἥκιστα δὲ Πορσήναν, εἰ σύμμαχος ὢν μεταβάλλεται, δυσχεράνας καὶ καταγνοὺς ὁ Πορσήνας, ἅμα δὲ τοῦ παιδὸς Ἄροντος δεομένου καὶ σπουδάζοντος ὑπὲρ τῶν Ῥωμαίων, κατελύσατο τὸν πόλεμον, ἐξισταμένοις ἧς ἀπετέμοντο τῆς Τυῤῥηνίδος[35] χώρας, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποπέμπουσι, κομιζομένοις δὲ τοὺς αὐτομόλους. ἐπὶ τούτοις ὁμήρους ἔδωκαν ἐξ εὐπατριδῶν περιπορφύρους δέκα, καὶ παρθένους τοσαύτας. ὧν ἦν καὶ ἡ Ποπλικόλα θυγάτηρ Οὐαλερία.

19. Πραττομένων δὲ τούτων[36], τοῦ τε Πορσήνα πᾶσαν ἤδη τὴν πολεμικὴν ἀνεικότος παρασκευὴν διὰ πίστιν, αἱ παρθένοι τῶν Ῥωμαίων κατῆλθον ἐπὶ λουτρὸν, ἔνθα δὴ μηνοειδής[37] τις ὄχθη περιβάλλουσα τὸν ποταμὸν, ἡσυχίαν

ipſum inter Tarquinium et Romanos iudicium fieri, fidentique animo prouocauit crebro ad eum, probaturum illum ſe hominem ſceleratiſſimum eſſe, et iure exutum regno. Ad quod quum aſperius reſpondiſſet Tarquinius, nullius ſe cognitionem ſubiturum, et omnium minime Porſenae, ſi a ſocietate diſcedat et mutet ſententiam; infenſus Porſena coepit male de eo ſentire: intercedente vero et magno ſtudio pro Romanis filio eius inſtante Arunte, pacem cum iis firmauit ea lege, vt agrum, quem ademerant Hetruſcis, reſtituerent, et captiuos remitterent, reciperentque viciſſim perfugas. In haec obſides dederunt ex patriciis praetextatos decem et totidem virgines, in quibus Poplicolae filia erat Valeria.

Interea quum apparatum belli Porſena iam omnem habita Romanis fide diſſoluiſſet, virgines Romanae deſcenderunt lauatum, qua ripa arcuatim complexa amnem, lenem quam maxime

34 ἀπ' Bodl. 1. 2.

35 τυῤῥηνίδος] Sic recte dedit Aldina, perperam Iuntina τυραννίδος.

36 πραττομένων δὲ τούτων, etc.] De Cloelia et virginum Romanarum audacia, Val. Max. lib. III. cap. 2. *Cruſer.*

37 μηνοειδὴς] Sic recte Ald. μονοειδὴς vitioſe Iunt.

μάλιστα καὶ γαλήνην τοῦ κύματος παρεῖχεν. ὡς δ' οὔτε τινὰ φυλακὴν ἑώρων, οὔτε παριόντας ἄλλως, ἢ διαπλέοντας, ὁρμὴν ἔσχον ἀπονήξασθαι πρὸς ῥεῦμα πολὺ καὶ δίνας βαθείας. ἔνιοι δέ φασιν, αὐτῶν μίαν, ὄνομα Κλοιλίαν, ἵππῳ διεξελάσαι τὸν πόρον, ἐγκελευσαμένην ταῖς ἄλλαις νεούσαις καὶ παραθαῤῥύνουσαν. ἐπεὶ δὲ σωθεῖσαι πρὸς τὸν Ποπλικόλαν ἧκον, οὐκ ἐθαύμασεν, οὐδ' ἠγάπησεν, ἀλλ' ἠνιάθη, ὅτι Πορσήνα κακίων ἐν πίστει φανεῖται, καὶ τὸ τόλμημα τῶν παρθένων αἰτίαν ἕξει κακούργημα Ῥωμαίων γεγονέναι. διὸ συλλαβὼν αὐτὰς, πάλιν ἀπέστειλε πρὸς τὸν Πορσήναν. ταῦτα δ' οἱ περὶ τὸν Ταρκύνιον προαισθόμενοι, καὶ καθίσαντες ἐνέδραν τοῖς ἄγουσι τὰς παῖδας, ἐν τῷ περᾶν ἐπέθεντο πλείονες ὄντες. ἐκείνων δ' ὅμως ἀμυνομένων, ἡ Ποπλικόλα θυγάτηρ Οὐαλερία διὰ μέσων ὁρμήσασα τῶν μαχομένων ἔφευγε, καὶ τρεῖς τινες οἰκέται συνδιεκπεσόντες ἔσωζον αὐτήν. τῶν δ' ἄλλων οὐκ ἀκινδύνως ἀναμεμιγμένων τοῖς μαχομένοις, αἰσθόμενος Ἄῤῥων ὁ Πορσήνα υἱὸς ὀξέως προσεβοήθησε, καὶ φυγῆς γενομένης τῶν πολεμίων, περιεποίησε τοὺς Ῥωμαίους. ὡς δὲ τὰς παρθένους κομισθείσας ὁ Πορσήνας εἶδε, τὴν καταρξαμέ-

maxime et placidam efficiebat vndam. Vbi verò nullam ſtationem vident, neque vllos praetereuntes alias, aut praeuehentes, ardor cepit eas rapidum fluuium altoſque vortices tranandi. Sunt qui dicant, vnam earum, Cloeliam nomine, equo traieciſſe, excitaſſeque et confirmaſſe alias natantes. Vt ſoſpites ad Poplicolam venerunt, non laudauit ille, nec probauit factum, ſed tulit moleſte, ſi Porſena ipſe inferior videretur fide, et audacia puellarum fraudis ſuſpicionem inuſtura Romanis eſſet. Comprehenſas igitur ad Porſenam remiſit. De quo Tarquinius certior factus, locatis inſidiis ab vlteriore ripa magnam manum immiſit in eos, qui ducebant puellas. Illis nihilominus reſiſtentibus, filia Poplicolae Valeria, per medios erumpens pugnantes, effugit, et tres eam ſequuti ſerui praeſtiterunt eam incolumem. Quum caeterae non ſine periculo verſarentur inter dimicantes, Aruns Porſenae filius re intellecta tulit iis propere ſuppetias, fugatiſque hoſtibus Romanos expediuit. Vt vidit Porſena reductas virgines, autorem coepti

requiſiuit

νην τῆς πράξεως, καὶ παρακελευσαμένην ταῖς ἄλλαις ἐζήτει. ἀκούσας δὲ τὸ ὄνομα τῆς Κλοιλίας προσέβλεψεν αὐτὴν ἵλεῳ καὶ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ κελεύσας ἵππον ἀχθῆναι τῶν βασιλικῶν κεκοσμημένον εὐπρεπῶς, ἐδωρήσατο. τοῦτο ποιοῦνται μαρτύριον οἱ μόνην τὴν Κλοιλίαν λέγοντες ἵππῳ διεξελάσαι τὸν ποταμόν. οἱ δ' οὔ φασιν, ἀλλὰ τιμῆσαι τὸ ἀνδρῶδες αὐτῆς τὸν Τυῤῥηνόν. ἀνάκειται δὲ τὴν ἱερὰν ὁδὸν πορευομένοις εἰς Παλάτιον [38] ἀνδριὰς αὐτῆς ἔφιππος, ὅν τινες οὐ τῆς Κλοιλίας, ἀλλὰ τῆς Οὐαλερίας εἶναι λέγουσιν. ὁ δὲ Πορσήνας διαλλαγεὶς τοῖς Ῥωμαίοις, ἄλλην τε ἑαυτοῦ πολλὴν μεγαλοφροσύνην ἐπεδείξατο τῇ πόλει, καὶ τὰ ὅπλα τοὺς Τυῤῥηνοὺς ἀναλαβεῖν κελεύσας, ἄλλο δ' οὐδὲν, ἀλλ' ἐκλιπεῖν τὸν χάρακα σίτου τε πολλοῦ καὶ χρημάτων γέμοντα παντοδαπῶν, παρέδωκε τοῖς Ῥωμαίοις. διὸ καὶ καθ' ἡμᾶς ἔτι, πωλοῦντες τὰ δημόσια, πρῶτα κηρύττουσι τὰ Πορσήνα χρήματα, τιμὴν τῷ ἀνδρὶ τῆς χάριτος ἀΐδιον [39] ἐν τῇ μνήμῃ διαφυλάττοντες. εἱστήκει δὲ χαλκοῦς ἀνδριὰς αὐτοῦ παρὰ τὸ βουλευτήριον, ἁπλοῦς καὶ ἀρχαϊκὸς τῇ ἐργασίᾳ.

requisiuit et aliarum hortatricem. Audito nomine Cloeliae, intuitus eam placido et leni vultu, equum ex regiis adduci eximio instratum ornatu iussit, eumque virgini dono dedit. Hoc testimonio nituntur, qui vnam Cloeliam referunt equo fluuium superasse: quod alii negant, sed honoratam ab Hetrusco virilem eius audaciam. Huic statua equestris via sacra, qua adscenditur in Palatium, posita est. Alii non Cloeliae eam, sed Valeriae asserunt esse. Porsena, pace cum Romanis iuncta, cum aliam ciuitati exhibuit ingentem munificentiam, tum nihil praeter arma vt deportarent Tusci, castra vero commeatu et omnis generis opulentia referta relinquerent, imperauit, eaque donauit Romanis. Vnde mos vsque ad nostram aetatem in honorem et memoriam perpetuam illius beneficii manet, in bonis vendendis primum bona Porsenae regis proclamandi. Statua ei posita aerea iuxta curiam rudis et opere prisco.

Inde

38 Παλάντιον Iunt. Ald. 39 ἀϊδίου eaedem.

40 ἐν

20. Μετὰ δὲ ταῦτα Σαβίνων ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν, ὕπατος μὲν ἀπεδείχθη Μάρκος Οὐαλέριος, ἀδελφὸς Ποπλικόλα, καὶ Ποστούμιος Τούβερτος. πραττομένων δὲ τῶν μεγίστων γνώμῃ καὶ παρουσίᾳ Ποπλικόλα, δυσὶ μάχαις μεγάλαις ὁ Μάρκος ἐνίκησεν· ὧν ἐν τῇ δευτέρᾳ μηδένα Ῥωμαίων ἀποβαλὼν, τρισχιλίους ἐπὶ μυρίοις τῶν πολεμίων ἀνεῖλε. καὶ γέρας ἔσχεν ἐπὶ τοῖς θριάμβοις, οἰκίαν αὐτῷ γενέσθαι δημοσίοις ἀναλώμασιν ἐν Παλατίῳ [40]. τῶν δ' ἄλλων τότε θυρῶν [41] εἴσω τῆς οἰκίας εἰς τὸ κλεισίον ἀνοιγομένων, ἐκείνης μόνης τῆς οἰκίας ἐποίησαν ἐκτὸς ἀπάγεσθαι τὴν αὔλειον, ὡς δὴ κατὰ τὸ συγχώρημα τῆς τιμῆς ἀεὶ τοῦ δημοσίου προσεπιλαμβανομένου. τὰς δ' Ἑλληνικὰς πρότερον οὕτως ἔχειν ἁπάσας λέγουσιν, ἀπὸ τῶν κωμωδιῶν λαμβάνοντες, ὅτι κόπτουσι καὶ ψοφοῦσι τὰς αὐτῶν θύρας ἔσωθεν οἱ προϊέναι μέλλοντες, ὅπως αἴσθησις ἔξω γένοιτο τοῖς προσερχομένοις [42], ἢ προσεστῶσι, καὶ μὴ καταλαμβάνοιντο προϊούσαις ταῖς κλεισιάσιν εἰς τὸν στενωπόν.

Inde Sabini fines Romanos incurſauerunt. Conſules creati M. Valerius Poplicolae frater et Poſthumius Tubertus. Quum in negotiis maioribus nihil niſi ex ſententia et autoritate ageretur Poplicolae, M. Valerius duobus ingentibus proeliis victoriam reportauit, in quorum altero tredecim millia hoſtium quum concidiſſet, ne vnum quidem deſiderauit de ſuis. Cuius rei praemium praeter triumphos accepit domum, quam publice ciuitas ei aedificauit in Palatio: et quum fores illius ſeculi aliae intro impellerentur in aperiendo, ita illarum aedium effecerunt ſolarum fores veſtibulares, vt extra reiicerentur: vt ex hac honoris conceſſione appareret quotidie domus ea publici aliquid admiſſura. Graecas aiunt apud veteres, omnes fuiſſe ad eum modum factas, argumento a comoediis ſumto, quod qui in publicum ſunt prodituri, ianuas ſuas intus pulſent et ſtrepitum edant: quo qui accedunt, vel pro oſtio ſtant, caueant, vbi id audiunt, ne fores in vicum expulſae illidantur in ipſos.

Proximo

40 ἐν τοῖς Παλατίοις Bodl. 1.2.3. Iunt. Ald.

41 τῶν δ' ἄλλων τότε θυρῶν etc.] Videndus Plin. cap. 15. lib. XXXVI. *Xylander.*

42 Προσερχομένοις] Certe legendum

21. Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει πάλιν ὑπάτευεν ὁ Ποπλικόλας τὸ τέταρτον, ἦν δὲ προσδοκία πολέμου, Σαβίνων καὶ Λατίνων συνισταμένων. καί τις ἅμα δεισιδαιμονία τῆς πόλεως ἥψατο· πᾶσαι γὰρ αἱ κύουσαι τότε γυναῖκες ἐξέβαλλον ἀνάπηρα, καὶ τέλος οὐδεμία γένεσις ἔσχεν. ὅθεν ἐκ τῶν Σιβυλλείων ὁ Ποπλικόλας ἱλασάμενος τῷ Ἅδῃ, καί τινας ἀγῶνας πυθοχρήστους ἀναλαβὼν, καὶ ταῖς ἐλπίσι πρὸς τὸ θεῖον ἡδίονα καταστήσας τὴν πόλιν, ἤδη τοῖς ἀπ' ἀνθρώπων φοβεροῖς προσεῖχε. μεγάλη γὰρ ἐφαίνετο κατασκευὴ τῶν πολεμίων καὶ σύστασις. ἦν οὖν Ἄππιος Κλαῦσος [43] ἐν Σαβίνοις, ἀνὴρ χρήμασί τε δυνατὸς, καὶ σώματος ῥώμῃ πρὸς ἀλκὴν ἐπιφανὴς, ἀρετῆς δὲ δόξῃ μάλιστα καὶ λόγου δεινότητι πρωτεύων. ὃ δὲ πᾶσι συμβαίνει τοῖς μεγάλοις, οὐ διέφυγε παθεῖν, ἀλλ' ἐφθονεῖτο· καὶ τοῖς φθονοῦσιν αἰτίαν παρέσχε, καταπαύων τὸν πόλεμον, αὔξειν τὰ Ῥωμαίων ἐπὶ τυραννίδι καὶ δουλώσει τῆς πατρί-

Proximo anno Poplicola quartum conſul factus eſt. Quia Sabini et Latini conſpirauerant, erat belli ſuſpicio. Religionem inſuper ciuitati attulerat, quod omnes mulieres, quae ea hora praegnantes erant, partus imperfectos eiicerent, neque eſſet ſuo tempore vllus editus. Itaque Poplicola, ex libris Sibyllinis, placatis diis inferis, ludiſque ex oraculo Apollinis inſtauratis, et fiducia diuini numinis erecta ciuitate, iam ad hominum ſe conuertit minas. Magna enim belli moles et coitio hoſtium erat ante oculos. In Sabinis Appius Clauſus erat vir pecunioſus et robore corporis inprimis ſtrenuus, praecipue virtutis laude et eloquentia praecellens. Huic idem, quod omnibus ſolet magnis viris, accidit, vt premeretur inuidia. Atque aemuli ideo calumniabantur pacis eum eſſe autorem, vt auctis populi Romani opibus tyrannidem ſibi et dominatum quaereret in patria.
Quos

gendum προσερχομένοις. Lapus, *accedentibus.*

43 Ἄππιος Κλαῦσος] Sic lego perſpicuitatis cauſa: quia is eſt auctor gentis Appiae. Alioquin Sigonio nihil repugno, qui in annot. Liuianis Actium (Attium ego malim, Ἄττιον) legendum docet. Ex Clauſis autem Clauſios, qui deinde Claudii dicti ſunt, ortos patet. Vide Dec. I. lib. II. *Xyl.*

 44 Προσ-

δος. αἰσθόμενος δὲ τοὺς λόγους τούτους βουλομένῳ τῷ πλήθει λεγομένους, καὶ προσκρούοντα [44] τοῖς πολεμοποιοῖς καὶ στρατιωτικοῖς ἑαυτὸν, ἐφοβεῖτο [45] τὴν κρίσιν· ἑταιρείαν δὲ καὶ δύναμιν φίλων καὶ οἰκείων ἔχων ἀμύνουσαν περὶ αὐτὸν, ἐστασίαζε. καὶ τοῦτ᾽ ἦν τοῦ πολέμου διατριβὴ καὶ μέλλησις τοῖς Σαβίνοις. ταῦτ᾽ οὖν ὁ Ποπλικόλας οὐ μόνον εἰδέναι ποιούμενος ἔργον, ἀλλὰ καὶ κινεῖν καὶ συνεξορμᾷν τὴν στάσιν, εἶχεν ἄνδρας ἐπιτηδείους, οἱ τῷ Κλαύσῳ διελέγοντο παρ᾽ αὐτοῦ τοιαῦτα· Ὡς ὁ Ποπλικόλας ἄνδρα σὲ χρηστὸν ὄντα καὶ δίκαιον οὐδενὶ κακῷ δεῖν οἴεται τοὺς σεαυτοῦ πολίτας ἀμύνασθαι, καίπερ ἀδικούμενον· εἰ δὲ βούλοιο σώζων ἑαυτὸν μεταστῆναι, καὶ φυγεῖν τοὺς μισοῦντας, ὑποδέξεταί σε [46] δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ, τῆς τε σῆς ἀρετῆς ἀξίως, καὶ τῆς Ῥωμαίων λαμπρότητος. Ταῦτα πολλάκις ανασκοποῦντι τῷ Κλαύσῳ βέλτιστα τῶν ἀναγκαίων ἐφαίνετο, καὶ τοὺς φίλους συμπαρακαλῶν, ἐκείνων τε πολλοὺς ὁμοίως συναναπειθόντων, πεντακισχιλίους οἴκους ἀναστήσας μετὰ παίδων [47] καὶ γυναικῶν, ὅπερ ἦν ἐν Σαβίνοις

Quos rumores ſentiens ſecundis auribus populi accipi, ſeque eſſe pacis turbatoribus et ferocibus exoſum, timuit iudicio ſe committere. Verum quia factione amicorum et neceſſariorum manu erat ſeptus, conciuit ſeditionem. Ea mora belli diſtulit Sabinos. Quae Poplicola non ſolum reſciſcere laborans, ſed facem etiam flammamque addere ſeditioni, denuntiauit per homines idoneos Appio, putare ſe, quia bonus et integer vir foret, non debere eum, quamuis laeſum grauius, poenas a ciuibus ſuis expetere. Quod ſi vellet ſaluti ſuae conſulere, et relictis inimicis ſuis transfugere Romam, recepturum ſe eum tum publice tum priuate, vt ipſius virtus et dignitas populi Romani mereretur. Haec Appio multum ſecum voluenti in re neceſſaria viſa ſunt optima factu; ac conſilio habito amicorum, qui alios pariter in eandem ſententiam traxerant, quod in Sabinis maxime pacatum erat, et ad

44 Προσκρούοντας τοῖς] Variant codices: Vulcob. προσκρούων τε, Fl. Ald. et Bodl. 3. προσκρούοντα. forte vera lectio eſt προσκρούων τοῖς: ipſe nempe Appius obnoxius erat belli cupidis.

45 στρατικοῖς ἑαυτὸν ἐφοβεῖτο Vulcob. a vulgatis abeſt ἑαυτὸν. quod redit ad προσκρούοντα.

46 σε] τε Iunt. Ald.

47 παιδίων eaedem.

48 deeſt

ἀθόρυβον μάλιστα, καὶ βίου πρᾴου καὶ [48] καθεστῶτος οἰκεῖον, εἰς Ῥώμην ἦγε, προειδότος τοῦ Ποπλικόλα, καὶ δεχομένου φιλοφρόνως καὶ προθύμως ἐπὶ πᾶσι δικαίοις. τοὺς μὲν γὰρ οἴκους εὐθὺς ἀνέμιξε τῷ πολιτεύματι, καὶ χώραν ἀπένειμεν ἑκάστῳ δυοῖν πλέθρων, παρὰ [49] τὸν Ἀνίηνα [50] ποταμόν· τῷ δὲ Κλαύσῳ πλέθρα [51] πέντε καὶ εἴκοσι γῆς ἔδωκεν. αὐτὸν δὲ τῇ βουλῇ προσέγραψεν, ἀρχὴν πολιτείας λαβόντα ταύτην, ᾗ χρώμενος ἐμφρόνως, ἀνέδραμεν εἰς τὸ πρῶτον ἀξίωμα, καὶ δύναμιν ἔσχε μεγάλην, καὶ γένος οὐδενὸς [52] ἀμαυρότερον ἐν Ῥώμῃ τὸ Κλαυδίων [53] ἀφ' αὐτοῦ κατέλιπε.

22. Τὰ δὲ Σαβίνων οὕτω διακριθέντα τῷ μετοικισμῷ τῶν ἀνδρῶν, οὐκ εἴασαν οἱ δημαγωγοῦντες ἀτρεμῆσαι καὶ καταστῆναι, σχετλιάζοντες, εἰ Κλαῦσος, ἃ παρὼν οὐκ ἔπεισε, διαπράξεται φυγὰς γενόμενος καὶ πολέμιος, μὴ δοῦναι δίκην Ῥωμαίους [54] ὧν ὑβρίζουσιν. ἄραν-

et ad placidam vitam modeſtamque compoſitum, quinque millia familiarum cum liberis et coniugibus Romam tranſtulit. Cuius praeſcius conſilii Poplicola benigne et promte excepit eos omni officiorum genere. Nam familiis mox ciuitatem dedit, ſingulisque agrum binum iugerum trans Anienem fluuium: Appio viginti quinque iugera dedit, eumque inter patres legit, qui hunc gradum ad rempublicam primum fecit. In quo quum ſpecimen praebuiſſet prudentiae, in principum dignationem peruenit, pollenteſque habuit opes, et poſt ſe gentem nulla inferiorem Romae reliquit Claudiorum.

At res Sabinas illorum migratione iam tranquillas non permiſerunt homines populares quieſcere et conſiſtere, Appium vociferantes, quae praeſens non potuiſſet, perfecturum exulem et hoſtem, ne perſequantur illatas ab Romanis iniurias. Magno igitur

48 deeſt hoc καὶ Bodl. 1. 2.

49 περὶ Vulcob.

50 Ἀνίωνα Bodl. 1. 2. 3. Iunt. Ald.

51 deeſt πλέθρα Bodl. 1. 2. 3. Iunt. ſed Ald. habet.

52 οὐδὲν iidem.

53 Κλαυσίων iidem.

54 Ῥωμαίοις] Lapus hoc mendo ſeductus nullum ſenſum loci extulit. Eſt autem legendum, id quod facile apparet, Ῥωμαίους, accuſandi, non datiuo, caſu. *Xyl.* Sic etiam Dacer. et Anonym.

55 Βάλ-

τες οὖν στρατῷ μεγάλῳ περὶ Φιδήνας κατηυλίσαντο, καὶ τινα λόχον θέμενοι πρὸ τῆς Ῥώμης ἐν χωρίοις συνηρεφέσι καὶ κοίλοις, δισχιλίους ὁπλίτας, ἔμελλον ἅμ᾽ ἡμέρᾳ φανερῶς ὀλίγοις ἱππεῦσι λείαν ἐλαύνειν. εἴρητο δ᾽ αὐτοῖς, ὅταν τῇ πόλει προσελάσωσιν, ὑποφεύγειν, ἕως ἐμβάλωσιν εἰς τὴν ἐνέδραν τοὺς πολεμίους. ταῦθ᾽ ὁ Ποπλικόλας αὐθημερὸν πυθόμενος παρ᾽ αὐτομόλων, ταχὺ διηρμόσατο πρὸς πάντα καὶ διένειμε τὴν δύναμιν. Ποστούμιος μὲν γὰρ Βάλβος[55] ὁ γαμβρὸς αὐτοῦ, τρισχιλίοις ὁπλίταις ἑσπέρας ἔτι προελθὼν, καὶ καταλαβὼν τοὺς ἀκρολόφους, ὑφ᾽ οἷς ἐνήδρευον Σαβῖνοι, παρεφύλαττεν· ὁ δὲ συνάρχων Λουκρήτιος, ἔχων τὸ κουφότατον ἐν τῇ πόλει καὶ γενναιότατον, ἐτάχθη[56] τοῖς ἐλαύνουσι τὴν λείαν ἱππεῦσιν ἐπιχειρεῖν. αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην ἀναλαβὼν στρατιὰν, κύκλῳ περιῆλθε τοὺς πολεμίους, καὶ κατὰ τύχην ὁμίχλης βαθείας ἐπιπεσούσης, περὶ ὄρθρον ἅμα Ποστούμιός τε τοὺς ἐνεδρεύοντας ἐμβοήσας ἔβαλεν ἀπὸ τῶν ἄκρων,

igitur agmine profecti, prope Fidenas conſedere: inſidias etiam ante vrbem locauerunt, atque in locis ſaltuoſis et cauis duo millia militum condiderunt. Prima luce paucos equites aperte conſtituerunt mittere praedatum, quibus erat imperatum, quum propius vrbem prouecti eſſent, paulatim gradum referre, dum traxiſſent hoſtem ad locum inſidiarum. Haec Poplicola eodem die cognouit ex perfugis. Itaque confeſtim copias ſuas ad omnia inſtruxit et diſpenſauit. Nam gener eius Poſthumius Balbus, qui ducebat ſecum tria millia armatorum, primis tenebris profectus, inſeſſis ſummis collibus, ſub quibus abdiderant ſeſe Sabini, in occaſionem imminebat. Collegae Lucretio cum expeditiſſimo quoque et impigerrimo ciuium iuſſit equites praedam agentes aggredi, ipſe cum reliquis copiis hoſtes a tergo cinxit. Forte obſcura nebula prima luce exorta eſt, pariterque ſubſeſſores Poſthumius magno clamore ex edito inuaſit,

Lucre-

55 Βάλβος] Ita eſt in Graeco: ſed cognomen ego non eſſe hoc Poſtumiae gentis puto. Poſtumios autem Albos cognomento fuiſſe notum eſt et tritum. *Poſthumius* porro ſcribere malo, etymologiamque ſequi, quam Graecos libros. *Xyl.*

56 Ἐτάχθη] Bodl. 1. 3. ἐπείχθη: forte ἐπετάχθη, Lucretius

in

καὶ τοῖς προϊππευσαμένοις [57] ἀφῆκε [58] τοὺς περὶ αὐτὸν ὁ Λουκρήτιος, καὶ Ποπλικόλας προσέβαλε τοῖς στρατοπέδοις τῶν πολεμίων. πάντη μὲν οὖν [59] ἐκακοῦντο [60] τὰ Σαβίνων καὶ διεφθείροντο. τοὺς δ' ἐνταῦθα μηδ' ἀμυνομένους, ἀλλὰ φεύγοντας, εὐθὺς ἔκτεινον οἱ Ῥωμαῖοι, τῆς ἐλπίδος αὐτοῖς ὀλεθριωτάτης γενομένης. σώζεσθαι γὰρ οἰόμενοι τοὺς ἑτέρους οἱ ἕτεροι, τῷ μάχεσθαι καὶ μένειν οὐ προσεῖχον· ἀλλ' οἱ μὲν ἐκ τῶν ἐρυμάτων πρὸς τοὺς ἐνεδρεύοντας, οἱ δὲ πάλιν ὡς ἐκείνους εἰς τὸ στρατόπεδον θέοντες, ἐναντίοι φεύγουσιν ἐνέπιπτον, πρὸς οὓς ἔφευγον, καὶ βοηθείας δεομένοις, οὓς ἤλπιζον αὐτοῖς βοηθήσειν. τὸ δὲ μὴ πάντας ἀπολέσθαι τοὺς Σαβίνους, ἀλλὰ καὶ περιγενέσθαι τινάς, ἡ Φιδηνατῶν πόλις ἐγγὺς οὖσα παρέσχε, καὶ μάλιστα τοῖς ἐκ τῶν στρατοπέδων, ὅθ' ἡλίσκετο, διεκπίπτουσιν. ὅσοι δὲ Φιδηνῶν διήμαρτον, διεφθάρησαν, ἢ ζῶντες ἀπήχθησαν ὑπὸ τῶν λαβόντων.

23. Τοῦτο τὸ κατόρθωμα Ῥωμαῖοι, καίπερ εἰωθό-

5. Τοῦτον ὑπερφυῶς τὸν ἄνδρα θαυμάσας ὁ Περικλῆς, καὶ τῆς λεγομένης μετεωρολογίας καὶ μεταρσιολεσχίας ὑποπιμπλάμενος, οὐ μόνον, ὡς ἔοικε, τὸ φρόνημα σοβαρὸν, καὶ τὸν λόγον ὑψηλὸν εἶχε καὶ καθαρὸν ὀχλικῆς καὶ πανούργου βωμολοχίας, ἀλλὰ καὶ προσώπου σύστασις[36] ἄθρυπτος[37] εἰς γέλωτα, καὶ πρᾳότης πορείας, καὶ καταστολὴ περιβολῆς πρὸς οὐδὲν ἐκταραττομένη[38] πάθος ἐν τῷ λέγειν, καὶ πλάσμα φωνῆς ἀθόρυβον, καὶ ὅσα τοιαῦτα, πάντας θαυμαστῶς ἐξέπληττε. λοιδορούμενος γοῦν ποτε καὶ κακῶς ἀκούων ὑπό τινος τῶν βδελυρῶν καὶ ἀκολάστων ὅλην ἡμέραν, ὑπέμεινε σιωπῇ κατ' ἀγορὰν ἅμα τι τῶν ἐπειγόντων καταπραττόμενος· ἑσπέρας δ' ἀπῄει κοσμίως οἴκαδε, παρακολουθοῦντος τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πάσῃ χρωμένου βλασφημίᾳ πρὸς αὐτόν. ὡς δ' ἔμελλεν εἰσιέναι σκότους ὄντος ἤδη, προσέταξε τινὶ τῶν οἰκετῶν, φῶς λαβόντι, παραπέμψαι καὶ καταστῆσαι πρὸς τὴν οἰκίαν τὸν ἄνθρωπον. ὁ δὲ ποιητὴς Ἴων μοθωνικήν φησι τὴν ὁμιλίαν καὶ ὑπότυφον εἶναι τοῦ Περικλέους, καὶ ταῖς μεγα-

Hunc virum Pericles mirum quanti fecerit. Imbutus autem ea, quae dicebatur rerum ſcientia ſublimium et coeleſtium, non ſolum, vti par erat, elato fuit animo, et ſublimi vſus eſt dicendi genere, puro a plebeia et malitioſa ſcurrilitate: verum etiam vultus ad riſum immotus, inceſſus comis, modeſtus veſtitus nulla perturbatione inter dicendum motus, modulatio ſedata vocis, et reliqua eius generis omnes ſupra modum adduxerunt in ſtuporem. Hic, quum improbus et petulans homo quidam contumelia ipſum et maledictis totum diem inſectaretur, in foro etiam ſeria tractantem, tulit patienter: veſperi comiter domum regreſſus eſt, affectante illo et omnibus contumeliis eum impetente: ingreſſurus aedes, quum iam nox eſſet, iuſſit vni ex ſeruis, vt accenſo lumine hominem comitaretur ac reduceret domum. Verum poëta Ion fuiſſe arrogantem in congreſſibus et inflatum memorat Periclem, iactantiam-

36 συστάσει Vulcob. e Iuntina, Bodl. 3.

37 ἄθρυπτον Iuntina.

38 σύστασιν ἄθρυπτον εἰς γέλωτα, καὶ πρᾳότητα πορείας, καὶ καταστολὴν περιβολῆς πρὸς οὐδὲν ἐκταραττομένην Anonym.

39 τοιοῦτο

λαυχίαις αὐτῦ πολλὴν ὑπεροψίαν ἀναμεμίχθαι καὶ περιφρόνησιν τῶν ἄλλων. ἐπαινεῖ δὲ τὸ Κίμωνος ἐμμελὲς καὶ ὑγρὸν καὶ μεμυσωμένον ἐν ταῖς περιφοραῖς. ἀλλ' Ἴωνα μὲν, ὥσπερ τραγικὴν διδασκαλίαν, ἀξιῦντα τὴν ἀρετὴν ἔχειν τι πάντως καὶ σατυρικὸν μέρος, ἐῶμεν· τὺς δὲ τῦ Περικλέυς τὴν σεμνότητα, δοξοκομπίαν τε καὶ τῦφον ἀποκαλῦντας, ὁ Ζήνων παρεκάλει καὶ αὐτὺς τι τοιῦτον [39] δοξοκομπεῖν, ὡς τῆς προσποιήσεως αὐτῆς τῶν καλῶν ὑποποιύσης τινὰ λεληθότως ζῆλον καὶ συνήθειαν.

6. Οὐ μόνον δὲ ταῦτα τῆς Ἀναξαγόρυ συνυσίας ἀπέλαυσε Περικλῆς· ἀλλὰ καὶ δεισιδαιμονίας δοκεῖ γενέσθαι καθυπέρτερος, ὅση [40] πρὸς τὰ μετέωρα θάμβος ἐργάζεται [41] τοῖς αὐτῶν τε τύτων τὰς αἰτίας ἀγνοῦσι, καὶ περὶ τὰ θεῖα δαιμονῶσι [42] καὶ ταραττομένοις δι' ἀπειρίαν αὐτῶν· ἣν ὁ φυσικὸς λόγος ἀπαλλάττων, ἀντὶ τῆς φοβερᾶς καὶ φλεγμαινύσης δεισιδαιμονίας, τὴν

iactantiamque eius cum aliorum coniunctam fastidio et contemtu: contra celebrat ciuilitatem in quotidiana consuetudine Cimonis, lenitatemque et venustatem. Caeterum Ionem, vt qui omnino virtutem vult tanquam tragoediae exhibitionem comitari satyricum quiddam, relinquamus. Zeno autem eos, qui grauitatem Periclis iactantiam et fastum nominant, vt aemulentur hortatus est talem iactantiam: quod inducat sensim ipsa simulatio rerum honestarum occultum amorem earum et assuetudinem.

Nec vero hunc solum fructum tulit Pericli Anaxagorae vsus, verum omni etiam liberauit eum superstitione; quae terrorem ex rebus aethereis imprimit ignorantibus earum caussas, et iis, qui rerum diuinarum metu pauent, percelluntur que rudes earum: quem eximens rerum naturalium scientia, pro terrifica et aestuante superstitione, securam inserit

39 τοιῦτο Bodl. 3.
40 ὅσην τὸ Anonym.
41 ἐνεργάζεται Anonym.
42 Θεῖα δαιμονῶσι] Lego, ἀδημονῦσι, *moerore anxiis*, seu *pauidis*, vt Lapus: et bene iungitur cum ταραττομένοις. sermo est de hominibus superstitione actis, quam Noster περὶ Δεισιδ. describit esse δόξαν ἐμπαθῆ, καὶ δέυς ποιητικὴν ὑπόληψιν ἐκταπεινῦντος καὶ συντρίβοντος τὸν ἄνθρωπον. infra, melius placeret καὶ ante μετ' ἐλπίδων. Vid. not. p. 292.
43 δυεῖν

ἀσφαλῆ μετ' ἐλπίδων ἀγαθῶν εὐσέβειαν ἐνεργάζεται. λέγεται δέ ποτε κριοῦ μονόκερω κεφαλὴν ἐξ ἀγροῦ τῷ Περικλεῖ κομισθῆναι, καὶ Λάμπωνα μὲν τὸν μάντιν, ὡς εἶδε τὸ κέρας ἰσχυρὸν καὶ στερεὸν ἐκ μέσου τοῦ μετώπου πεφυκός, εἰπεῖν, ὅτι δυοῖν [43] οὐσῶν ἐν τῇ πόλει δυναστειῶν, τῆς Θουκυδίδου καὶ Περικλέους, εἰς ἕνα περιστήσεται τὸ κράτος, παρ' ᾧ γένοιτο τὸ σημεῖον· τὸν δ' Ἀναξαγόραν, τοῦ κρανίου διακοπέντος ἐπιδεῖξαι τὸν ἐγκέφαλον οὐ πεπληρωκότα τὴν βάσιν, ἀλλ' ὀξὺν ὥσπερ ᾠόν, ἐκ τοῦ παντὸς ἀγγείου συνωλισθηκότα κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ὅθεν ἡ ῥίζα τοῦ κέρατος εἶχε τὴν ἀρχήν. καὶ τότε μὲν θαυμασθῆναι τὸν Ἀναξαγόραν ὑπὸ τῶν παρόντων, ὀλίγῳ δ' ὕστερον τὸν Λάμπωνα, τοῦ μὲν Θουκυδίδου καταλυθέντος, τῶν δὲ τοῦ δήμου πραγμάτων ὁμαλῶς ἁπάντων ὑπὸ τῷ Περικλεῖ γενομένων. ἐκώλυε δ' οὐδέν, οἶμαι, καὶ τὸν φυσικὸν ἐπιτυγχάνειν, καὶ τὸν μάντιν, τοῦ μὲν τὴν αἰτίαν, τοῦ δὲ τὸ τέλος καλῶς ἐκλαμβάνοντος· ὑπέκειτο γὰρ τῷ μὲν, ἐκ τίνων γέγονε, καὶ πῶς πέφυκε, θεωρῆσαι· τῷ δὲ, πρὸς τί γέγονε, καὶ τί σημαίνει, προειπεῖν. οἱ δὲ τῆς αἰτίας τὴν

inſerit cum bona ſpe religionem. Ferunt, aliquando arietis caput cum vnico cornu ad Periclem fuiſſe ex agro delatum, ac vatem Lamponem, vt cornu validum conſpexit et firmum media enatum fronte, duarum dixiſſe, quae tunc in vrbe erant factionum, Thucydidis et Periclis, potentiam ad vnum delatum iri, apud quem hoc prodigium eueniſſet: Anaxagoram vero, quum os capitis diſſecuiſſet, monſtraſſe, non compleſſe cerebrum ſedem ſuam, ſed oui modo acutum ex tota teſta deuolutum eo loci, vnde originem radix cornu duceret. Atque in praeſentia quidem habuerunt in admiratione, qui intererant, Anaxagoram: breui poſt Lamponem, quum, opibus fractis Thucydidis, reipublicae tota adminiſtratio in Periclis manum recidiſſet. Poterat vero recte vterque conieciſſe, tam phyſicus, quam vates, alter, qui cauſam, alter, qui exitum probe eſt aſſequutus: illius erat enim munus, vnde proueniſſet et quemadmodum eſſet enatum, contemplari: huius, ad quid genitum eſſet, et quid portenderet, praenuntiare. Qui autem cauſae inuentionem

abolitio-

43 δυεῖν Vulcob.

εὕρεσιν, ἀναίρεσιν εἶναι λέγοντες τοῦ σημείου, οὐκ ἐπινοοῦσιν ἅμα τοῖς θείοις καὶ τὰ τεχνητὰ [44] τῶν συμβόλων ἀθετοῦντες, ψόφους τε δίσκων [45], καὶ φῶτα πυρσῶν, καὶ γνωμόνων ἀποσκιασμούς· ὧν ἕκαστον αἰτίᾳ τινὶ καὶ κατασκευῇ, σημεῖον εἶναί τινος πεποίηται. ταῦτα μὲν οὖν [46] ἴσως ἑτέρας ἐστὶ πραγματείας.

7. Ὁ δὲ Περικλῆς, νέος μὲν ὢν, σφόδρα τὸν δῆμον εὐλαβεῖτο. καὶ γὰρ ἐδόκει Πεισιστράτῳ τῷ τυράννῳ τὸ

abolitionem autumant ostenti esse, hi non considerant, se vna cum coelestibus etiam artificialia irrita signa reddere: discorum crepitum, facularum lumen, gnomonis vmbram, quae certa ex causa et opificio ad certam demonstrandam rem sunt singula parata. Caeterum haec alterius fortasse sint commentationis.

At Pericles metuit in iuuentute populum: videbatur enim facie Pisistratum tyrannum referre. Quumque vocis

44 τὰ τεχνητὰ] Displicet ipsa vox rarior; cumque in Bodl. 3. ita sit, τὰ νητὰ, vna litera addita legerem τὰ θνητὰ, vt opponatur praecedenti τοῖς θείοις: hoc prodigia et ostenta denotante, illo res mortales, siue quae vsitato eueniunt. Lapus vertendo, *coniiciendi artem*, videtur legisse τὰ τεκμαρτά.

45 ψόφους τε δίσκων] Locus hic facit ad prognosticorum naturalium defensionem, in quibus res, quae certam aliquam habent causam, certam ipsa quoque rem, vel praemonstrant, vel efficiunt, cuius generis sunt medicorum προῤῥητικά, et tempestatum apud Aratum et Maronem praesagia, et similia. Quid autem sonitus discorum designet, non satis intelligo. Videtur quidem robur impellentis et tenorem iactus demonstrare: cuius rei exemplum est Vlysseae lib. VIII. Τόν ῥα (subaud. δίσκον) περιστρέψας ἧκε στιβαρῆς ἀπὸ χειρός. Βόμβησεν δὲ λίθος, κατὰ δ' ἔπτηξαν ποτὶ γαίῃ Φαίηκες δολιχήρετμοι ναυσίκλυτοι ἄνδρες Λᾶος ὑπαὶ ῥιπῆς. ὁ δ' ὑπέρπτατο σήματα πάντων. Nam quod ex Pollucis lib. IX. Erasmus hoc ad vraniam refert, quam fidem mereatur, in commentariis Homericis docui. Est enim vrania pilae lusio, quum discus pila non sit, sed lapis molae fere instar formatus, rotundus scilicet, non globosus, in cuius medio per foramen traiectus erat funis, quo circumageretur et proiiceretur. Nisi forte disci sonitu signum dabatur exercitationum, vt ad eas, qui vellent, se converterent: cuius rei apud Ciceronem haud procul initio libri de oratore secundi est mentio. *Xylander.*

46 οὖν deest Iunt. Ald.

 47 κἀγκ-

εἶδος ἐμφερὴς εἶναι, τήν τε φωνὴν ἡδεῖαν οὖσαν αὐτοῦ καὶ τὴν γλῶσσαν εὔτροχον ἐν τῷ διαλέγεσθαι καὶ ταχεῖαν οἱ σφόδρα γέροντες ἐξεπλήττοντο πρὸς τὴν ὁμοιότητα. πλούτου δὲ καὶ γένους προσόντος αὐτῷ λαμπροῦ, καὶ φίλων, οἳ πλεῖστον ἠδύναντο, φοβούμενος ἐξοστρακισθῆναι, τῶν μὲν πολιτικῶν οὐδὲν ἔπραττεν, ἐν δὲ ταῖς στρατείαις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἦν καὶ φιλοκίνδυνος. ἐπεὶ δ' Ἀριστείδης μὲν ἀποτεθνήκει, καὶ Θεμιστοκλῆς ἐξεπεπτώκει, Κίμωνα δ' αἱ στρατεῖαι τὰ πολλὰ τῆς Ἑλλάδος ἔξω κατεῖχον, οὕτω δὴ φέρων ὁ Περικλῆς τῷ δήμῳ προσένειμεν ἑαυτὸν, ἀντὶ τῶν πλουσίων καὶ ὀλίγων τὰ τῶν πολλῶν καὶ πενήτων ἑλόμενος, παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἥκιστα δημοτικὴν οὖσαν. ἀλλ', ὡς ἔοικε, δεδιὼς μὲν ὑποψίᾳ περιπεσεῖν τυραννίδος, ὁρῶν δ' ἀριστοκρατικὸν τὸν Κίμωνα, καὶ διαφερόντως ὑπὸ τῶν καλῶν κἀγαθῶν [47] ἀγαπώμενον, ὑπῆλθε τοὺς πολλοὺς, ἀσφάλειαν μὲν ἑαυτῷ, δύναμιν δὲ κατ' ἐκείνου παρασκευαζόμενος. εὐθὺς δὲ καὶ τοῖς περὶ τὴν δίαιταν, ἑτέραν τάξιν ὑπέθηκεν. ὁδόν τε γὰρ ἐν ἄστει μίαν ἑωρᾶτο τὴν ἐπ' ἀγορὰν καὶ τὸ βουλευτήριον πορευόμενος· κλήσεις τε δείπνων καὶ τὴν τοιαύτην ἅπασαν φιλοφροσύνην καὶ συν-

vocis eius ſuauitatem grauiores aetate conſiderarent, linguamque in dicendo rotundam et volubilem, horrebant eam affinitatem: huc acceſſit opulentia, natalium claritas, et quorum maximae opes erant amici. Quare timens, ne in exilium pelleretur, abſtinuit ſe a republica. In bello fortis fuit et imperterritus. Poſtquam vero defunctus Ariſtides eſt, et Themiſtocles eiectus, Cimon autem in expeditionibus plerumque extra Graeciam diſtringebatur, tunc demum acceſſit ad rempublicam Pericles, praetulitque, contra ſuum ipſius ingenium minime populare, diuitibus et paucis populi et inopum partes. Caeterum (vt ſuſpicor) quum vitaret tyrannidis ſuſpicionem, et Cimonem principum ſtudioſum atque optimatibus eſſe videret mirifice carum, quo ſibi ſecuritatem et aduerſus illum opes compararet, aggregauit ſe ad plebem, ſimul et inſtitutum vitae commutauit. Vna via videres in vrbe ad forum et ad curiam euntem, conuiuia, eamque comitatem

47 κἀγαθῶν ἀνδρῶν Bodl. 3.

48 πρὶν

ἤθειαν ἐξέλιπεν. ὥςʼ ἐν οἷς ἐπολιτεύσατο χρόνοις, μακροῖς γενομένοις, πρὸς μηδένα τῶν φίλων ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν· πλὴν [48] Εὐρυπτολέμȣ τȣ͂ ἀνεψιȣ͂ γαμȣ͂ντος, ἄχρι τῶν σπονδῶν [49] παραγενόμενος, εὐθὺς ἐξανέςη. δειναὶ γὰρ αἱ φιλοφροσύναι [50] παντὸς ὄγκȣ περιγενέσθαι, καὶ δυσφύλακτον ἐν συνηθείᾳ τὸ πρὸς δόξαν σεμνόν ἐςι. τῆς [51] ἀληθινῆς δʼ ἀρετῆς κάλλιςα φαίνεται τὰ μάλιςα φαινόμενα, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ȣ̓δὲν ȣ̔́τω θαυμάσιον τοῖς ἐκτὸς, ὡς ὁ καθʼ ἡμέραν βίος τοῖς συνȣ͂σιν. ὁ δὲ, καὶ τȣ͂ δήμȣ τὸ συνεχὲς φεύγων καὶ τὸν κόρον, οἷον ἐκ διαλειμμάτων ἐπλησίαζεν, ȣ̓κ ἐπὶ παντὶ πράγματι λέγων; ȣ̓δʼ ἀεὶ παριὼν εἰς τὸ πλῆθος, ἀλλʼ ἑαυτὸν, ὥσπερ τὴν Σαλαμινίαν τριήρη, φησὶ Κριτόλαος, πρὸς τὰς μεγάλας χρείας ἐπιδιδȣ̀ς, τἄλλα δὲ, φίλȣς καὶ ῥήτορας ἑταίρȣς [52]

tatem et consuetudinem omnem abrupit, tantoque spatio, quo in republica est versatus, ad neminem amicorum coenatum iuit, Euryptolemo excepto consobrino, cuius nuptiis, dum libatum esset, interfuit, inde surrexit. Detrahunt enim familiaritates illae facile fastum omnem, et maiestas existimationis haud temere in contuberniis retinetur. Enimuero vera in virtute pulcherrima illa videntur, quae apparent maxime; neque est in bonis viris perinde alienis admirabile quicquam, atque vita quotidiana familiaribus. Hic vero etiam frequentiam refugiens et satietatem populi, quasi ex interuallis progrediebatur, neque omni de re dicebat, neque semper prodibat in concionem; verum sicut Salaminiam triremem dicit Critolaus, ad negotia se referuabat grauiora: caetera per amicos transigebat et oratores familiares

48 πρὶν Vulcob.

49 τῶν ποδῶν Bodl. 3.

50 δειναὶ γὰρ αἱ φιλοφροσύναι etc.] Sententia est satis obscura: ostendit autem, quotidiano conuictu assiduaque conuersatione auctoritatem amitti. Similis locus est etiam in vita Pompeii. *Xylander.*

51 Σεμνόν. ἐπὶ τῆς] Magis placet ita distingui et scribi: σεμνόν ἐςι. τῆς ἀληθινῆς etc. vt vox τῆς, non ἐπὶ, sententiae sit initium.

52 ἑταίρȣς] *Aliis* legit Lapus, non *sociis*: ἑτέροις, non ἑταίροις. Nostram lectionem retineo cum Amioto: etsi parum interest. De Salaminia naui dicam in Alcibiade. *Xylander.*

53 κατὰ

καθιεὶς, ἔπραττεν. ὧν ἕνα φασὶ γενέσθαι τὸν Ἐφιάλτην, ὃς κατέλυσε τὸ κράτος τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, πολλὴν, κατὰ τὸν Πλάτωνα [53], καὶ ἄκρατον τοῖς πολίταις ἐλευθερίαν οἰνοχοῶν. ὑφ' ἧς, ὥσπερ ἵππον, ἐξυβρίσαντα τὸν δῆμον οἱ κωμῳδοποιοὶ λέγουσι, πειθαρχεῖν οὐκέτι τολμᾶν, ἀλλὰ δάκνειν [54] τὴν Εὔβοιαν, καὶ ταῖς νήσοις ἐπιπηδᾶν.

8. Τῇ μέντοι περὶ τὸν βίον κατασκευῇ καὶ τῷ μεγέθει τοῦ φρονήματος ἁρμόζοντα λόγον, ὥσπερ ὄργανον, ἐξαρτυόμενος παρέτεινε [55] πολλαχοῦ τὸν Ἀναξαγόραν· οἷον βαφὴν [56], τῇ ῥητορικῇ τὴν φυσιολογίαν ὑποχεόμενος. τὸ γὰρ ὑψηλόνουν τοῦτο καὶ πάντῃ τελεσιουργὸν, ὡς ὁ θεῖος Πλάτων φησὶ [57], πρὸς τῷ εὐφυὴς εἶναι, κτησάμενος ἐκ φυσιολογίας, καὶ τὸ πρόσφορον ἑλκύσας ἐπὶ τὴν τῶν λόγων τέχνην, πολὺ πάντων διήνεγκε. διὸ καὶ τὴν ἐπίκλη-

familiares ſuos. Quorum vnum referunt Ephialten fuiſſe, qui ſenatus Areopagi fregit potentiam, ciuibuſque affatim (vt ait Plato) meram propinauit libertatem: qua equi luxuriantis more comici dictitant poſtea deſiiſſe populum audire principes, et mordere Euboeam coepiſſe, et in inſulas inſultare.

Iam vitae inſtituto, et tantae grauitati congruentem dicendi facultatem velut organum inſtruens, paſſim Anaxagoram adhibuit, rationes phyſicas, velut tincturae, facultati dicendi ſuffundens. Quum enim altam illam mentem atque omnium efficientem, vt diuinus Plato ait, ex naturali diſciplina ad praeclaram indolem ſuam adiunxiſſet, et quod eſſet ex vſu, ad artificium dicendi accommodaſſet, longe antecelluit omnes. Vnde cognomen

53 κατὰ τὸν Πλάτωνα] Libro de Republica VIII. vbi elegantiſſime diſputat, quomodo Democratiae abuſu res ad tyrannidem deuoluantur. *Xylander.*

54 Ἀλλὰ δάκνειν] Verſus cauſa legi poteſt, ἀλλά γε, vel ἀλλ' ἐνδάκνειν; vel ſtet, vt a Plutarchi manu, non Poëtae.

55 Παρέτεινε] Recte Bodl. 3. παρενέτεινε: vt Solon p. 175. ἐνέτεινε γνώμας φιλοσόφους τοῖς ποιήμασι. [παρέτεινεν ἢ κατεπόνει Vulcob.]

56 οἷον βαφῇ] Magis proprium videtur βαφὴν; vt dicatur Pericles phyſicam ſcientiam rhetoricae tanquam tincturam infundere.

57 ὡς ὁ θεῖος Πλάτων φησὶν] Locus eſt in Phaedri penultima pagina. *Xylander.*

58 Ὀλυμ-

σιν [58] αὐτῷ γενέσθαι λέγουσι· καίτοι τινὲς ἀπὸ τῶν, οἷς ἐκόσμησε τὴν πόλιν, οἱ δ' ἀπὸ τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ καὶ ταῖς στρατηγίαις δυνάμεως, Ὀλύμπιον αὐτὸν οἴονται προσαγορευθῆναι· καὶ συνδραμεῖν οὐδὲν ἀπέοικεν ἀπὸ πολλῶν προσόντων τῷ ἀνδρὶ τὴν δόξαν. αἱ μέντοι κωμῳδίαι τῶν τότε διδασκάλων σπουδῇ τε πολλὰς καὶ μετὰ γέλωτος ἀφεικότων φωνὰς εἰς αὐτὸν, ἐπὶ τῷ λόγῳ μάλιστα τὴν προσωνυμίαν γενέσθαι δηλοῦσι, βροντᾶν μὲν αὐτὸν καὶ ἀστράπτειν [59], ὅτε δημηγοροίη, δεινὸν δὲ κεραυνὸν ἐν τῇ γλώσσῃ φέρειν λεγόντων. διαμνημονεύεται δέ τις καὶ Θουκυδίδου τοῦ Μιλησίου λόγος, εἰς τὴν δεινότητα τοῦ Περικλέους μετὰ παιδιᾶς εἰρημένος. ἦν μὲν γὰρ ὁ Θουκυδίδης τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, καὶ πλεῖστον ἀντεπολιτεύσατο τῷ Περικλεῖ χρόνον· Ἀρχιδάμου δὲ, τοῦ Λακεδαιμονίων βασιλέως, πυνθανομένου, πότερον αὐτὸς, ἢ Περικλῆς, παλαίει βέλτιον· Ὅταν, εἶπεν, ἐγὼ καταβάλω παλαίων, ἐκεῖνος ἀντιλέγων, ὡς οὐ πέπτωκε [60], νικᾷ, καὶ μεταπείθει τοὺς ὁρῶντας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Περικλῆς περὶ

men eum memorant Olympii inueniſſe: quamuis nonnulli a monumentis, quibus exornauit vrbem, alii a potentia, quam domi militiaeque habuit, eo nomine arbitrantur inſignitum. Nec vero quicquam prohibet, quin laus ea a multis, quibus refulgebat idem ille, conflata virtutibus fuerit. At comoediae, quod qui ea tempeſtate docebant eas, et ſerias et ridiculas voces in eum multas eiacularentur, traxiſſe ex vi dicendi eum oſtendunt hoc cognomen. Tonare enim et fulminare concionantem, et vehemens eum in lingua fulmen dicebant gerere. Quoddam etiam dictum memoriae traditum eſt Thucydidis Mileſii iocoſum de Periclis in dicendo neruis. Fuit autem ex optimatibus Thucydides, diuque Periclis in republica aduerſarius: ex quo quum requireret Lacedaemoniorum rex, Archidamus, ipſe, an Pericles, melior lucta eſſet: Vbi ego, inquit, luctando eum proſtraui, ille refellens perſuadet ſe non cecidiſſe, atque in eam traducit ſpectatores opinionem. Verumenimuero ipſe erat, quum dicturus

eſſet,

58 Ὀλυμπίου ἐπίκλησιν Anonym.

59 βροντᾶν μὲν αὐτὸν καὶ ἀστράπτειν etc.] Cicero in Orat. ad Brutum. *Cruſer.*

60 πέπωκε Vulcob.

61 οἷον

τὸν λόγον εὐλαβὴς ἦν, ὥς᾽ ἀεὶ πρὸς τὸ βῆμα βαδίζων ηὔχετο τοῖς Θεοῖς μηδὲ ῥῆμα μηδὲν ἐκπεσεῖν ἄκοντος αὐτȣ̃ πρὸς τὴν προκειμένην χρείαν ἀνάρμοςον. ἔγγραφον μὲν ȣ̃ν ȣ̓δὲν ἀπολέλοιπε, πλὴν τῶν ψηφισμάτων· ἀπομνημονεύεται δ᾽ ὀλίγα παντάπασιν· οἷον, τὸ τὴν Αἴγιναν ὡς λήμην τȣ̃ Πειραιῶς ἀφελεῖν κελεῦσαι [61]· καὶ τὸ, τὸν πόλεμον ἤδη φάναι καθορᾶν ἀπὸ Πελοποννήσȣ προσφερόμενον. καί ποτε τȣ̃ Σοφοκλέȣς [62], ὅτε συςρατηγῶν ἐξέπλευσε μετ᾽ αὐτȣ̃, παῖδα καλὸν ἐπαινέσαντος· Οὐ μόνον, ἔφη, τὰς χεῖρας, ὦ Σοφόκλεις, δεῖ καθαρὰς ἔχειν τὸν ςρατηγὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς ὄψεις. ὁ δὲ Στησίμβροτος φησὶν, ὅτι τȣ̀ς ἐν Σάμῳ τεθνηκότας ἐγκωμιάζων ἐπὶ τȣ̃ βήματος, ἀθανάτȣς ἔλεγε γεγονέναι, καθάπερ τȣ̀ς Θεȣ́ς. ȣ̓ γὰρ ἐκείνȣς αὐτȣ̀ς ὁρῶμεν, ἀλλὰ ταῖς τιμαῖς, ἃς ἔχȣσι,

eſſet, valde ſolicitus Pericles: vt quum ad concionandum accederet, ſemper precaretur deos, ne vllum verbum, quod ad rem praeſentem non conueniret, inuito excideret ſibi. Scripti praeter plebiſcita reliquit nihil. Dicta commemorantur plane pauca, vt quum tanquam lippitudinem Aeginam iubet a Piraeo auelli, et bellum dicit iam exoriens ſe a Peloponneſo proſpicere. Item quum aliquando Sophocles, qui cum eo nauigabat in praetura collega, formam pueri cuiuſdam laudaret: Praetorem, Sophocles, inquit, decet, non ſolum manus, ſed et oculos abſtinentes habere. Steſimbrotus eum refert, quum pro concione celebraret illos, qui in Samo ceciderant, immortalitatem dixiſſe eos, ſicut deos, adeptos. Neque enim illos ipſos, inquit, conſpicimus; at ex honoribus, quibus

61 οἷον τὸ τὴν Αἴγιναν ὡς λήμην τȣ̃ Πειραιῶς ἀφελεῖν κελεῦσαι] Xylander vertit: *quum iuſſit Aeginam tanquam oculis Piraeei officientem auferri.* Sicque in hunc locum annotat: Λήμην τȣ̃ Πειραιέος, lemam Piraeei, ſeu lippitudinem: quamquam λήμη non lippitudo vere eſt, ſed lippitudinis cauſa, ſcilicet humor aliquis in oculo concretus. Itaque quum proprium deeſſet vocabulum, vtcunque ſenſum extuli, translationis tamen vi (vt puto) non admodum imminuta. Eſt enim in hoc dicto metaphora, ſeu translatio, ἐξ ἀναλογίας, vt lib. III. Rhetor. Ariſtoteles docet, cap. 10.

62 καί ποτε τȣ̃ Σοφοκλέȣς, etc.] Cicero de offic. lib. II. *Cruſer.*

63 Ἄπερ

καὶ τοῖς ἀγαθοῖς, ἃ παρέχουσιν [63], ἀθανάτους εἶναι τεκμαιρόμεθα· ταῦτ' οὖν ὑπάρχειν καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανοῦσιν.

9. Ἐπεὶ δὲ Θουκυδίδης μὲν [64] ἀριστοκρατικήν τινα τὴν τοῦ Περικλέους ὑπογράφει πολιτείαν, λόγῳ μὲν οὖσαν δημοκρατίαν, ἔργῳ δ' ὑπὸ τοῦ πρώτου ἀνδρὸς ἀρχήν· ἄλλοι δὲ πολλοὶ πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φασὶ τὸν δῆμον ἐπὶ κληρουχίας καὶ θεωρικὰ [65] καὶ μισθῶν διανομὰς προαχθῆναι, κακῶς ἐθισθέντα, καὶ γενόμενον πολυτελῆ καὶ ἀκόλαστον ὑπὸ τῶν τότε πολιτευμάτων, ἀντὶ σώφρονος καὶ αὐτουργοῦ· θεωρείσθω διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν, ἡ αἰτία τῆς μεταβολῆς. ἐν ἀρχῇ μὲν γὰρ, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὴν Κίμωνος δόξαν ἀντιτατ]όμενος, ὑπεποιεῖτο τὸν δῆμον· ἐλαττούμενος δὲ πλούτῳ καὶ χρήμασιν, ἀφ' ὧν ἐκεῖνος ἀνελάμ-

quibus coluntur, et ex bonis, quibus fruuntur, ducimus, eos immortales eſſe: eadem contingunt iis, qui vitam pro patria profuderint.

Quia vero actiones in republica Periclis principum deſcribit Thucydides fauere poteſtati, ac dictam quidem popularem, ſed reuera vnius fuiſſe ſub primario viro principatum: plerique autem alii populum ferunt primum ab eo ad agrarias diuiſiones, ad ſportulas theatrales, et mercenarias largitiones accipiendas deductum, eoque prauo more profuſum luxuque ſolutum iſtis actionibus redditum, frugi quum fuiſſet ante et operis tolerauiſſet ſe ſuis; videamus cauſam ex rebus ipſis, cur ſententiam ſuam mutauerit. Initio (vt diximus) quum offerret gloriae ſe Cimonis aduerſarium, prenſauit populum. Sed quod ſuperaret ipſum Cimon diuitiis et pecunia, quibus fouebat inopes, ad

63 Ἅπερ ἔχουσιν] Lego, ἃ παρέχουσιν: Deos nouimus eſſe immortales, ex honoribus, quibus coluntur, et ex bonis, quae largiuntur; iiſdem rationibus et viros pro patria defunctos immortalitatem adeptos eſſe ducimus.

64 Ἐπεὶ δὲ Θουκυδίδης μὲν etc.] Locus Thucydidis eſt lib. II. *Xylander.*

65 θεωρικὰ] Sic dicebantur pecuniae, quae Panathenaicis et Dionyſiacis feriis populo ex aerario tribuebantur, vt ſpectare ludos conducto in theatro ludo, et ſacrificia obire, etiam tenuis fortunae ciues poſſent. Vide Suidam,

βανε τὰς πένητας, δεῖπνόν τε καθ' ἡμέραν τῷ δεομένῳ παρέχων Ἀθηναίων, καὶ τὰς πρεσβυτέρας ἀμφιεννύων, τῶν τε χωρίων τὰς φραγμὰς ἀφαιρῶν, ὅπως ὀπωρίζωσιν οἱ βουλόμενοι· τούτοις ὁ Περικλῆς καταδημαγωγούμενος, τρέπεται πρὸς τὴν τῶν δημοσίων διανομὴν, συμβουλεύσαντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Οἴηθεν [66], ὡς Ἀριστοτέλης ἱστόρηκε. καὶ ταχὺ θεωρικοῖς καὶ δικαστικοῖς λήμμασιν, ἄλλαις τε μισθοφοραῖς [67] καὶ χορηγίαις συνδεκάσας τὸ πλῆθος, ἐχρῆτο κατὰ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, ἧς αὐτὸς οὐ μετεῖχε, διὰ τὸ μήτ' ἄρχων, μήτε θεσμοθέτης, μήτε βασιλεὺς, μήτε πολέμαρχος λαχεῖν [68]. αὗται γὰρ αἱ ἀρχαὶ

ad coenam quotidie egenos ciues inuitans, ſenes veſtiens, ſepes amouens praediorum, quo ſumerent, quibus liberet, fructus, hac popularitate inferior, Demonidis conſilio Ienſis (vt tradit Ariſtoteles) conuertit ſe Pericles ad publica dilargienda, breuique theatralibus et iudicialibus ſportulis, atque aliis praemiationibus, largitionibuſque corrupta plebe, vſus eſt aduerſus Areopagi curiam, in qua ipſe non erat, quod nec archon, nec theſmothetes, nec rex ſacrorum, nec polemarchus ſorte cooptatus fuiſſet. Hi enim magiſtratus

Suidam, et Heſychium, et Libanium in primam Olynthiacam. Eſt autem θεωρεῖν, *ſpectare.* Mentio horum eſt etiam infra in Ariſtida. *Xylander.*

66 Ἴηθεν] Docti corrigunt Οἴαθεν, primus omnium Xyl. qui Οἴαν eſſe curiam Acamantidis tribus ex Stephano didicerat. [Antea Xylander haec annotarat: *Oeteam* Lapus fecit, neſcio quid ſecutus. Amiotus ex inſula *Io* ortum cenſuit. Ego opinor, (nam nihil niſi coniecturam affero) δῆμον, hoc eſt curiam, aut pagum aliquem Atticae patriam eius fuiſſe, *Iam* forte, aut *Ias*, aut ſimile. Hactenus *Xylander.*] οἴηθεν Bodl. 3. et Iuntina. Vitium Aldina prima dedit.

67 μισθοφορίαις Anonym.

68 διὰ τὸ μήτ' ἄρχων, μήτε θεσμοθέτης, μήτε βασιλεὺς, μήτε πολέμαρχος λαχεῖν] Nomina ſunt magiſtratuum Athenienſibus propriorum: et quae non vertere, quam peruertere, praeſtat: non enim video, quae Latina vocabula iis vere et proprie reſpondeant. De Areopago in Solone dicta ſunt ab auctore ſatis multa: quibus addi poſſunt, quae ſunt apud Iſocratem in oratione de eo conſilio ſcripta, et alios. Archontes Athenis nouem fuerunt, qui rempublicam adminiſtrarent, quaſi praetores. Ex his vnus

κληρωταί τ' ἦσαν ἐκ παλαιοῦ, καὶ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον. διὸ καὶ μᾶλλον ἰσχύσας ὁ Περικλῆς ἐν τῷ δήμῳ, κατεστασίασε τὴν βουλὴν, ὥστε τὴν μὲν ἀφαιρεθῆναι τὰς πλείστας κρίσεις δι' Ἐφιάλτου, Κίμωνα δ' ὡς φιλολάκωνα καὶ μισόδημον ἐξοστρακι-

stratus sortito antiquitus creabantur, quique in iis comprobati essent, adscendebant in curiam Areopagi. Quare quum plus apud populum polleret Pericles, factione sua oppressit hoc concilium, eique opera Ephialtis pleraque ademit iudicia, ac Cimonem vt Lacedaemoniorum fautorem, infestumque populo, vrbe pepulit,

vnus Eponymus dicebatur: de quo in Aristida. Sex alios legibus quotannis corrigendis, totoque anno curandis destinatos fuisse, Suidas ex aliis et Aeschinis contra Ctesiphontem oratione affirmat: qui Thesmothetae dicerentur. Rex autem, *βασιλεύς*, quid officii habuerit, ex fine Acharnensium Aristophanis et Scholiasta eius apparet. Ibi Dicaeopolis, quasi victor certaminis, vtrem victoriae praemium sibi tradi postulat, eoque nomine regem inuocat: *Rex vbi est? Mihi tradite virum.* Ibi Scholiastes: Indicat, inquit, hoc loco, regem certaminum, quae choarum, seu libationum, festiuitate edebantur, procuratorem fuisse, vtremque victori praemium dedisse. Est autem rex magistratus quidam, mysteriorum, pomparum et sacrificiorum curam gerens. Haec ille. Ergo regem sacrorum, aut regem sacrificulum, dicere licet, de quo alibi. Sane in Solonis vita, vbi de Areopagitis disputatur, verba cuiusdam legis referuntur, quae indicare videantur, eos reges etiam in prytaneo de grauibus caussis iudicium tulisse. Quo fortassis hic respicitur. Lapus omisit hunc magistratum, quod (vt existimo) non intelligeret eius officium, et reges Athenis Periclis tempore non praefuisse cogitaret. Certe et Suidas in voce *ἄρχων* quatuor haec magistratuum nomina, vt hic noster auctor, coniunxit. Restat Polemarchus, quem *Praetorem peregrinum* vertissem, nisi nouum hoc et inuidiosum ob nouitatem futurum metuissem. Sane haud absimilis ratio eius fuit. Siquidem (vt ex Suida et aliunde patet) et ipse vnus de nouem istis praetoribus seu archontibus fuit, atque inquilinis, vt reliquis ciuibus, ius dixit. Alioquin etymon indicat, belli praefectum etiam fuisse: quod genus Polemarchi etiam Spartanis fuerunt. Haec, vt omni munere fidelis interpretis perfungerer, annotanda semel duxi: quum plerique omnes interpretes aut non animaduertissent, aut oscitantes in similibus locis fuissent. Qui plura

σθῆναι, πλέτῳ μὲν καὶ γένει μηδενὸς ἀπολειπόμενον, νίκας δὲ καλλίςας νενικηκότα τὲς βαρβάρες, καὶ χρημάτων πολλῶν καὶ λαφύρων ἐμπεπληκότα τὴν πόλιν, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνε γέγραπται. τοσῦτον ἦν τὸ κράτος ἐν τῷ δήμῳ τῦ Περικλέες.

10. Ὁ μὲν ὖν ἐξοςρακισμὸς ὡρισμένην εἶχε νόμῳ δεκαετίαν τοῖς φεύγεσιν· ἐν δὲ τῷ διὰ μέσε, Λακεδαιμονίων ςρατῷ μεγάλῳ ἐμβαλόντων εἰς τὴν Ταναγραϊκὴν, καὶ τῶν Ἀθηναίων εὐθὺς ὁρμησάντων ἐπ᾽ αὐτὲς, ὁ μὲν Κίμων ἐλθὼν ἐκ τῆς φυγῆς, ἔθετο μετὰ τῶν φυλετῶν εἰς λόχον τὰ ὅπλα [69], καὶ δι᾽ ἔργων ἀπολύεσθαι τὸν Λακωνισμὸν ἐβέλετο, συγκινδυνεύσας τοῖς πολίταις. οἱ δὲ φίλοι τῦ Περικλέες συςάντες ἀπήλασαν αὐτὸν ὡς φυγάδα. διὸ καὶ δοκεῖ Περικλῆς ἐρρωμενεςάτην μάχην ἐκείνην ἀγωνίσασθαι, καὶ γενέσθαι πάντων ἐπιφανέςατος, ἀφειδήσας τῦ σώματος. ἔπεσον δὲ καὶ τῦ Κίμωνος οἱ φίλοι πάντες ὁμαλῶς, ὓς Περικλῆς συνεπῃτιᾶτο τῦ Λακωνισμῦ·

pepulit, opibus et nobilitate nulli ſecundum: qui victorias de barbaris pulcherrimas retulerat, opulentiaque grandi ac manubiis expleuerat ciuitatem, vt in eius vita expoſuimus: tam validae opes apud populum erant Periclis.

Genere illo exilii (oſtraciſmum vocabant) praefinitum exulibus erat ſpatium decennale. Interea Lacedaemoniis in agrum Tanagraicum incurſionem magna manu facientibus, quum copias Athenienſes contra eos eduxiſſent, reuerſus ab exilio Cimon, quo factis dilueret ſtudium in Lacedaemonios, diſcrimen cum ciuibus ſubeundo, quum in manipulo ſe tribulium ſuorum centuriauiſſet, neceſſarii Periclis eum vt exulem coitione facta abegerunt. Ideoque fortiſſime eo in conflictu dimicaſſe Pericles videtur, eiuſque qui plurimum ſuo corpore exciperent periculi, enituiſſe ſupra caeteros virtus. Ceciderunt etiam Cimonis amici pariter omnes, quos aeque Pericles, tanquam cum Lacedaemoniis facientes,

plura volunt, ex Suida, Harpocratione, Graecisque aliis interpretibus petant. *Xylander.*

69 ἔθετο μετὰ τῶν φυλετῶν εἰς λόχον τὰ ὅπλα] Obſcuriuſculum eſt hoc, neque a Lapo expreſſum. In Cimone planius dixit, μετὰ τῶν ὅπλων ἧκεν εἰς τὴν αὐτῦ φυλὴν Οἰνηΐδα, etc. *Xylander.*

70 δὲ

καὶ μετάνοια δεινὴ τοὺς Ἀθηναίους καὶ πόθος ἔσχε τοῦ Κίμωνος, ἡττημένους μὲν ἐπὶ τῶν ὅρων τῆς Ἀττικῆς, προσδοκῶντας δὲ καὶ [70] βαρὺν εἰς ἔτους ὥραν πόλεμον. αἰσθόμενος οὖν ὁ Περικλῆς οὐκ ὤκνησε χαρίσασθαι τοῖς πολλοῖς, ἀλλὰ τὸ ψήφισμα γράψας αὐτὸς ἐκάλει τὸν ἄνδρα, κἀκεῖνος ἀπελθὼν [71] εἰρήνην ἐποίησε ταῖς πόλεσιν. οἰκείως γὰρ εἶχον οἱ Λακεδαιμόνιοι πρὸς αὐτὸν, ὥσπερ ἀπήχθοντο τῷ Περικλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις δημαγωγοῖς. ἔνιοι δέ φασιν οὐ πρότερον γραφῆναι τῷ Κίμωνι τὴν κάθοδον ὑπὸ τοῦ Περικλέους, ἢ συνθήκας αὐτοῖς ἀπορρήτους γενέσθαι δι᾽ Ἐλπινίκης, τῆς Κίμωνος ἀδελφῆς. ὥστε Κίμωνα μὲν ἐκπλεῦσαι, λαβόντα ναῦς διακοσίας, καὶ τῶν ἔξω στρατηγεῖν, καταστρεφόμενον τὴν βασιλέως χώραν· Περικλεῖ δὲ τὴν ἐν ἄστει δύναμιν ὑπάρχειν. ἐδόκει δὲ καὶ πρότερον ἡ Ἐλπινίκη τῷ Κίμωνι τὸν Περικλέα πρᾳότερον παρασχεῖν, ὅτε τὴν θανατικὴν δίκην ἔφυγεν [72]. ἦν μὲν γὰρ εἷς τῶν κατηγόρων ὁ Περικλῆς ὑπὸ τοῦ δήμου προβεβλημένος. ἐλθούσης δὲ πρὸς αὐτὸν τῆς Ἐλπινίκης καὶ δεομένης, μειδιά-

facientes, insimulabat. Poenituit autem maiorem in modum Athenienses, et desiderium tenuit eos Cimonis, quod fusi fuissent in Atticae finibus, maioremque molem in aestatem belli exspectabant. Quae Pericles animaduertens, non detrectauit obsecundare plebi, ac plebiscitum, quo illum reuocauit, ipse scripsit. Reuersus Cimon pacem inter eas ciuitates iunxit. Erant enim studio Lacedaemonii in eum propenso, sicut oderant Periclem, et reliquos homines populares. Sunt qui non ante referant latum a Pericle ad populum de Cimonis reditu, quam occulta pactio inter eos, Cimonis sorore interprete Elpinice, intercessisset, vt classe Cimon ducentarum nauium accepta, foris praeesset exercitui, et prouincias regis deuastaret, Pericles imperium domi haberet. Fama fuit etiam ante, Elpinicen Cimoni, quum causam capitis diceret, Periclem reddidisse placatiorem. Fuerat enim inter accusatores Pericles vnus a populo delectus. Quum adiisset autem eum supplex Elpinice, ridens: At enim anus es, inquit,

70 δὲ deest Iuntinae, et καὶ Bodl. 3.

71 Ἀπελθὼν] Forte ἀνελθὼν, vel ἐπελθών. in Cimone, p. 131. κατελθών.

72 ἔφευγεν Vulcob.

σας εἶπεν· Ὦ Ἐλπινίκη, γραῦς εἶ [73], ὡς πράγματα τηλικαῦτα δράσειν [74]. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν λόγον ἅπαξ ἀνέστη, τὴν προβολὴν ἀφοσιούμενος, καὶ τῶν κατηγόρων ἐλάχιστα τὸν Κίμωνα λυπήσας ἀπεχώρησε. πῶς ἂν οὖν τις Ἰδομενεῖ πιστεύσειε, κατηγοροῦντι τοῦ Περικλέους, ὡς τὸν δημαγωγὸν Ἐφιάλτην, φίλον γενόμενον, καὶ κοινωνὸν ὄντα τῆς ἐν τῇ πολιτείᾳ προαιρέσεως, δολοφονήσαντος, διὰ ζηλοτυπίαν καὶ φθόνον τῆς δόξης; ταῦτα γὰρ οὐκ οἶδ᾽ ὅθεν συναγαγὼν, ὥσπερ χολὴν, τἀνδρὶ προσβέβληκε, πάντη μὲν ἴσως οὐκ ἀνεπιλήπτῳ, φρόνημα δ᾽ εὐγενὲς ἔχοντι, καὶ ψυχὴν φιλότιμον, ἧς οὐδὲν ἐκφύεται πάθος ὠμὸν οὕτω καὶ θηριῶδες. Ἐφιάλτην μὲν οὖν, φοβερὸν ὄντα τοῖς ὀλιγαρχικοῖς, καὶ περὶ τὰς εὐθύνας καὶ διώξεις τῶν τὸν δῆμον ἀδικούντων ἀπαραίτητον, ἐπιβουλεύσαντες οἱ ἐχθροὶ δι᾽ Ἀριστοδίκου τοῦ Ταναγρικοῦ [75] κρυφαίως ἀνεῖλον, ὡς Ἀριστοτέλης εἴρηκεν. ἐτελεύτησε δὲ Κίμων ἐν Κύπρῳ στρατηγῶν.

inquit, Elpinice, anus es nimium, quam vt res tantas transigas. Attamen semel duntaxat surrexit ad dicendum, atque crimen defunctorie attigit, abscessitque, quum moderatissimum se inter Cimonis accusatores praebuisset. Quomodo credas igitur insimulanti Periclem Idomeneo, oratorem ab eo Ephialtem, amicum et consiliorum in republica socium, aemulatione et inuidia gloriae eius, per dolum interemtum? Hoc ille, haud scio vnde collectum, velut fel offudit illi, non omni fortasse carenti reprehensione, sed animi viro celsi tamen et gloriae cupidi, in quem facinus non competit adeo tetrum et atrox vllum. Ephialtem ergo, qui hostis acris erat eorum, qui paucorum potentiam fouebant, seuerusque in detegendis et persequendis illis, qui circumveniebant populum, inimici implicatum insidiis, Aristodici Tanagraei opera, vt prodit Aristoteles, clam sustulere. At Cimon praefectus classis in Cypro diem suum obiit.

Optima-

73 Γραῦς εἶ] Repetit Bodl. 3. et Iuntina pariter atque Aldina has voces. ita in Cimone, p. 126. γραῦς εἶ, γραῦς, ὦ Ἐλπινίκη: vbi etiam legendum videtur εἶ pro ὦ. repetitio ista τὸν διασυρμὸν auget.

74 πράσσειν Vulcob.

75 Ταναγρικοῦ] Potius Ταναγραϊκοῦ, vt p. 347.

76 τινὰ

11. Οἱ δ' ἀριστοκρατικοὶ μέγιστον μὲν ἤδη τὸν Περικλέα καὶ πρόσθεν ὁρῶντες γεγονότα τῶν πολιτῶν, βουλόμενοι δ' ὅμως εἶναί τινα τὸν πρὸς αὐτὸν [76] ἀντιτασσόμενον ἐν τῇ πόλει, καὶ τὴν δύναμιν ἀμβλύνοντα, ὥστε μὴ κομιδῇ μοναρχίαν εἶναι· Θουκυδίδην τὸν Ἀλωπεκῆθεν, ἄνδρα σώφρονα καὶ κηδεστὴν Κίμωνος, ἀντέστησαν ἐναντιωσόμενον [77]. ὃς ἧττον μὲν ὢν πολεμικὸς τοῦ Κίμωνος, ἀγο-

Optimates autem, quamquam ſentirent, iamdudum validiſſimas in ciuitate euaſiſſe opes Periclis, principemque eum ciuium iam eſſe; volebant cum eo aliquem tamen in ciuitate comparatum, qui potentiam eius, ne ſolus omnino rerum potiretur, retunderet. Itaque aduerſarium ei obiecerunt affinem Cimonis, moderatum virum, Alopecenſem Thucydidem. Qui quum minus bellicis laudibus eſſet, quam Cimon, celebris, ſed fori magis

artium-

76 Τινὰ τὸν πρὸς αὐτὸν] Malim τινὰ αὐτῶν, aliquem ex ſuo numero.

77 Θουκυδίδην τὸν Ἀλωπεκῆθεν, ἄνδρα σώφρονα καὶ κηδεστὴν Κίμωνος, ἀντέστησαν ἐναντιωσόμενον] Exponam hunc locum, qui me aliquando vexauit torſitque: et (vt opinor) non omnes hanc rem recte ſuo marte intelligent. Id primum obiter monendum duxi, κηδεστὴν non modo (vt vulgo putatur) *ſocerum*, ſed et quocunque modo vel *affinem*, vel *agnatum*, Graecis ſignificare: ſicuti et γαμβρὸς non tantum *generum*, ſed etiam *ſororis maritum* ſignificat, et πενθερὸς *affinem*: neque id abſque omni ratione, vti alias oſtendimus. Iam in vita Cimonis Plutarchus tradit, fuiſſe materna ab origine coniunctum Cimoni Thucydidem: et quidem ibi diſerte additur, ſcriptorem hiſtoriarum: quod ipſum et Suidas, et quicunque alii vitam eius auctoris ſcripſere, haud obſcure annotauerunt. Potuit hoc in eam ſuſpicionem perducere hominem minus attentum, hiſtoricum Thucydidem eum eſſe, de quo hic auctor loquitur, nempe qui in republica aduerſarius Periclis fuit. Accedit eo, quod et hunc ipſum hiſtoriae parentem exſilio mulctatum fuiſſe, multi graues auctores tradiderunt. Cicero libro de oratore ſecundo, a republica remotum et in exſilium pulſum ſcripſiſſe ſuos libros teſtatur. Idem eſt apud Plinium lib. VII. cap. 30. apud Pauſaniam in Atticis, apud Dionem libro Hiſtor. Rom. XXXVIII. apud alios. Neque ipſe hoc diſſimulauit. Fuiſſe aduerſarium Periclis, opinari potuit: qui et cognationem illius cum Cimone, qui a Pericle grauiter oppreſſus fuit, reputaret, et aequales in eademque ciuitate verſatos fuiſſe cogitaret: quod quidem poſterius

eſt

ραῖος δὲ καὶ πολιτικὸς μᾶλλον, οἰκουρῶν ἐν ἄστει, καὶ περὶ τὸ βῆμα τῷ Περικλεῖ συμπλεκόμενος, ταχὺ τὴν πολιτείαν εἰς τἀντίπαλον κατέστησεν. οὐ γὰρ εἴασε τοὺς καλοὺς κἀγαθοὺς καλουμένους ἄνδρας ἐνδιεσπάρθαι καὶ συμμεμίχθαι πρὸς τὸν δῆμον, ὡς πρότερον, ὑπὸ τοῦ πλήθους ἠμαυ-

artiumque peritus ciuilium, vrbem assidue colens, atque in concionibus cum Pericle decertans, breui rempublicam ad aequilibrium reduxit. Neque enim eos, qui optimates vocabantur, immisceri et confundi permisit, vt ante, cum plebe, vbi multitudine offuscabatur

est extra omnem controuersiam, et plurimum ad hunc errorem facit. Porro Plutarchus hic, vbi de Thucydidis cum Pericle certaminibus et exsilio loquitur, Milesii patris nomen non addidit: vt tam facile hunc ab isto diuersum, quam cum scriptore historiae eundem fuisse suspicari quispiam potuerit. Nam curiarum in Cimonis et Periclis vita additam distinctionem non aduertisse, aut non intellexisse, vulgare fuerit. Verum mihi hoc ipsum primum altius cogitandi occasionem dedit. Nam historicus Alimusius in Cimone Plutarchi, inque vita sua in inscriptione columnae cuiusdam dicitur. Est vero Alimus Leontidis tribus curia. Is autem, de quo in praesentia sermo nobis est, Alopecensis curia perhibetur: hoc est, tribu Antiochensis: si quidem Stephano et aliis credimus. Sunt ergo diuersi, vtut nomen et exsilium commune tulerint. Ratio autem temporum hoc ipsum demonstrat, quum post pugnam ad Amphipolin se in exsilium abiisse, lib.V. Thucydides scribat, mortuo pridem Pericle. Thucydidem autem Periclis aduersarium eundem cum Milesii F. supra nominato [p. 345, 4. edit. Lond.] esse, et historia innuit, et demonstrat Scholiastes Aristophanis in Vespas, ad versum Ὅπερ ποτὲ φεύγων ἔπαθε καὶ Θουκυδίδης, *Quod exsulanti olim accidit Thucydidi.* Vbi quidem et quatuor Thucydides enumerat, et hunc Alopecensem Milesii (historici vero pater Olorus seu Orolus, vt Marcellinus in vita Thucydidis, etiam teste Didymo, contendit, notus est) filium fuisse docet. Atque huius Thucydidis Milesii F. in fine Theagis, initio Lachetis, et in Menone, meminit Plato, etsi Μελησίου falso legitur, vt persuasum habeo, pro Μιλησίου. Quod addendum vtique fuit, vt Μιλησίου supra intelligas non gentile esse, sed υἱοῦ vocabuli vsitata omissione prolatum. Nam id ambiguum more suo Lapus reliquit: Amiotus omnino Milesium fecit, id est Mileto oriundum: non recte. Initio Niciae etiam huius, vt optimi et suorum amantissimi ciuis, fit mentio. *Xylander.*

ρωμένους τὸ ἀξίωμα· χωρὶς δὲ διακρίνας, καὶ συναγαγὼν εἰς ταυτὸ τὴν πάντων δύναμιν, ἐμβριθῆ γενομένην, ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ, ῥοπὴν ἐποίησεν. ἡ μὲν γὰρ [78] ἐξ ἀρχῆς διαπλοκή τις ὕπουλος, ὥσπερ ἐν σιδήρῳ, διαφορὰν ὑποσημαίνουσα δημοτικῆς καὶ ἀριστοκρατικῆς προαιρέσεως· ἡ δ' ἐκείνων ἅμιλλα καὶ φιλοτιμία τῶν ἀνδρῶν, βαθυτάτην τομὴν τεμοῦσα, τῆς πόλεως τὸ μὲν δῆμον, τὸ δ' ὀλίγους ἐποίησε καλεῖσθαι. διὸ καὶ τότε μάλιστα τῷ δήμῳ τὰς ἡνίας ἀνεὶς ὁ Περικλῆς, ἐπολιτεύετο πρὸς χάριν, ἀεὶ μέν τινα θέαν πανηγυρικὴν, ἢ ἑστίασιν, ἢ πομπὴν εἶναι μηχανώμενος ἐν ἄστει, καὶ διαπαιδαγωγῶν οὐκ ἀμούσοις ἡδοναῖς τὴν πόλιν· ἑξήκοντα δὲ τριήρεις καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐκπέμπων, ἐν αἷς πολλοὶ τῶν πολιτῶν ἔπλεον ὀκτὼ μῆνας [79] ἔμμισθοι, μελετῶντες ἅμα καὶ μανθάνοντες τὴν ναυτικὴν ἐμπειρίαν. πρὸς δὲ τούτοις, χιλίους μὲν ἔστειλεν εἰς Χεῤῥόνησον κληρούχους, εἰς δὲ Νάξον πεντακοσίους, εἰς δ' Ἄνδρον ἡμίσεις τούτων, εἰς δὲ Θρᾴκην χιλίους Βι-

ſcabatur dignitas eorum: ſed ſecreuit eos, contractiſque in vnum omnium opibus, quae hac ratione factae ſunt valentiores, fecit tanquam in lance momentum. Quippe prior illa tecta diſtractio, ſicut in ferro, diſcrimen ſubindicabat aliquod plebis et principum factionis. At horum virorum contentio et ambitio, ingenti diuiſit ciuitatem fiſſura, effecitque, vt haec pars plebs, altera pauci appellaretur. Ibi itaque quam maxime laxatis plebi habenis, Pericles rempublicam ad eius libidinem tractabat, eratque in eo ſemper, vt celebre aliquod ſpectaculum, aut epulum, aut pompam in vrbe inſtrueret, ciuitatem non illepidis deliniens voluptatibus. Iam ſexaginta triremes quoque anno emittebat. Magnus numerus in his ciuium nauigabat, octo menſes aera merens, meditanſque ſimul et diſcens naualem diſciplinam. Ad haec mille colonos Cherſoneſum miſit, Naxum quingentos, Andrum eius dimidium. In Thraciam mille adſcripſit Biſaltis,

78 Ἡ μὲν γὰρ] Rectiſſime Anonym. ἦν μὲν γάρ.

79 Ὀκτὼ μῆνας] Lapus legit ηνῆς: quod probo. quid enim attinebat ad octo menſes conduci, et ſtipendium non exprimi, quum quidem quotannis iſtae triremes emitterentur. *Xylander.*

 80 οἰκιζο-

σάλταις συνοικήσοντας· ἄλλȣς δ' εἰς Ἰταλίαν, οἰκιζομένης Συβάρεως, ἣν Θȣρίȣς προσηγόρευσαν [80]. καὶ ταῦτ' ἔπραττεν, ἀποκȣφίζων μὲν ἀργȣ͂ καὶ διὰ σχολὴν πολυπράγμονος ὄχλȣ τὴν πόλιν, ἐπανορθȣ́μενος δὲ τὰς ἀπορίας τȣ͂ δήμȣ, φόβον δὲ καὶ φρȣρὰν τȣ͂ μὴ νεωτερίζειν τι, παρακατοικίζων τοῖς συμμάχοις.

12. Ὃ δὲ πλείστην μὲν ἡδονὴν ταῖς Ἀθήναις καὶ κόσμον ἤνεγκε, μεγίστην δὲ τοῖς ἄλλοις ἔκπληξιν ἀνθρώποις, μόνον δὲ τῇ Ἑλλάδι μαρτυρεῖ, μὴ καταψεύδεσθαι τὴν λεγομένην δύναμιν αὐτῆς ἐκείνην [81] καὶ τὸν παλαιὸν ὄλβον [82], ἡ τῶν ἀναθημάτων κατασκευὴ, τȣ͂το [83] μάλιστα τῶν πολιτευμάτων τȣ͂ Περικλέȣς ἐβάσκαινον οἱ ἐχθροὶ, καὶ διέβαλλον ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, βοῶντες· ὡς ὁ μὲν δῆμος ἀδοξεῖ καὶ κακῶς ἀκȣ́ει τὰ κοινὰ τῶν Ἑλλήνων χρήματα πρὸς αὑτὸν ἐκ Δήλȣ μεταγαγών. ἡ δ' ἔνεστιν αὐτῷ πρὸς τȣ̀ς ἐγκαλȣ͂ντας εὐ-

Bisaltis, in Italiam alios, quum instauraretur Sybaris, quos appellauére Thurios: eaque agebat, quo otiosa et ex otio importuna turba vrbem leuaret, et populi subueniret difficultatibus, timoremque et praesidium, ne res nouas molirentur, adiungeret sociis.

Maximam autem vrbi Athenarum venustatem ornatumque conciliauit, caeteris vero mortalibus summum stuporem, ac sola Graeciae testimonio est, haud esse vanum, quod de illius ipsius prisca praedicatur potentia et opulentia, operum et ornamentorum vrbis molitio. Hanc actionem Periclis maxime mordebant inimici, traducebantque in concionibus, foedum vociferantes id populo esse et probrosum, quod publicam Graeciae pecuniam ex Delo ad se transtulisset. Contra id autem, quo vti speciosissimo aduersus

80 οἰκιζομένης Συβάρεως, ἣν Θȣρίȣς προσηγόρευσαν] Ratio huius rei et historia exstat elegans apud Diodorum Siculum, lib. XII. *Xylander.*

81 Αὐτῆς ἐκείνης] Lego ἐκείνην, scil. δύναμιν, celebratam illam potentiam.

82 Ὄλβον] Vel lege ὄλβον, ἣν, vel continuetur sententia post κατασκευή.

83 τȣ͂το Anonym. nam vulgo τȣ́τῳ legitur.

84 καὶ

πρεπεστάτη τῶν προφάσεων, δείσαντα τοὺς βαρβάρους ἐκεῖθεν ἀνελέσθαι, καὶ φυλάττειν ἐν ὀχυρῷ τὰ κοινά, ταύτην ἀνῄρηκε Περικλῆς· καὶ δοκεῖ δεινὴν ὕβριν ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεσθαι [84], καὶ τυραννεῖσθαι περιφανῶς, ὁρῶσα τοῖς εἰσφερομένοις ὑπ' αὐτῆς ἀναγκαίως πρὸς τὸν πόλεμον, ἡμᾶς τὴν πόλιν καταχρυσοῦντας καὶ καλλωπίζοντας, ὥσπερ ἀλαζόνα γυναῖκα, περιαπτομένην λίθους πολυτελεῖς, καὶ ἀγάλματα, καὶ ναοὺς χιλιοταλάντους [85]. ἐδίδασκεν οὖν ὁ Περικλῆς τὸν δῆμον, ὅτι χρημάτων μὲν οὐκ ὀφείλουσι τοῖς συμμάχοις λόγον, προπολεμοῦντες αὐτῶν, καὶ τοὺς βαρβάρους ἀνείργοντες, οὐχ ἵπ-

aduerſus exprobrantes obtentu poterat, metu ſe id inde ſuſtuliſſe barbarorum, vt rem communem tuto loco ſeruaret, hunc Periclem praecidiſſe; neque vulgari videri Graeciam affici iniuria, immo plane opprimi tyrannide, quum cernat, quae neceſſario ipſa in bellum contribuit, his Athenienſes vrbem deaurantes, et exornantes ſignis delubriſque ſumtuoſiſſimis, inſolentis more mulieris, quae gemmis ſeſe pretioſis excolat. Igitur demonſtravit Pericles populo, quum ipſe defendat ſocios et barbaros arceat, non eſſe ipſum obſtrictum, vt referat rationes illis, qui non equum,

Latinis et Graecis facundis auctoribus ſit magis vſitatum. *Xylander.*

84 καὶ δοκεῖ δεινὴν ὕβριν ἡ Ἑλλὰς ὑβρίζεσθαι] Mirum, quam inepte haec Lapus tranſcripſerit. Neque enim animaduertit, verba haec eſſe calumniatorum, ſiue accuſatorum Periclis. Et qui in margine annotauit, quo lucem ſcilicet verſioni Lapi adferret, (*Loquitur de Athenienſibus, quibus ſe adnumerare videtur*) abſurdum abſurdo auxit. Non enim haec a Plutarcho, ſed (vt dixi) a Periclis inimicis dicuntur; quod in promtu eſt videre, ſi quis eruditus verba Graeca inſpiciat. Mutationem autem perſonarum, et obliquae orationis in directam, qui ignorant, non ſane video, qui ſe excuſare poſſint, quum nihil

85 Ναοὺς χιλιοταλάντους] Lapus perinde, ac ſi ναῦς eſſet ſcriptum, pro *templis naues* dedit. *Xylander.* Liceat ad opera moralia digredi, vt inſignem locum deformi mendo laborantem emaculem. eſt p. 622. vbi Noſter militarium virorum gloriam commendans, haec habet: ὅλαι μὲν πόλεις αὐτῶν εἰσι καὶ νῆσοι καὶ ἤπειροι καὶ νηχοτάλαντοι. legendum ναοὶ χιλιοτάλαντοι. Monſtrum hoc lectionis inde prouenit, quod decurtata fuit pro more librariorum ſyllaba finalis τοῦ ναοὶ et χο̄ abbreuiate ſcriptum pro χιλιο.

πον, οὐ ναῦν, οὐχ ὁπλίτην, ἀλλὰ χρήματα μόνον τελούντων· ἃ τῶν διδόντων οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τῶν λαμβανόντων, ἂν παρέχωσιν, ἀνθ' ὧν [86] λαμβάνουσι. δεῖ δὲ, τῆς πόλεως κατεσκευασμένης ἱκανῶς τοῖς ἀναγκαίοις πρὸς τὸν πόλεμον, εἰς ταῦτα τὴν εὐπορίαν τρέπειν αὐτῆς, ἀφ' ὧν δόξα μὲν γιγνομένων [87] ἀΐδιος, εὐπορία δὲ γενομένων ἑτοίμη παρέσται, παντοδαπῆς ἐργασίας φανείσης, καὶ ποικίλων χρειῶν, αἳ πᾶσαν μὲν τέχνην ἐγείρουσαι, πᾶσαν δὲ χεῖρα κινοῦσαι, σχεδὸν ὅλην ποιοῦσιν ἔμμισθον τὴν πόλιν, ἐξ αὐτῆς ἅμα κοσμουμένην καὶ τρεφομένην. τοῖς μὲν γὰρ ἡλικίαν ἔχουσι καὶ ῥώμην αἱ στρατεῖαι τὰς ἀπὸ τῶν κοινῶν εὐπορίας παρεῖχον· τὸν δ' ἀσύντακτον καὶ βάναυσον ὄχλον, οὔτ' ἄμοιρον εἶναι λημμάτων βουλόμενος, οὔτε λαμβάνειν ἀργὸν καὶ σχολάζοντα, μεγάλας κατασκευασμάτων ἐπιβολὰς, καὶ πολυτέχνους ὑποθέσεις ἔργων διατριβὴν ἐχόντων, ἐνέβαλε φέρων εἰς τὸν δῆμον, ἵνα μηδὲν ἧττον τῶν πλεόντων, καὶ φρουρούντων, καὶ στρα-

equum, non nauem, non militem, ſed pecuniam ſolum praebeant, quae non dantium ſit, ſed accipientium, modo praeſtent id, cuius gratia recipiant. Debere vero, quia abunde ciuitas neceſſariis inſtructa ad bellum ſit, conuertere eam copias ſuas in haec, quae perpetrata, ſempiternam gloriam, dum in molimine ſunt, quaeſtum pariant praeſentem: quod varia opificia inſtituerentur, varia etiam miniſteria, quae, quia omnes excitatura artes eſſent, et manus omnes motura, ciuitatem facerent pene vniuerſam mercenariam, dum ſemetipſam decorat ſimul et alit. Nam quorum probata aetas et robur erat, hi ſtipendium militantes accipiebant ex publico: multitudinem inconditam et ignobilem, quia nolebat a quaeſtibus ſecludere, neque tamen accipere inertem et otioſam, ingentibus molitionum coeptis et inſtitutis operum, quae varia requirebant artificia longaſque moras, implicauit populum; vt non ſecus, ac claſſici, praeſidiarii, ac militantes,

86 ἀνθ' οὗ Vulcob. Bodl. 3.
87 Μὲν γιγνομένων] Aptius eſt γεγενημένων, in praeterito: et poſtea γινομένων, in praeſenti. [Id poſterius etiam Vulcob. habet: pro priori autem γιγνομένων dat γενομένων.]

88 Λιθουρ-

τευομένων, τὸ οἰκουρὸν ἔχῃ πρόφασιν ἀπὸ τῶν δημοσίων ὠφελεῖσθαι καὶ μεταλαμβάνειν. ὅπου γὰρ ὕλη μὲν ἦν λίθος, χαλκὸς, ἐλέφας, χρυσὸς, ἔβενος, κυπάρισσος, αἱ δὲ ταύτην ἐκπονοῦσαι καὶ κατεργαζόμεναι τέχναι, τέκτονες, πλάσται, χαλκοτύποι, λιθουργοὶ, βαφεῖς, χρυσοῦ μαλακτῆρες, ἐλέφαντος, ζωγράφοι, ποικιλταὶ, τορευταί· πομποὶ δὲ τούτων καὶ κομιστῆρες, ἔμποροι, καὶ ναῦται, καὶ κυβερνῆται κατὰ θάλατταν· οἱ δὲ κατὰ γῆν, ἁμαξοπηγοὶ, καὶ ζευγοτρόφοι, καὶ ἡνίοχοι, καὶ καλωστρόφοι, καὶ ληκυθουργοὶ, καὶ σκυτοτόμοι [88], καὶ ὁδοποιοὶ, καὶ μεταλλεῖς· ἑκάστη δὲ τέχνη, καθάπερ στρατηγὸς, ἴδιον στράτευμα, τὸν θητικὸν ὄχλον καὶ ἰδιώτην συντεταγμένον εἶχεν, ὄργανον καὶ σῶμα τῆς ὑπηρεσίας γινόμενον· εἰς πᾶσαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἡλικίαν καὶ φύσιν αἱ χρεῖαι διένεμον καὶ διέσπειρον τὴν εὐπορίαν.

tantes, vrbana quoque plebs haberet anſam, quo compendium facere ex aerario, eiuſque fieri particeps valeret. Siquidem materia hic erat lapis, aes, ebur, aurum, ebenus, cupreſſus, haec elaborabant et expoliebant artifices, fabri lignarii, plaſtae, aerarii, ſcalptores, infectores, bractearii, eboris in laminas ſecandi periti, pictores, poeciltae, toreutae. Aduehebant ea et apportabant mercatores, nautae, gubernatores mari, terra fabri carpentarii, qui equos alebant, aurigae, reſtiones, lapicidae, ſutores, viarum munitores, metallorum fabri. Singulae artes, ſicut duces exercitum ſuum, infimam multitudinem et plebeiam habebant ſub ſe centuriatam. Organum ea erat et corpus in obſequia deſtinatum. In omnem autem pene dixerim aetatem et conditionem hominum diſtribuebant et diſpertiebantur miniſteria emolumentum.

Quum

88 Λιθουργοὶ καὶ σκυτοτόμοι] Xylander vertit λιθουργοὶ, *textores*. Annotatque: λιθουργοὶ. Lapus *lapidarii*. At lapicidae ſupra memorati ſunt. ſuſpicor λινουργοὶ legendum, propter vela, et alias res non nauibus modo et curribus, ſed et hominibus ea tractantibus vtiles. itaque et ſutores poſuit. ſupra, illud ἐλέφαντος ſuſpectum eſt, neque μαλακτῆρες ad id repeti poſſe puto. deeſt forte γλύπται, aut legendum ἐλεφαντογλύφοι. Hactenus *Xyl.* Lapus vertit, *qui aurum et ebur mollirent*. [Caeterum non pro hoc poſteriori λιθουργοὶ, vti Xylander coniecit, ſed pro

priori

13. Ἀναβαινόντων δὲ τῶν ἔργων, ὑπερηφάνων μὲν μεγέθει, μορφῇ δ' ἀμιμήτων καὶ χάριτι, τῶν δημιουργῶν ἁμιλλωμένων ὑπερβαλέσθαι τὴν δημιουργίαν τῇ καλλιτεχνίᾳ, μάλιστα θαυμάσιον ἦν τὸ τάχος. ὧν γὰρ ἕκαστον [89] ᾤοντο πολλαῖς διαδοχαῖς καὶ ἡλικίαις μόλις ἐπὶ τέλος ἀφίξεσθαι, ταῦτα πάντα μιᾶς ἀκμῇ πολιτείας ἐλάμβανε τὴν συντέλειαν. καίτοι τότε [90] φασὶν Ἀγαθάρχου τοῦ ζωγράφου μέγα φρονοῦντος ἐπὶ τῷ ταχὺ καὶ ῥαδίως τὰ ζῶα ποιεῖν, ἀκούσαντα τὸν Ζεῦξιν [91] εἰπεῖν· Ἐγὼ δ' ἐν πολλῷ χρόνῳ. ἡ γὰρ ἐν τῷ ποιεῖν εὐχέρεια καὶ ταχύτης οὐκ ἐντίθησι βάρος ἔργῳ μόνιμον, οὐδὲ κάλλους ἀκρίβειαν· ὁ δ' εἰς τὴν γένεσιν τῷ πόνῳ προδανεισθεὶς χρόνος, ἐν τῇ σωτηρίᾳ τοῦ γενομένου τὴν ἰσχὺν ἀποδίδωσιν. ὅθεν καὶ μᾶλλον θαυμάζεται τὰ Περικλέους ἔργα πρὸς πολὺν χρόνον ἐν ὀλίγῳ γενόμενα. κάλλει μὲν γὰρ ἕκαστον εὐθὺς ἦν τότε ἀρχαῖον, ἀκμῇ δὲ μέχρι νῦν πρόσφατόν ἐστι καὶ νεουργόν· οὕτως ἐπανθεῖ τις καινότης ἀεὶ [92]

Quum iam aſſurgerent opera inſanis ſubſtructionibus venuſtate et gratia incomparabili, certantibus ſuperare molitionem arte opificibus, erat prae caeteris celeritas incredibilis. Quae enim arbitrabantur vix multis ſucceſſionibus et aeuis ſingula iri abſoluta, in vnius ea floreſcente adminiſtratione principis confecta fuere cuncta. Et quidem tunc memorant, quum gloriantem pictorem Agatharchum, quod cito et facile pingeret imagines, audiuiſſet Zeuxis, dixiſſe: Ego vero longo tempore. Promtitudo enim in faciendo et acceleratio non addit pondus operi durabile, neque abſolutum decorem: tempus vero ad producendum opus labori impenſum, robur addit ad operis conſervationem. Quo magis opera admiranda ſunt Periclis, quae ad diuturnitatem modico perpetrata tempore fuere. Elegantia enim ſingula iam tum erant antiqua, flore in hanc vſque diem recentia ſunt et nouitia; ita quotidie quaedam nouitas elucet in eis quae

priori illo, quod inter χαλκοτύποι et βαφεῖς reperitur, Anon. dat λιθουργοί.]

89 ita et Anon. alii ἕκαστος, vt Iuntina et Ald.

90 Καίτοι τότε] Non eo tempore claruit Zeuxes: itaque legendum πότε. *Xyl.*

91 τὸν Ζεύξιππον Vulcob.

92 ἀεί τις Bodl. 3. Iuntina.

93 τὸ

μιοι τὰς αἰχμαλώτας τῶν Ἀθηναίων ἀνθυβρίζοντες, ἔστιζον εἰς τὸ μέτωπον γλαῦκας[38]· καὶ γὰρ ἐκείνας οἱ Ἀθηναῖοι σάμαιναν. ἡ δὲ σάμαινα, ναῦς ἐστιν ὑπόπρωρος μὲν τὸ σίμωμα[39], κοιλοτέρα δὲ καὶ γαστροειδὴς, ὥστε καὶ ποντοπορεῖν καὶ ταχυναυτεῖν. ὅτω δ' ὠνομάσθη διὰ τὸ πρῶτον ἐν Σάμῳ φανῆναι, Πολυκράτας τυράννα κατασκευάσαντος. πρὸς ταῦτα τὰ στίγματα λέγασι καὶ τὸ Ἀριστοφάνειον ἠνίχθαι·

Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος!

27. Πυθόμενος δ' ὅν ὁ Περικλῆς τὴν ἐπὶ στρατοπέδα συμφορὰν, ἐβοήθει κατὰ τάχος. καὶ τᾶ Μελίσσα πρὸς αὐτὸν ἀντιταξαμένα κρατήσας, καὶ τρεψάμενος τὰς πολεμίας, εὐθὺς περιετείχιζε, δαπάνῃ καὶ χρόνῳ μᾶλλον, ἢ τραύμασι καὶ κινδύνοις τῶν πολιτῶν, περιγενέσθαι καὶ συνελεῖν τὴν πόλιν βαλόμενος. ἐπεὶ δὲ δυσχεραίνοντας τῇ τριβῇ τὰς Ἀθηναίας, καὶ μάχεσθαι προθυμαμένας, ἔργον ἦν κατασχεῖν, εἰς ὀκτὼ μέρη διελὼν τὸ πᾶν πλῆθος, ἀπεκλήρα, καὶ τῷ λαβόντι[40] τὸν λευκὸν κύαμον εὐωχεῖσθαι

Athenienſium Samii reddita contumelia, frontem inſcripſerunt noctua: vt ipſorum frontem ante Athenienſes Samaena. Eſt Samaena nauis prora demiſſa, concaua autem magis et ventricoſa, vt ad mare commodior et agilior ſit. Nomen hoc obtinuit, quod in Samo primo viſa ſit, a tyranno parata Polycrate. Ad haec ſtigmata aiunt Ariſtophanem obſcure alluſiſſe:

Samii periti literis quamplurimum.

At Pericles, nuntiata exercitus clade, tulit propere ſubſidium, ac Meliſſo acie fuſo fugatoque, hoſtes confeſtim muro circumvallauit, ſumtu et diuturnitate potius, quam vulneribus et periculis ciuium, vincere et ſubiugare ſtudens oppidum. Verum quum morae Athenienſes pertaeſos et pugnandi cupidos non facile eſſet reprimere, in octo partes diſtributis copiis, ſortem duxit, cui obueniſſet alba faba, huic epulari feriarique, dum pugnarent

38 Γλαῦκας] Malim γλαῦκα, numero ſingulari: vt poſtea, σάμαιναν.

39 σήμωμα Bodl. 3.

40 Λαβόντι] Forte λαχόντι. vide not. p. 193. ſic p. 377. τοῖς λαχᾶσιν.

καὶ σχολάζειν παρεῖχε, τῶν ἄλλων μαχομένων. διὸ καί φασι τοὺς ἐν εὐπαθείαις τισὶ γενομένους, λευκὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀπὸ τοῦ λευκοῦ κυάμου προσαγορεύειν. Ἔφορος δὲ καὶ μηχαναῖς χρήσασθαι τὸν Περικλέα, τὴν καινότητα θαυμάσαντα, Ἀρτέμωνος τοῦ μηχανικοῦ παρόντος, ὃν χωλὸν ὄντα, καὶ φορείῳ πρὸς τὰ κατεπείγοντα τῶν ἔργων προσκομιζόμενον, ὀνομασθῆναι Περιφόρητον. τοῦτο μὲν οὖν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἐλέγχει τοῖς Ἀνακρέοντος ποιήμασιν, ἐν οἷς ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων ὀνομάζεται, πολλαῖς ἔμπροσθεν ἡλικίαις τοῦ περὶ Σάμον πολέμου, καὶ τῶν πραγμάτων ἐκείνων. τὸν δ' Ἀρτέμωνα φησὶ τρυφερόν μέν τινα τῷ βίῳ, καὶ πρὸς τοὺς φόβους μαλακὸν ὄντα καὶ καταπλῆγα, τὰ πολλὰ μὲν οἴκοι καθέζεσθαι, χαλκῆν ἀσπίδα τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ δυοῖν [41] οἰκετῶν ὑπερεχόντων, ὥστε μηδὲν ἐμπεσεῖν τῶν ἄνωθεν· εἰ δὲ βιασθείη προελθεῖν, ἐν κλινιδίῳ κρεμαστῷ παρὰ τὴν γῆν αὐτὴν περιφερόμενον [42] κομίζεσθαι, καὶ διὰ τοῦτο κληθῆναι Περιφόρητον.

28. Ἐννάτῳ δὲ μηνὶ τῶν Σαμίων παραστάντων, ὁ Περικλῆς τὰ τείχη καθεῖλε, καὶ τὰς ναῦς παρέλαβε, καὶ

rent reliqui, permittebat. Vnde albam diem, qua quis genio indulſit, aiunt ab alba faba nominari. Addit Ephorus et machinis vſum Periclem, quum captus eſſet nouae rei admiratione, et habuiſſe ſecum Artemona mechanicum: quem, quod claudus eſſet, et, ſi quando neceſſitas eum vocaret ad opera, lectica deferretur, Periphoretum dictum. Id confutat Ponticus Heraclides verſibus Anacreontis, in quibus Artemonis Periphoreti multis ante bellum Samium et has res geſtas aetatibus mentio fit. Hic Artemona refert fuiſſe mollem hominem, meticuloſum et pauidum, domi fere reſidem, ſupra cuius caput, ne quid decideret ſuperne, duo ſerui clypeum aeneum tenerent. Quum neceſſe haberet exire, circumferri ſolitum in lectulo penſili humi pene: hinc nuncupatum Periphoretum.

Nono menſe Samii fecerant deditionem: quorum muros Pericles diruit, naues ademit, atque ingenti ſumma pecuniae eos

41 δυεῖν Bodl. 3. 42 παραφερόμενον Vulc. Bodl. 3.

χρήμασι πολλοῖς ἐζημίωσεν· ὧν τὰ μὲν εὐθὺς ἤνεγκαν οἱ Σάμιοι, τὰ δ' ἐν χρόνῳ ῥητῷ ταξάμενοι κατοίσειν, ὁμήρους ἔδωκαν. Δοῦρις δ' ὁ Σάμιος τούτοις ἐπιτραγῳδεῖ, πολλὴν ὠμότητα τῶν Ἀθηναίων καὶ τοῦ Περικλέους κατηγορῶν, ἣν οὔτε Θουκυδίδης ἱστόρηκεν, οὔτ' Ἔφορος, οὔτ' Ἀριστοτέλης· ἀλλ' οὐδ' ἀληθεύειν ἔοικεν, ὡς ἄρα τοὺς τριηράρχους καὶ τοὺς ἐπιβάτας τῶν Σαμίων εἰς τὴν Μιλησίων ἀγορὰν ἀγαγὼν, καὶ σανίσι προσδήσας ἐφ' ἡμέρας δέκα, κακῶς ἤδη διακειμένους προσέταξεν ἀνελεῖν, ξύλοις τὰς κεφαλὰς συγκόψαντας, εἶτα προβαλεῖν ἀκήδευτα τὰ σώματα. Δοῦρις μὲν οὖν, οὐδ' ὅπου μηδὲν αὐτῷ πρόσεστιν ἴδιον πάθος, εἰωθὼς κρατεῖν τὴν διήγησιν ἐπὶ τῆς ἀληθείας, μᾶλλον ἔοικεν ἐνταῦθα δεινῶσαι τὰς τῆς πατρίδος συμφορὰς ἐπὶ διαβολῇ τῶν Ἀθηναίων. ὁ δὲ Περικλῆς καταστρεψάμενος τὴν Σάμον, ὡς ἐπανῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας, ταφάς τε τῶν ἀποθανόντων κατὰ τὸν πόλεμον ἐνδόξους ἐποίησε, καὶ τὸν λόγον εἰπὼν, ὥσπερ ἔθος ἐστὶν, ἐπὶ τῶν σημάτων, ἐθαυμαστώθη. καταβαίνοντα δ' αὐτὸν ἀπὸ τοῦ βήματος αἱ μὲν ἄλλαι γυναῖκες ἐδεξιοῦντο, καὶ στεφάνοις ἀνέδουν καὶ ταινίαις, ὥσπερ ἀθλητὴν νικηφόρον·

eos mulctauit, cuius partem repraesentauerunt Samii, reliquam pacti certa die soluere, obsides dederunt. Exaggerat haec Duris Samius, magnamque atrocitatem in Athenienses et Periclem confert, de qua nihil meminit, nec Thucydides, nec Ephorus, nec Aristoteles. Sed mentiri illum reor, trierarchos classiariosque Samios in forum Milesiorum eum produxisse, et asseribus decem dies alligasse, demum semianimis iam iussisse fustibus concidi capita, atque ita eos interfici: inde insepulta proiici cadauera. Verum enimuero videtur Duris, qui, vel vbi nullo priuato rapitur affectu, veritatis in historia solitus est limites transire, quo inuidiam Atheniensibus conflaret, atrocius patriae intendisse calamitates. Subacta Samo, vt regressus Athenas Pericles est, exsequias fecit splendide eorum, qui in bello occubuerant, orationemque funebrem de more habuit cum summa omnium admiratione. De suggestu descendentem caeterae foeminae salutabant, coronisque et vittis, vt athletam victorem ornarunt.

ἡ δ' Ἐλπινίκη προσελθοῦσα πλησίον· Ταῦτ', ἔφη, θαυμαστά, Περίκλεις, καὶ ἄξια στεφάνων, ὃς ἡμῖν πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἀπώλεσας πολίτας, οὐ Φοίνιξι πολεμῶν, οὐδὲ Μήδοις, ὥσπερ οὑμὸς ἀδελφὸς Κίμων, ἀλλὰ σύμμαχον καὶ συγγενῆ πόλιν καταστρεφόμενος. Ταῦτα τῆς Ἐλπινίκης λεγούσης, ὁ Περικλῆς μειδιάσας ἀτρέμα, λέγεται τὸ τοῦ Ἀρχιλόχου [43] πρὸς αὐτὴν εἰπεῖν·

Συ κἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείφεο [44].

θαυμαστὸν δέ τι καὶ μέγα φρονῆσαι, καταπολεμήσαντα τοὺς Σαμίους, φησὶν αὐτὸν ὁ Ἴων, ὡς τοῦ μὲν Ἀγαμέμνονος ἔτεσι δέκα βάρβαρον πόλιν, αὐτοῦ δὲ μησὶν ἐννέα τοὺς πρώτους καὶ δυνατωτάτους Ἰώνων ἑλόντος. καὶ οὐκ ἦν ἄδικος ἡ ἀξίωσις, ἀλλ' ὄντως πολλὴν ἀδηλότητα καὶ μέγαν ἔσχε κίνδυνον ὁ πόλεμος, εἴπερ, ὡς Θουκυδίδης φησὶ,

Elpinice vero propius accedens: Praeclara vero res, inquit, Pericles, et digna coronis, qui, dum bellum facis non Phoenicibus, aut Medis, ſicut meus fecit frater Cimon, ſed ſociam et cognatam vrbem exſcindis, multos nobis et fortes ciues amiſiſti. Sic fata Elpinice, ſubriſit Pericles, et ſubmiſſe hoc ei reſpondiſſe dicitur Archilochi:

Quando anus es, vngi minus tibi conuenit.

Deuictis Samiis, mire ſcribit ſupraque modum eum Ion animum ſuſtuliſſe, quod, quum barbaram vrbem Agamemnon decem annis, menſibus nouem ipſe principes Ionum et opulentiſſimos ſubiugaſſet. Neque iniuria gloriatus eſt; immo tam anceps ſors et diſcrimen tam ingens fuit huiuſce belli, vt, quod tradit Thucydides,

43 Ἀρχελάου Vulcob.

44 Οὐκ ἂν μύροισι γραῦς ἐοῦσ' ἠλείφεο] Xylander vertit: *Ne corpus vnguentis, anus, tuum linas.* annotatque: Ne hic quidem quicquam niſi coniecturam attuli. Exiſtimaui autem, ſenſum huius Archilochii carminis eſſe: non eſſe mulieri, iam prouectae praeſertim aetatis, de rebus geſtis et adminiſtratione reipublicae iudicandum aut diſputandum. Hoc modo alii etiam verſus Homericos vſurparunt. Fuiſſe autem iam tum vetulam Elpinicen, et ex temporum ratione, et ex Plutarchi loco, vbi de eius pro fratre apud Periclem deprecatione dixit, liquet: et Horatius quidem haud abſimili modo vetulam quandam reprehendit, lib. III. od. 15. Hactenus *Xylander.* Caeterum pro ἠλείφεο Vulcob. dat ἠλείφετο.

45 Κωλύων]

παρ' ἐλάχιστον ἦλθε Σαμίων ἡ πόλις ἀφελέσθαι τῆς θαλάττης τὸ κράτος Ἀθηναίους.

29. Μετὰ ταῦτα, κυμαίνοντος ἤδη τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, Κερκυραίοις πολεμουμένοις ὑπὸ Κορινθίων, ἔπεισε τὸν δῆμον ἀποστεῖλαι βοήθειαν, καὶ προσλαβεῖν ἐῤῥωμένην ναυτικῇ δυνάμει νῆσον, ὡς ὅσον οὐδέπω Πελοποννησίων ἐκπεπολεμωμένων πρὸς αὐτούς. ψηφισαμένου δὲ τοῦ δήμου τὴν βοήθειαν, ἀπέστειλε δέκα ναῦς μόνας ἔχοντα Λακεδαιμόνιον, τὸν Κίμωνος υἱὸν, οἷον ἐφυβρίζων. πολλὴ γὰρ ἦν εὔνοια καὶ φιλία τῷ Κίμωνος οἴκῳ πρὸς Λακεδαιμονίους. ὡς ἂν οὖν, εἰ μηδὲν ἔργον μέγα, μηδ' ἐκπρεπὲς ἐν τῇ στρατηγίᾳ τοῦ Λακεδαιμονίου γένοιτο, προσδιαβληθείη μᾶλλον εἰς τὸν λακωνισμὸν, ὀλίγας αὐτῷ ναῦς ἔδωκε, καὶ μὴ βουλόμενον ἐξέπεμψε. καὶ ὅλως διετέλει κολούων [45] ὡς μηδὲ τοῖς ὀνόμασι γνησίους, ἀλλ' ὀθνείους καὶ ξένους, ὅτι τῶν Κίμωνος υἱῶν τῷ μὲν ἦν Λακεδαιμόνιος ὄνομα, τῷ δὲ Θεσσαλὸς, τῷ δ' Ἠλεῖος. ἐδόκουν δὲ πάν-

dides, (si modo id verum sit) Samiorum ciuitas pene imperio maris exuerit Athenienses.

Secundum haec, quum aestuaret iam bellum Peloponnesiacum, Corcyraeis, quos persequebantur Corinthii bello, autor populo fuit, vt mitteret suppetias, et ciuitatem mari pollentem adiungeret sibi, quod Peloponnesii bellum in ipsos moturi propediem essent. Vt populus auxilium iussit ferri, Lacedaemonium misit eo Cimonis filium, cui in contumeliam tantum decem naues attribuit. Siquidem magna intercedebat Cimonis familiae cum Lacedaemoniis necessitudo et amicitia. Quo igitur maiorem ex gratia Lacedaemoniorum traheret Lacedaemonius inuidiam, si nihil insigne aut memorabile gestum esset ductu suo, exiguum numerum ei nauium dedit, extrusitque inuitum, omnibusque modis filiorum Cimonis incremento offecit, quasi ne nominibus quidem indigenarum, sed peregrinorum et hospitum: quod vni Lacedaemonio, alteri Thessalo, Eleo tertio esset nomen, omnes

45 Κωλύων] Probo κολούων, cum Anonym. vox Nostro perquam familiaris in hoc sensu. sic p. 389. Μινούκιον ᾤοντο κεκολοῦσθαι; in Alcibiade p. 17. κολούοντες τὸν προύχοντα δόξῃ: et p. 46. κολούσειν καὶ ταπεινώσειν τὸν Ἆγιν.

τες ἐκ γυναικὸς Ἀρκαδικῆς γεγονέναι. κακῶς οὖν ὁ Περικλῆς ἀκούων διὰ τὰς δέκα ταύτας τριήρεις, ὡς μικρὰν μὲν βοήθειαν τοῖς δεηθεῖσι, μεγάλην δὲ πρόφασιν τοῖς ἐγκαλοῦσι παρεσχηκὼς, ἑτέρας αὖθις ἔστειλε πλείονας εἰς τὴν Κέρκυραν, αἳ μετὰ τὴν μάχην ἀφίκοντο. χαλεπαίνουσι δὲ τοῖς Κορινθίοις, καὶ κατηγοροῦσι τῶν Ἀθηναίων ἐν Λακεδαίμονι προσεγένοντο Μεγαρεῖς, αἰτιώμενοι πάσης μὲν ἀγορᾶς, πάντων δὲ λιμένων, ὧν Ἀθηναῖοι κρατοῦσιν, εἴργεσθαι καὶ ἀπελαύνεσθαι, παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια καὶ τοὺς γεγενημένους ὅρκους τοῖς Ἕλλησιν. Αἰγινῆται δὲ κακοῦσθαι δοκοῦντες καὶ βίαια πάσχειν, ἐποτνιῶντο κρύφα πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, φανερῶς ἐγκαλεῖν τοῖς Ἀθηναίοις οὐ θαρροῦντες. ἐν δὲ τούτῳ καὶ Ποτίδαια, πόλις ὑπήκοος Ἀθηναίων, ἄποικος δὲ Κορινθίων, ἀποστᾶσα καὶ πολιορκουμένη, μᾶλλον ἐπετάχυνε [46] τὸν πόλεμον. οὐ μὴν ἀλλὰ πρεσβειῶν τε πεμπομένων Ἀθήναζε, καὶ τοῦ βασιλέως τῶν Λακεδαιμονίων Ἀρχιδάμου τὰ πολλὰ τῶν ἐγκλημάτων εἰς διαλύσεις ἄγοντος, καὶ τοὺς συμμάχους πραΰνοντος, οὐκ ἂν ἐδόκει [47] συμπεσεῖν, ὑπό γε τῶν ἄλ-

omnes autem vulgo ferrentur ex muliere progeniti Arcadica. Ergo quum male audiret ob decem has naues Pericles, quod exiguum auxilium indigentibus, magnam autem anſam praebuiſſet lacerandi ſui inuidis, alias inde plures Corcyram miſit, quae poſt pugnam venere. Infenſis Corinthiis, et Athenienſes Lacedaemone criminantibus, aſſociauere ſe Megarenſes, inceſſentes praeter ius gentium, et iusiurandum inter Graecos datum, omnibus emporiis, omnibus ſe portubus, quos obtinerent Athenienſes, prohiberi et arceri. Aeginetae, quorum miſerabilis conditio et afflicta videbatur, quia accuſare propalam non audebant Athenienſes, clam apud Lacedaemonios quiritabantur. Dum haec aguntur, Potidaea, (quod oppidum ſub iure erat Athenienſium, ſed colonia Corinthiorum) quia deſciuerat, circumſidebatur. Quae res bellum maturauit magis. Verumtamen, quum mitterentur Athenas legati, et ſtuderet rex Lacedaemoniorum pleraque crimina Archidamus pacare, ſociosque mulceret, veriſimile eſt non fuiſſe eos Athenienſibus illaturos

caeteras

46 ἐπάχυνε Anonym. 47 δοκεῖ Anon. Bodl. 3. δοκῇ Iunt. Ald.

48 Ὑπό

λων [48] αἰτιῶν, ὁ πόλεμος τοῖς Ἀθηναίοις, εἰ τὸ ψήφισμα καθελεῖν τὸ Μεγαρικὸν ἐπείσθησαν, καὶ διαλλαγῆναι πρὸς αὐτούς. διὸ καὶ μάλιστα πρὸς τοῦτο Περικλῆς ἐναντιωθεὶς, καὶ παροξύνας τὸν δῆμον ἐμμεῖναι [49] τῇ πρὸς Μεγαρεῖς φιλονεικίᾳ, μόνος ἔσχε τοῦ πολέμου τὴν αἰτίαν.

30. Λέγουσι δὲ, πρεσβείας [50] Ἀθήναζε περὶ τούτων

caeteras ob cauſas arma, ſi adduci, vt plebiſcitum contra Megarenſes abrogarent, pacemque componerent cum illis, potuiſſent. Cui quia praecipue interceſſit Pericles, et populo inflammato praefracte oppugnauit Megarenſes, ſolus autor habitus eſt belli.

De his ferunt legatos veniſſe a Lacedaemoniis Athenas, et

48 Ὑπό τε τῶν ἄλλων] Lege ὑπό γε, eodem ſenſu ac p. 388. ἔν γε τούτῳ.

49 ἐμμεῖναι Anonym. vulgo legitur ἐμμείνας.

50 Πρέσβεις] Multum laborat hic Steph. et mendoſum quiddam ſuſpicatur. lege modo πρεσβείας, et infra, ἀφιγμένης, et ſententia plano et facili decurſu progredietur: ſic in Coriol. p. 66. ἧκεν πρεσβεία: et bis in M. Catone, p. 357. πρεσβεία κάθηται, et ψηφίσασθαι περὶ τῆς πρεσβείας. [H. Stephani ad hunc locum annotatio haec eſt: Si participium ἀφιγμένους mendoſum non eſt, aut pro ἀφιγμένων, (itidemque πρέσβεις pro πρέσβεων) aut pro ἀφικέσθαι poſitum eſſe dici poterit, vel potius dicendum erit. Vterque tamen huius participii vſus duriuſculus eſſe videtur, atque adeo poſterior neſcio an vllo exemplo (quod ex ſcriptore idoneo petitum ſit) confirmari queat. Nam λέγουσιν ἀφιγμένους pro λέγουσιν ἀφικέσθαι quis dicit? Fateor enim, participium pro infinitiuo pleriſque locis, et iis quidem diuerſis adhiberi: ſed quorum nullus (quod quidem ſciam) iſti ſit ſimilis. Alia enim eſt natura (vt ita dicam) eorum verborum, quibus participium pro infinitiuo iungit, quam huius λέγειν. Ad priorem autem vſum quod attinet, ſcio quidem, vſitatiſſimum eſſe Atticis accuſatiuum pro genitiuo abſoluto, ſed praeterquam quod hic ſcriptor non frequenter Atticiſmum illum vſurpat, cum alio potius participio, (id eſt aliam ſignificationem habente) quam cum iſto, vſurus eo fuiſſe videtur. Adde quod Attici a genitiuo abſoluto potius ad accuſatiuum tranſire ſolent, quam ab accuſatiuo ad genitiuum: quod tamen hic a Plutarcho fieri dicendum fuerit, ſi priorem illum participii vſum hic admittamus. Lectoris tamen arbitrio haec relinquens hoc tantum adiicio, ſi πρέσβεις ἀφιγμένους accipiatur pro πρέσβεων ἀφιγμένων, tunc poſt λέγουσι δὲ interpungendum fore, quoniam

ἐκ Λακεδαίμονος ἀφιγμένης, καὶ τȣ̃ Περικλέȣς νόμον τινὰ προβαλομένȣ, κωλύοντα καθελεῖν τὸ πινάκιον, ἐν ᾧ τὸ ψήφισμα γεγραμμένον ἐτύγχανεν, εἰπεῖν Πολυάρκη [51] τῶν πρέσβεων τινά· Σὺ δὲ μὴ καθέλῃς, ἀλλὰ στρέψον εἴσω τὸ πινάκιον· ȣ̓ γάρ ἐστι νόμος ὁ τȣ̃το κωλύων. κομψȣ̃ δὲ τȣ̃ λόγȣ φανέντος, ȣ̓δέν τι μᾶλλον ὁ Περικλῆς ἐνέδωκεν. ὑπῆν μὲν ȣ̓̃ν τις, ὡς ἔοικεν, αὐτῷ καὶ ἰδία πρὸς τȣ̀ς Μεγαρεῖς ἀπέχθεια· κοινὴν δὲ καὶ φανερὰν ποιησάμενος [τὴν [52]] αἰτίαν κατ' αὐτῶν, ἀποτέμνεσθαι [53] τὴν ἱερὰν ὀργάδα, γράφει ψήφισμα, κήρυκα πεμφθῆναι πρὸς αὐτȣ̀ς καὶ πρὸς Λακεδαιμονίȣς τὸν αὐτὸν, κατηγορȣ̃ντα τῶν Μεγαρέων. τȣ̃το μὲν ȣ̓̃ν τὸ ψήφισμα Περικλέȣς ἐστὶν εὐγνώμονος καὶ φιλανθρώπȣ δικαιολογίας ἐχόμενον. ἐπεὶ δ' ὁ πεμφθεὶς κήρυξ Ἀνθεμόκριτος αἰτίᾳ τῶν Μεγαρέων ἀποθανεῖν ἔδοξε, γράφει ψήφισμα κατ' αὐτῶν Χαρῖνος, ἄσπονδον μὲν εἶναι καὶ ἀκήρυκτον ἔχθραν, ὃς δ' ἂν ἐπιβῇ τῆς Ἀττικῆς Μεγαρέων, θανάτῳ ζημιȣ̃σθαι· τȣ̀ς δὲ στρατηγȣ̀ς, ὅταν ὀμνύωσι τὸν πατρικὸν ὅρ-

et quum legem Pericles certam obtenderet, quae tabulam interdiceret, in quam plebiſcitum eſſet relatum, reuellere, dixiſſe vnum ex legatis Polyarcem: Tu vero ne reuulſeris, ſed conuerte tabulam intro, quum non ſit hoc quae impediat lex vlla. Hoc dictum quamuis facetum videretur, nihilo fuit remiſſior tamen Pericles. Et ſane perſequebatur priuato quodam odio (vti reor) Pericles Megarenſes: praetendens autem publicam et manifeſtam aduerſus eos noxam, interuertiſſe eos agrum ſacrum, ſcribit plebiſcitum, vt caduceator ad eos mittatur, atque idem ad Lacedaemonios, qui Megarenſes in crimen vocet. Atque haec quidem rogatio Periclis aequam continet et lenem querelam: verum quoniam caduceatori, qui miſſus fuerat, Anthemocrito, quaeſita mors dicebatur a Megarenſibus, bellum iis ex Charini rogatione internecinum et implacabile indicitur. Si quis attingeret Megarenſis finem Atticum, mors ei denuntiaretur. Praetores in ſolemni iureiurando adderent: vt

niam hoc verbum ad infinitivum εἰπεῖν feretur.]

51 Πολυάλκη Vulcob.

52 deeſt τὴν Bodl. 3.

53 τὸ τέμνεσθαι Anonym.

54 μεθυσσο-

κον, ἐπομνύειν, ὅτι καὶ δὶς ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὴν Μεγαρικὴν ἐμβαλᾶσι· ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. Μεγαρεῖς δὲ τὸν Ἀνθεμοκρίτα φόνον ἀπαρνάμενοι, τὰς αἰτίας εἰς Ἀσπασίαν καὶ Περικλέα τρέπασι, χρώμενοι τοῖς περιβοήτοις καὶ δημώδεσι τάτοις ἐκ τῶν Ἀχαρνέων ςιχιδίοις·

Πόρνην δὲ Σίμαιθαν ἰόντες Μεγάραδε
Νεανίαι κλέπ]ασι μεθυσοκότ]αβοι [54].
Κᾆθ' οἱ Μεγαρεῖς ὀδύναις πεφυσιγγωμένοι,
Ἀντεξέκλεψαν Ἀσπασίας πόρνα δύο [55].

vt bis quotannis agrum Megarensem popularentur; tumularetur Anthemocritus iuxta portam Thriasiam, quam nunc Dipylon nuncupant. Megarenses vero caedem inficiantes Anthemocriti, causam omnem in Aspasiam detorquent et Periclem, allegantque celebratos et vulgatos hosce versus Aristophanis ex Acharnensibus:

Iuuenes projecti Megaram ebrii, auferunt
Simaetham ex scortatione nobilem:
Megarensis hinc populus dolore percitus,
Furatur Aspasiae duo scorta haud impiger.

Ac

54 μεθυσσοκότ]αβοι Bodl. 3.

55 Ἀσπασία πόρνα δύο] Lege ex Aristoph. et Athenaeo, Ἀσπασίας: deinde δύω, cum Bodl. 3. duali numero. perperam habet Athenaeus πόρνας. Bene addit Xyl. alium versum, tanquam a librario Plutarchiano omissum: Κἀντεῦθεν ἀρχὴ τᾶ πολέμα κατεῤῥάγη. [Integra Xylandri ad hos versus annotatio ita habet: Exstant in Acharnensibus. Ibidem diserte commemoratur decretum in Megarenses factum, de quo pulchram historiam habet Gellius lib. VI. cap. 10. Citat et Athenaeus lib. XIII. eosdem versus: quo ex loco apparet, non duas Aspasias (id quod Aristophanis commentator, et eum secutus Suidas, tradunt) raptas fuisse, sed duo scorta, quae ab Aspasia, nempe lena, quaestus causa alebantur. Nam in Graeco Ἀσπασίας ambiguum est, quum et genitiuus singularis et accusatiuus pluralis esse possit. Sed id posterius loco non conuenit admodum, quum Plutarchus (vt et in Aristophane Florentino est) πόρνα scripserit duali numero, cui male cohaeret plurale Ἀσπασίας. Neque tamen non annotaui huiusmodi apud Homerum et alios multa exempla: sed (ne quid aliud dicam) Ἀριστοφάνειον hoc non est. Et vero Athenaeus Ἀσπασίας πόρνας legit, vbi prius genitiuum singularem esse ipse etiam intellexit. Postremum versum arbitror a Plutarchiano librario omissum: addidi ex Aristophane, sicut et Lapus.]

56 Πρὸς

31. Τὴν μὲν ἒν ἀρχὴν ὅπως ἔσχεν ἒ ῥάδιον γνῶναι. τῒ δὲ μὴ λυθῆναι τὸ ψήφισμα πάντες ὡσαύτως τὴν αἰτίαν ἐπιφέρϐσι τῷ Περικλεῖ. πλὴν οἱ μὲν ἐκ φρονήματος μεγάλϐ μετὰ γνώμης κατὰ τὸ βέλτιςον ἀπισχυρίσασθαι φασὶν αὐτὸν, πεῖραν ἐνδόσεως τὸ πρόςαγμα, καὶ τὴν συγχώρησιν ἐξομολόγησιν ἀσθενείας ἡγϐμενον· οἱ δὲ μᾶλλον αὐθαδείᾳ τινὶ, καὶ φιλονεικίᾳ πρὸς ἔνδοξον [56] ἰσχὺν, περιφρονῆσαι Λακεδαιμονίων. ἡ δὲ χειρίςη μὲν αἰτία πασῶν, ἔχϐσα δὲ πλείςϐς μάρτυρας, ὕτω πως λέγεται. Φειδίας ὁ πλάςης, ἐργολάβος μὲν ἦν τῒ ἀγάλματος, ὥσπερ εἴρηται· φίλος δὲ τῷ Περικλεῖ γενόμενος, καὶ μέγιςον παρ' αὐτῷ δυνηθεὶς, τὸς μὲν δι' αὐτὸν ἔσχεν ἐχθρὸς φθονϐμενος, οἱ δὲ, τῒ δήμϐ ποιϐμενοι πεῖραν ἐν ἐκείνῳ, ποῖός τις ἔσοιτο Περικλεῖ κριτὴς, Μένωνά τινα τῶν Φειδίϐ συνεργῶν πείσαντες, ἱκέτην ἐν ἀγορᾷ καθίζϐσιν, αἰτϐμενον ἄδειαν ἐπὶ μηνύσει καὶ κατηγορίᾳ τῒ Φειδίϐ. προσδεξαμένϐ δὲ τῒ δήμϐ τὸν ἄνθρωπον, καὶ γενομένης ἐν ἐκκλησίᾳ διώξεως, κλοπαὶ μὲν ὐκ ἐλέγοντο. τὸ γὰρ

Ac origo quidem belli vnde manarit, haud procliue est nosse. Plebisciti vero illius non antiquati iuxta omnes causam conferunt in Periclem. Verum hi ex animi celsitudine ferunt coniuncta cum prudentia eum restitisse, quum arbitraretur eo praecepto tentari, an cessuri ipsis Athenienses essent, et concessionem esse debilitatis confessionem: alii peruicacia potius et concertatione, ad ostentandam potentiam suam, despexisse Lacedaemonios. Deterrima causa omnium (cui tamen assentiuntur plerique omnes) haec perhibetur esse. Phidias plastes, signum (vt dictum est) Mineruae conduxerat faciendum. Familiaritate hic Periclis vsus est, plurimumque apud eum potuit; quare inuidiam contraxit, ac nonnullos habuit eius causa infestos. Alii, quo periculum in illo facerent, qualis populus in Periclem futurus iudex esset, Menonem quendam, cuius opera vtebatur Phidias, constituunt in foro supplicem, petentem fidem publicam dari sibi, indicaturum se et delaturum certa de Phidia. Quum populus illum admisisset, et quaestio in foro haberetur, nulla prolata furta fuerunt. Aurum enim

56 Πρὸς ἔνδοξον] Legitur etiam, πρὸς ἔνδειξιν περιφρονῆσαι. *H.Steph.*

57 πῶν

χρυσίον ὅτως εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς τῷ ἀγάλματι προσειργάσατο καὶ περιέθηκεν ὁ Φειδίας, γνώμῃ τῦ Περικλέως, ὥστε πάνυ [57] δυνατὸν εἶναι περιελῦσιν ἀποδεῖξαι τὸν σαθμόν. ὃ καὶ τότε τὺς κατηγόρυς ἐκέλευσε ποιεῖν ὁ Περικλῆς. ἡ δὲ δόξα τῶν ἔργων ἐπίεζε φθόνῳ τὸν Φειδίαν, καὶ μάλιςθ᾽ ὅτι τὴν πρὸς Ἀμαζόνας μάχην ἐν τῇ ἀσπίδι ποιῶν, αὑτῦ τινα μορφὴν ἐνετύπωσε, πρεσβύτυ φαλακρῦ, πέτρον ἐπηρμένυ δι᾽ ἀμφοτέρων τῶν χειρῶν, καὶ τῦ Περικλέυς εἰκόνα παγκάλην ἐνέθηκε μαχομένυ πρὸς Ἀμαζόνα. τὸ δὲ σχῆμα τῆς χειρὸς, ἀνατεινύσης δόρυ πρὸ τῆς ὄψεως τῦ Περικλέυς, πεποιημένον εὐμηχάνως, οἷον ἐπικρύπτειν βύλεται τὴν ὁμοιότητα παραφαινομένην ἑκατέρωθεν. ὁ μὲν ὖν Φειδίας εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαχθεὶς, ἐτελεύτησε νοσήσας, ὡς δέ φασιν ἔνιοι φαρμάκοις, ἐπὶ διαβολῇ τῦ Περικλέυς τῶν ἐχθρῶν παρασκευασάντων. τῷ δὲ μηνυτῇ Μένωνι, γράψαντος Γλύκωνος, ἀτέλειαν ὁ δῆμος ἔδωκε, καὶ προσέταξε τοῖς ςρατηγοῖς ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἀσφαλείας τῦ ἀνθρώπυ.

32. Περὶ δὲ τῦτον τὸν χρόνον Ἀσπασία δίκην ἔφευ-

enim ſic a principio fuerat Periclis conſilio ſimulacro illigatum et circumiectum, vt detrahi vniuerſum et approbari valeret ad ſtateram: quod vt facerent, prouocauit tunc Pericles accuſatores. Enimuero premebat excellentia operum Phidiam, praecipue quod in pugna Amazonica, quam finxit in clypeo Mineruae, effigiem ſuam expreſſiſſet, calui ſenis ſaxum ambabus manibus ſublatum tenentis; praeclaram item incluſiſſet Periclis imaginem, manus cum Amazone conſerentis. Figura autem manus, qua attollit haſtam, ita erat fabrefacta, vt praetenſa oculis Periclis, quaſi tegere conetur vtrinque elucentem ſimilitudinem. Ac Phidias quidem in vincula ductus, morbo interiit. Alii veneno volunt ab inimicis, ad inuidiam Pericli mouendam, ſublatum. Indici Menoni, ferente ad populum Glycone, immunitas data, commendauit inſuper praetoribus ſecuritatem illius populus.

Eadem tempeſtate Aſpaſia violatae religionis eſt rea facta,

57 πᾶν Bodl. 3. Iuntina, Aldina.

58 δίκην

γεν ἀσεβείας [58], Ἑρμίππου τοῦ κωμῳδοποιοῦ διώκοντος, καὶ προσκατηγοροῦντος ὡς Περικλεῖ γυναῖκας ἐλευθέρας εἰς τὸ αὐτὸ φοιτώσας ὑποδέχοιτο. καὶ ψήφισμα Διοπείθης ἔγραψεν, εἰσαγγέλλεσθαι τοὺς [59] τὰ θεῖα μὴ νομίζοντας, ἢ λόγους περὶ τῶν μεταρσίων διδάσκοντας· ἀπερειδόμενος εἰς Περικλέα δι' Ἀναξαγόρου τὴν ὑπόνοιαν. δεχομένου δὲ τοῦ δήμου καὶ προσιεμένου τὰς διαβολὰς, οὕτως ἤδη ψήφισμα κυροῦται, Δρακοντίδου γράψαντος, ὅπως οἱ λόγοι τῶν χρημάτων ὑπὸ Περικλέους εἰς τοὺς Πρυτάνεις [60] ἀποτεθεῖεν· οἱ δὲ δικασταὶ τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες [61]

facta, accuſatore comoediarum ſcriptore Hermippo: obiecit praeterea, eam liberas foeminas, quibus illudebat Pericles, recipere. Ad haec rogationem tulit Diopithes, nomina vt deferrentur eorum, qui eſſe deos negarent, aut qui ſermones de rebus aethereis ſererent, ea ſuſpicione perſtringens Anaxagorae cauſa Periclem. Quum praeberet his aures populus, quaeſtioneſque reciperet, tum demum plebiſcitum fit rogante Dracontide, vt rationes expenſae pecuniae Pericles apud Prytanas deponeret, iudiceſque ſententiam ex ara ferrent, atque in vrbe hanc cognitio-

58 δίκην ἔφευγεν ἀσεβείας] Lapus, *lenocinii*, neſcio quid ſecutus. Eſt quidem et apud Athenaeum in hac hiſtoria γραφὴ ἀσεβείας: et lenocinii crimen auctuarii loco priori acceſſiſſe, Plutarchi verba palam demonſtrant. *Xylander.*

59 pro τοὺς legit τοῦ Vulcob.

60 εἰς τοὺς Πρυτάνεις] Senatus Athenienſis ex quingentis perſonis conſtabat. Decem enim erant Athenis tribus: ex his quinquaginta electi ſenatum quingentum virorum conſtituebant. Ex hoc ſenatu quinquaginta vnius tribus (vt ordo ferebat) viri decimam anni lunaris partem omnia ſenatus munera obibant: hoc eſt, per dies XXXV. tum alii, atque deinceps alii, decem, vt ſingulis annis per omnes tribus circumiret ea adminiſtratio, quum quidem quatuor reliqui dies (nam annus lunaris CCCLIV. diebus conſtabat) in quatuor tribus ſinguli diſtribuerentur. Et ii quinquaginta, quibus tum ſorte tempus illud adminiſtrationis obtigiſſet, πρυτάνεις vocabantur. Haec fere ex Suida. *Xylander.*

61 τὴν ψῆφον ἀπὸ τοῦ βωμοῦ φέροντες] Morem ab ara iudicium ferendi etiam ſupra in Themiſtocle commemorauit, vbi de honore ei a Graecis ob victoriam Salaminiam habito ſcripſit. Iuratum et quaſi ſacrum iudicium intelligi debere, ibi dixi. *Xylander.*

62 pro

ἐν τῇ πόλει κρίνοιεν. Ἄγνων [62] δὲ τοῦτο μὲν ἀφεῖλε τοῦ ψηφίσματος, κρίνεσθαι δὲ τὴν δίκην ἔγραψεν ἐν δικασταῖς χιλίοις καὶ πεντακοσίοις, εἴτε κλοπῆς καὶ δώρων, εἴτ᾽ ἀδικίας [63] βούλοιτό τις ὀνομάζειν τὴν δίωξιν. Ἀσπασίαν μὲν οὖν ἐξῃτήσατο, πολλὰ πάνυ παρὰ τὴν δίκην, ὡς Αἰσχίνης φησὶν, ἀφεὶς ὑπὲρ αὐτῆς δάκρυα, καὶ δεηθεὶς τῶν δικαστῶν· Ἀναξαγόραν δὲ φοβηθεὶς ἐξέπεμψε καὶ προὔπεμψεν ἐκ τῆς πόλεως. ὡς δὲ διὰ Φειδίου προσέπταισε τῷ δήμῳ, φοβηθεὶς τὸ [64] δικαστήριον, μέλλοντα τὸν πόλεμον καὶ ὑποτυφόμενον ἐξέκαυσεν, ἐλπίζων διασκεδάσειν τὰ ἐγκλήματα, καὶ ταπεινώσειν τὸν φθόνον, ἐν πράγμασι μεγάλοις καὶ κινδύνοις τῆς πόλεως ἐκείνῳ μόνῳ διὰ τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν δύναμιν ἀναθείσης ἑαυτήν. αἱ μὲν οὖν αἰτίαι, δι᾽ ἃς οὐκ εἴασεν ἐνδοῦναι Λακεδαιμονίοις τὸν δῆμον, αὗται λέγονται· τὸ δ᾽ ἀληθὲς, ἄδηλον.

33. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι γινώσκοντες, ὡς ἐκείνου καταλυθέντος, εἰς πάντα μαλακωτέροις χρήσονται τοῖς Ἀθηναίοις, ἐκέλευον αὐτοῖς [65] τὸ ἄγος ἐλαύνειν, ᾧ τὸ μη-

cognitionem exercerent. Agnon hoc ex rogatione circumduxit. Tulit autem, vt cauſa apud mille quingentos iudices ageretur, ſiue peculatus et repetundarum, ſiue iniuriae vellet quis crimen appellare. Ac Aſpaſiam quidem eripuit Pericles precibus, pro qua vim lacrymarum in cauſa dicenda (vt ſcribit Aeſchines) profudit, obſecrauitque iudices: Anaxagoram trepidans ablegauit, atque ex vrbe deduxit. Quum vero Phidiae cauſa offendiſſet populum, ideoque horreret iudicia, cunctanti et fumare incipienti ſubdidit faces bello; ſperans fore, vt crimina diſcuteret, et leniret inuidiam, quum arduis in negotiis et diſcriminibus eſſet ad ipſum vnum propter autoritatem et opes ipſius ſe ciuitas collatura. Hae eſſe cauſae referuntur, quamobrem non permiſerit Lacedaemoniis populum morem gerere: veritas in obſcuro latet.

At Lacedaemonii, pro certo habentes vndequaque remiſſiores ſe oppreſſo Pericle praebituros Athenienſes, iuſſerunt eis piaculum eiicere,

62 pro Ἄγνων Vulcob. dat ἄνθρωπον.

63 ἀδίκου Bodl. 3. Iunt. Ald. Bodl. 3.

64 τὸ ὡς Vulc. ὡς τὸ Bodl. 3.

65 αὐτοὺς Vulcob. Anonym.

66 ἐκέλευον

τρόθεν γένος τοῦ Περικλέους ἔνοχον ἦν, ὡς Θουκυδίδης εἴρηκεν [66]. ἡ δὲ πεῖρα περιέστη τοῖς πέμψασιν εἰς τοὐναντίον. ἀντὶ γὰρ ὑποψίας καὶ διαβολῆς ὁ Περικλῆς ἔτι μείζονα πίστιν ἔσχε καὶ τιμὴν παρὰ τοῖς πολίταις, ὡς μάλιστα μισούντων καὶ φοβουμένων ἐκεῖνον τῶν πολεμίων. διὸ καὶ πρὶν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ἀττικὴν τὸν Ἀρχίδαμον ἔχοντα τοὺς Πελοποννησίους, προεῖπε τοῖς Ἀθηναίοις, ἂν ἄρα τἆλλα δῃῶν [67] ὁ Ἀρχίδαμος, ἀπέχηται τῶν ἐκείνου, διὰ τὴν ξενίαν τὴν οὖσαν αὐτοῖς, ἢ διαβολῆς τοῖς ἐχθροῖς ἐνδιδοὺς ἀφορμὰς, ὅτι τῇ πόλει καὶ τὴν χώραν καὶ τὰς ἐπαύλεις ἐπιδίδωσιν. ἐμβάλλουσιν οὖν εἰς τὴν Ἀττικὴν στρατῷ μεγάλῳ Λακεδαιμόνιοι μετὰ τῶν συμμάχων, Ἀρχιδάμου τοῦ βασιλέως ἡγουμένου. καὶ δῃοῦντες τὴν χώραν, προῆλθον εἰς Ἀχαρνὰς, καὶ κατεστρατοπέδευσαν, ὡς τῶν Ἀθηναίων οὐκ ἀνεξομένων, ἀλλ' ὑπ' ὀργῆς [68] καὶ φρονήματος διαμαχου-

eiicere, quo erat (vt tradit Thucydides) ex genere materno contactus Pericles. Verum coeptum iis, qui miserant, longe aliter cecidit. Quippe pro ſuſpicione et inuidia fidem et exiſtimationem Pericles ad populum multo accepit maiorem, hoſtem quum cernerent eum praecipue et odiſſe et metuere. Itaque antequam Atticam incurſaret cum Peloponneſiis Archidamus, denuntiauit Athenienſibus, ſi, deuaſtatis caeteris, a ſuis praediis Archidamus vim abſtineret propter ius hoſpitii, quod cum illo intercedebat ſibi, aut quo maleuolis ſuis anſam calumniandi praeberet, agrum ſe et villas reipublicae donare. Magnis igitur copiis Lacedaemonii cum ſociis Atticam, rege duce Archidamò, ineunt, foedandoque fines Acharnas vſque progreſſi ſunt. Ibi caſtra communiuere, rati non paſſuros id Athenienſes, ſed pro ſolo et gloria ſecum

66 ἐκέλευον αὐτοῖς τὸ ἄγος ἐλαύνειν, ᾧ τὸ μητρόθεν γένος τοῦ Περικλέους ἔνοχον ἦν, ὡς Θουκυδίδης εἴρηκεν] Locus Thucydidis eſt lib. I. Intelligitur autem Cylonium piaculum, de quo exſtat et in Solone Plutarchi hiſtoria. Porro autem Periclis mater a Megacle Alcmaeonis F. genus trahebat, qui eius facinoris auctor fuit. Id ſupra eſt demonſtratum. *Xylander.*

67 διιῶν Bodl. 3.

68 ὑπὲρ γῆς] Omnes [in quibus Vulcob. Anon. et Bodl. 3.] recte habent, ὑπ' ὀργῆς.

69 πρὸς

μένων πρὸς αὐτȣ̀ς. τῷ δὲ Περικλεῖ δεινὸν ἐφαίνετο πρὸς [69] ἑξακισμυρίȣς Πελοποννησίων καὶ Βοιωτῶν ὁπλίτας (τοσȣ̃τοι γὰρ ἦσαν οἱ τὸ πρῶτον ἐμβαλόντες) ὑπὲρ αὐτῆς τῆς πόλεως μάχην συνάψαι· τȣ̀ς δὲ βȣλομένȣς μάχεσθαι, καὶ δυσπαθȣ̃ντας πρὸς τὰ γινόμενα, κατεπράϋνε λέγων, ὡς δένδρα μὲν τμηθέντα καὶ κοπέντα φύεται ταχέως, ἀνδρῶν δὲ διαφθαρέντων αὖθις τυχεῖν ȣ̓ ῥᾴδιόν ἐστι. τὸν δὲ δῆμον εἰς ἐκκλησίαν ȣ̓ συνῆγε, δεδιὼς βιασθῆναι παρὰ γνώμην, ἀλλ' ὥσπερ νεὼς κυβερνήτης, ἀνέμȣ κατιόντος ἐν πελάγει, θέμενος εὖ πάντα καὶ κατατείνας τὰ ὅπλα, χρῆται τῇ τέχνῃ, δάκρυα καὶ δεήσεις ἐπιβατῶν ναυτιώντων καὶ φοβȣμένων ἐάσας, ȣ̔́τως ἐκεῖνος, τό τ' ἄστυ συγκλείσας, καὶ καταλαβὼν πάντα φυλακαῖς πρὸς ἀσφάλειαν, ἐχρῆτο τοῖς αὑτȣ̃ λογισμοῖς, βραχέα φροντίζων τῶν καταβοώντων καὶ δυσχεραινόντων. καίτοι πολλοὶ μὲν αὐτȣ̃ τῶν φίλων δεόμενοι προσέκειντο, πολλοὶ δὲ τῶν ἐχθρῶν ἀπειλȣ̃ντες καὶ κατηγορȣ̃ντες· πολλοὶ δ' ᾖδον ᾄσματα καὶ σκώμματα πρὸς αἰσχύνην, ἐφυβρίζοντες αὐτȣ̃ τὴν στρατηγίαν, ὡς ἄνανδρον καὶ προϊεμέ-

ſecum decertaturos. At Pericles anceps duxit cum ſexaginta millibus Peloponneſiorum et Boeotiorum peditum (hic enim numerus fuit copiarum, quae primum infuderunt ſe in Atticam) de ipſa dimicare vrbe. Eos, qui pugnam poſcebant, et angebantur vaſtatione agrorum, demulſit, dicens, arbores caeſas et deiectas mox renaſci, virorum caeſorum iterum non promtam fore facultatem. Populi concionem non habuit, veritus, ne inuitum de inſtituto depelleret ſuo: ſed vt gubernator nauis, coorta in mari tempeſtate, vbi proſpexit omnibus, et armamenta compoſuit, vtitur arte, lacrymas et obteſtationes negligens nauſeantium et trepidantium vectorum; ita ille, obſeratis portis, omnia firmauit praeſidiis ad ſecuritatem, ſuaque ſequens conſilia, contemſit obſtrepentes et ſtomachantes. Quamuis multi eum amici obtunderent precibus, multi minitarentur aduerſarii inſectarenturque, multi carmina canerent et dicteria probroſa, conuiciiſque inceſſerent eius imperium, vt molle et prodens hoſtibus

69 πρὸς τȣ̀ς ἑξακισμ. Vulcob.

νην τὰ πράγματα τοῖς πολεμίοις. ἐπεφύετο δὲ καὶ Κλέων, ἤδη διὰ τῆς πρὸς ἐκεῖνον ὀργῆς τῶν πολιτῶν πορευόμενος ἐπὶ τὴν δημαγωγίαν. ὡς τἀνάπαιςα [70] ταῦτα δηλοῖ ποιήσαντος Ἑρμίππȣ·

Βασιλεῦ σατύρων [71], τί ποτ' ȣ̓κ ἐθέλεις
Δόρυ βαςάζειν, ἀλλὰ λόγȣς μὲν
Περὶ πολέμȣ δεινȣ̀ς παρέχῃ [72],
Ψυχὴν δὲ Τέλητος ὑπέςης [73];
Κἀγχειριδίȣ [74] δ' ἀκόνη σκληρὰ
Παραθηγομένη βρύχει κοπίδας [75],

hoſtibus rempublicam. Et vero etiam Cleon, incenſam conſpiciens in illum ciuitatem, mordebat eum, auram popularem captans: id quod hiſce verſibus declarauit Hermippus:

Cur ferre Satyrum rex recuſas haſtulam,
Mira interim loquens tamen de proelio?
At induiſti animum Teletis territum,
Enſiſque tu ſtricti atque acuti aciem extimes,

Te

70 Ὡς ἀνάπαιςα] Lego ὡς δι', et cum doctiſſimo Saluinio, δηλοῖ, ποιήσαντος Ἑρμίππȣ: vt Cleon intelligatur ab Hermippo Comico in ſcenam introduci cum his verſibus.

71 Βασιλεῦ σατύρων, etc.] Verſus meri ſunt anapaeſtici trimetri acatalectici, excepto vltimo, qui eſt catalecticus. Sicubi non ſatisfeci lectori, ſciat, me ne mihi quidem ipſi ſatisfeciſſe: ſunt enim Graeci verſus obſcuriſſimi. *Xylander.*

72 παρέχεις Vulcob.

73 Ψυχὴν δὲ τέλητος ὑπέςης] Teletem videtur innuere hominem timidum: ſed de quo nihil compertum habeam. *Xyl.* ita reddit Dacer. *tu Teletis (viri cuiuſdam fortis) animos promiſiſti.* [ὑπέςῃ Bodl. 3. pro ὑπέςης.]

74 Κἀγχειριδίȣ] Locus in toto opere mendoſiſſimus. Mihi certum eſt ita corrigi debere: Κἀγχειριδίȣ δ' ἀκόνης σκληρᾶς Παραθηγομένης βρύχεις, κοπιᾷς: *et cum tu videas enſem nudum, exacutum, tu dentibus frendes, et deficis, fatiſcis. Dacer.* [ἀκόνῃ σκληρᾷ παραθυγομένȣ βρύχει κοπίδας Vulc. ἀκόνη σκληρῷ παραθηγομένη βρύχεις κοπίδας Anonym.]

75 κοπίδας] Bipennes ſermonum ad vim dicendi referuntur, niſi fallor: quo modo Demoſthenes Phocionem ſolebat ſuorum κοπίδα ſermonum nominare, quod quae ipſe propoſuiſſet, ea Phocion breui, ſed vehementi oratione refutaret, ac quaſi diffinderet. *Xylander.*

76 Αἴθωνι

Δηχθεὶς αἴθωνι Κλέωνι [76].

34. Πλὴν ὑπ' οὐδενὸς ἐκινήθη τῶν τοιούτων ὁ Περι-
κλῆς, ἀλλὰ πράως καὶ σιωπῇ τὴν ἀδοξίαν καὶ τὴν ἀπεχ-
θειαν ὑφιστάμενος, καὶ νεῶν ἑκατὸν ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον
στόλον ἐκπέμπων, αὐτὸς οὐ συνεξέπλευσεν, ἀλλ' ἔμεινεν
οἰκουρῶν καὶ διὰ χειρὸς ἔχων τὴν πόλιν [77], ἕως ἀπηλλάγη-
σαν οἱ Πελοποννήσιοι. θεραπεύων δὲ τοὺς πολλοὺς, ὅμως
ἀσχάλλοντας ἐπὶ τῷ πολέμῳ, διανομαῖς τε χρημάτων
ἀνελάμβανε, καὶ κληρουχίας ἀνέγραφεν [78]. Αἰγινήτας
γὰρ ἐξελάσας ἅπαντας, διένειμε τὴν νῆσον Ἀθηναίων
τοῖς λαχοῦσιν. ἦν δέ τις παρηγορία καὶ ἀφ' ὧν ἔπασχον
οἱ πολέμιοι. καὶ γὰρ οἱ περιπλέοντες τὴν Πελοπόννησον,
χώραν τε πολλὴν, κώμας τε καὶ πόλεις μικρὰς διεπόρθη-
σαν. καὶ κατὰ γῆν αὐτὸς ἐμβαλὼν εἰς τὴν Μεγαρικὴν,
ἔφθειρε πᾶσαν. ᾗ καὶ δῆλον, ὅτι [79] πολλὰ μὲν δρῶντες
κακὰ τοὺς Ἀθηναίους, πολλὰ δὲ πάσχοντες ὑπ' ἐκείνων
ἐκ θαλάττης, οὐκ ἂν εἰς μῆκος πολέμου τοσοῦτον [80] προῦ-

Te punxerit licet Cleon ſtimulis acris.

Verum iſtorum mouit Periclem nihil: ſed comiter et tacite
ulit ignominiam et inuidiam. Claſſem autem centum nauium
niſit in Peloponneſum: hanc tamen ille non duxit, ſed conti-
uit domi ſe, vt ciuitatem in poteſtate retineret, dum ſe rece-
iſſent Peloponneſii. Quo plebem placaret tamen ob bellum
rementem, largitionibus eam leniuit, et leges tulit de coloniis
leducendis. Aeginetas enim omnes eiecit, quorum inſulam
liuiſit ſortito ciuibus Athenienſibus. Aliqua etiam ex parte ho-
ſtium calamitates leuabant dolorem eorum. Claſſe enim Pelo-
onneſum circumuecti, late vaſtarunt agrum, et vicos et modica
ppida. Ipſe etiam terreſtri exercitu in fines Megaricos ducto,
os vndequaque conculcauit. Et profecto multis vltro citro-
ue Athenienſibus hinc illatis cladibus terra, illinc mari ac-
eptis, in tam longum Peloponneſii non duxiſſent bellum,
ſed

76 Αἴθωνι κλέωνι] Hoc πεπαρῴδηται ex Homeri αἴθωνι σιδήρῳ, t pulchre obſeruat Saluinius. λαίων dat Iuntina.

77 Τὴν πόλιν] In quibuſdam eſt τὴν ὅλην πόλιν. *H. Steph.*

78 ἀνέγραφον Vulcob.

79 δῆλον ἦν ὅτι idem.

80 τοσοῦτο Bodl. 3.

 81 προ-

βησαν, ἀλλὰ ταχέως ἀπεῖπον, ὥσπερ ἐξ ἀρχῆς ὁ Περικλῆς προηγόρευεν [81], εἰ μή τι δαιμόνιον ὑπηναντιώθη τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς. νῦν δὲ πρῶτον μὲν ἡ λοιμώδης ἐνέπεσε φθορὰ, καὶ κατενεμήθη τὴν ἀκμάζουσαν ἡλικίαν καὶ δύναμιν· ὑφ' ἧς καὶ τὰ σώματα κακούμενοι καὶ τὰς ψυχὰς, παντάπασιν ἠγριώθησαν πρὸς τὸν Περικλέα, καὶ καθάπερ ἰατρὸν, ἢ πατέρα, τῇ νόσῳ παραφρονήσαντες, ἀδικεῖν ἐπεχείρησαν· ἀναπεισθέντες ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ὡς τὴν μὲν νόσον ἡ τοῦ χωριτικοῦ πλήθους εἰς τὸ ἄστυ συμφόρησις ἐργάζεται, θέρους ὥρᾳ πολλῶν ὁμοῦ χύδην ἐν οἰκήμασι μικροῖς καὶ σκηνώμασι πνιγηροῖς ἠναγκασμένων διαιτᾶσθαι δίαιταν οἰκουρὸν καὶ ἀργὸν [82] ἀντὶ καθαρᾶς καὶ ἀναπεπταμένης τῆς πρότερον. τούτου δ' αἴτιος ὁ τῷ πολέμῳ τὸν ἀπὸ τῆς χώρας ὄχλον εἰς τὰ τείχη καταχεάμενος, καὶ πρὸς οὐδὲν ἀνθρώποις τοσούτοις χρώμενος, ἀλλ' ἐῶν ὥσπερ βοσκήματα καθειργμένους, ἀναπίμπλασθαι φθορᾶς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μηδεμίαν μεταβολὴν, μηδ' ἀναψυχὴν ἐκπορίζων.

35. Ταῦτα βουλόμενος ἰᾶσθαι, καί τι παραλυπεῖν

ſed mox elanguiſſent, ſicut a primordio praedixerat Pericles, ni vis quaedam conſiliis humanis diuina obſtitiſſet. Nunc vero peſtilens lues primum inuaſit vrbem, et florem depaſta eſt et robur iuuentutis: a qua vexati corporibus, animis etiam omnino in Periclem efferati ſunt. Vt autem morbo qui inſaniunt in medicum, vel patrem, ita violare hunc inſtituerunt; ab inimicis inducti, agreſtem turbam, quae in vrbem confluxerat, morbum diuulgare, quod tempore aeſtiuo multi vna nullo diſcrimine, anguſtis in tectis et tabernaculis coacti aeſtuoſis, in vmbra et otio marceſcerent, quum ante in aëre libero et laxo conſueſſent agere: cuius illum eſſe autorem, qui bello plebem intra muros ruſticanam contraxiſſet, neque vllam ad rem tam multos viros adhiberet, ſed ſineret incluſos veluti pecora mutua obrui contagione, nec loci commutationem, vel refrigerium praeberet vllum.

His vt mederetur, ſimulque vexaret ex parte hoſtes, naues

81 προηγόρευσεν Vulcob. 82 ἀργὴν Vulcob. Anonym.

83 ἔλαττον

τὰς πολεμίας, ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα ναῦς ἐπλήρου, καὶ πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ὁπλίτας καὶ ἱππέας ἀναβιβασάμενος, ἔμελλεν ἀνάγεσθαι, μεγάλην ἐλπίδα τοῖς πολίταις, καὶ φόβον οὐκ ἐλάττω [83] τοῖς πολεμίοις ἀπὸ τοσαύτης ἰσχύος παρασχών. ἤδη δὲ πεπληρωμένων τῶν νεῶν, καὶ τοῦ Περικλέους ἀναβεβηκότος ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ τριήρη, τὸν μὲν ἥλιον ἐκλιπεῖν συνέβη, καὶ γενέσθαι σκότος, ἐκπλαγῆναι δὲ πάντας, ὡς πρὸς μέγα σημεῖον. ὁρῶν οὖν ὁ Περικλῆς περίφοβον τὸν κυβερνήτην καὶ διηπορημένον, ἀνέσχε τὴν χλαμύδα πρὸ τῆς ὄψεως αὐτοῦ, καὶ παρακαλύψας, ἠρώτησε, μή τι δεινὸν, ἢ δεινοῦ τινος οἴεται σημεῖον· ὡς δ' οὐκ ἔφη· Τί οὖν, εἶπεν, ἐκεῖνο τούτου διαφέρει, πλὴν ὅτι μεῖζόν τι τῆς χλαμύδος ἐστὶ τὸ πεποιηκὸς τὴν ἐπισκότησιν; Ταῦτα μὲν οὖν ἐν ταῖς σχολαῖς λέγεται τῶν φιλοσόφων. ἐκπλεύσας δ' οὖν ὁ Περικλῆς, οὔτ' ἄλλο τι δοκεῖ τῆς παρασκευῆς ἄξιον δρᾶσαι· πολιορκήσας τε τὴν ἱερὰν Ἐπίδαυρον, ἐλπίδα παρασχοῦσαν ὡς ἁλωσομένην, ἀπέτυχε διὰ τὴν νόσον. ἐπιγενομένη γὰρ οὐκ αὐτοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν τῇ στρατιᾷ συμμίξαντας [84] προσδιέφθειρεν.

naues instructas centum quinquaginta compleuit, multisque impositis et egregiis peditibus equitibusque, soluturus in magnam spem erexit ciues, atque ostentando tantas copias, trepidationem iniecit non minorem hostibus. Ecce autem quum iam omnes conscendissent, et Pericles se in suam triremem contulisset, forte defecit sol: quumque obducta nox coelo esset, terror, vt prodigio oblato magno, incessit omnes. Gubernatorem vero Pericles trepidum et stupentem cernens, chlamydem obiecit oculis eius, intectumque interrogauit, numquid horrendi id esset, aut portenderet grauius? Abnuente eo: Quid autem, inquit, inter hoc et illud interest, nisi quatenus illud, quod caliginem inuexit, chlamyde est grandius? Caeterum haec in philosophorum scholis referuntur. Postquam vela fecit, cum in hac expeditione nihil sane eo apparatu Pericles dignum gessit, tum obsidentem sacram Epidaurum, quae spem praebuit capi se posse, morbus distinuit. Hic enim non ipsos solum, sed omnes quacunque de causa ad exercitum accedentes affecit afflixitque.

Commo-

83 ἔλαττον Bodl. 3. Iunt. Ald. 84 συμπήξαντας Bodl. 3. Iuntina.

 85 μὴν

ἐκ τούτου χαλεπῶς διακειμένους τοὺς Ἀθηναίους πρὸς αὐτόν, ἐπειρᾶτο παρηγορεῖν καὶ ἀναθαῤῥύνειν. οὐ μὴν [85] ἔλυσε τὴν ὀργήν, οὐδὲ μετέπεισε πρότερον, ἢ τὰς ψήφους λαβόντας ἐπ' αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας, καὶ γενομένους κυρίους, ἀφελέσθαι τὴν στρατηγίαν, καὶ ζημιῶσαι χρήμασιν. ὧν ἀριθμὸν οἱ τὸν ἐλάχιστον, πεντεκαίδεκα τάλαντα, πεντήκοντα δ' οἱ τὸν πλεῖστον γράφουσιν. ἐπεγράφη δὲ τῇ δίκῃ κατήγορος, ὡς μὲν Ἰδομενεὺς λέγει, Κλέων· ὡς δὲ Θεόφραστος, Σιμμίας. ὁ δὲ Ποντικὸς Ἡρακλείδης Λακρατίδαν εἴρηκε.

36. Τὰ μὲν οὖν δημόσια ταχέως ἔμελλε παύσεσθαι [86], καθάπερ κέντρον, εἰς τοῦτον ἅμα πληγῇ τὸν θυμὸν ἀφεικότων τῶν πολλῶν· τὰ δ' οἰκεῖα μοχθηρῶς εἶχεν αὐτῷ κατά τε τὸν λοιμὸν οὐκ ὀλίγους ἀποβαλόντι τῶν ἐπιτηδείων, καὶ στάσει διατεταραγμένῳ πόῤῥωθεν. ὁ γὰρ πρεσβύτατος τῶν γνησίων υἱῶν, Ξάνθιππος, φύσει τε πονηρὸς ὢν [87], καὶ γυναικὶ νέᾳ καὶ πολυτελεῖ συνοι-

Commotum inde in ſe populum Athenienſem quum demitigare ſtuderet et erigere, non potuit iram eius prius frangere tamen, neque placare, quam in ſuffragia aduerſus ipſum miſſi, pro arbitrio ſuo imperium ei abrogarint, mulctamque dixerint: cuius ſummam, qui minimam, quindecim talenta; quinquaginta, qui maximam, ſcribunt. Hoc iudicio accuſatorem ſe profeſſus eſt, vt tradit Idomeneus, Cleon, vt Theophraſtus, Simmias: Ponticus Heraclides Lacratidam refert.

Caeterum publica quidem, quia iram in eum plebs, vt aculeum, vna cum ictu depoſuerat, breui erant quietura: res vero domeſtica eius exulcerata erat. Abſumſerat enim non paucos eius familiares peſtilentia, et domeſticos turbauerat iampridem alienatio ab eo. Siquidem maximus iuſtae ſtirpis Xanthippus filius, cum ſua ſponte erat profuſus, tum vxorem iuuenem ſumtuo-

ſamque

85 μὴν γὰρ idem Bodl. [vnde effici poſſit οὐ μὴν παρέλυσε. quae lectio ſit haud contemnenda futura.]

86 παύεσθαι Bodl.

87 φύσει τε δαπανηρὸς ὢν] Pulchra hic emendatio ex vet. cod. adhibita fuit voci πονηρὸς, reponendo videlicet δαπανηρός: quam emendationem et quae ſequuntur confirmant, γυναικὶ νέᾳ καὶ πολυτελεῖ συνοικῶν. Interpretes

κῶν, Ἰσάνδρου θυγατρὶ, τοῦ Ἐπιλύκου, χαλεπῶς ἔφερε τὴν τοῦ πατρὸς ἀκρίβειαν, γλίσχρα καὶ κατὰ μικρὸν αὐτῷ

ſamque duxerat, filiam Iſandri, filii Epilyci. Hunc patris offendit frugalitas, in ſuppeditanda minutatim pecunia reſtrictioris.

pretes tamen, nec antiqui exemplaris, nec coniecturae auxilio adiuti, mendoſam illam lectionem πονηρὸς ſecuti ſunt. Vnus enim ita vertit: *Siquidem maximus iuſtae ſtirpis Xanthippus filius, cum ſua ſponte erat prauus, tum vxorem iuuenem ſumtuoſamque duxerat. Hunc patris offendit frugalitas in ſuppeditanda minutatim pecunia reſtrictioris. Miſit itaque ad amicum quendam, a quo patris nomine nummos accepit mutuo.* Alter ſic: *Legitimorum enim ipſius filiorum natu maximus Xanthippus, ingenio prauo, maritus praeterea iuuenis ac prodigae vxoris, patris parſimoniam aegre ferens, tenuiter ei ſumtus et non confertim ſuppeditantis, miſit, qui ab amico quodam pecuniam quaſi iuſſu Periclis peteret.* At multo magis conueniet haec emendatam lectionem ſequens interpretatio: *Xanthippus tum natura ſumtuoſus, tum mulieris et iuuenis et profuſae maritus, miſit, qui pecuniam* etc. Nam quod pecuniam ab amico patris expiſcatur, et quidem tanquam nomine patris eam accipiens, hoc certe hominis δαπανηροῦ potius, quam πονηροῦ, eſt factum; quoniam quum homini δαπανηρῷ nullae pecuniae ſatis eſſe poſſint, non mirum eſt, ſi nouas ſubinde artes earum contrahendarum excogitet. Sed quae poſtea feciſſe traditur, homini πονηρῷ conueniunt, dicet quiſpiam. Quid tum? Non loquitur Plutarchus de eo, quod poſtea contigit, ſed de eo, quod fecit, vt hunc iuuenem ἀκρίβεια patris offenderet. Si enim δαπανηρὸς non fuiſſet, illam patris ἀκρίβειαν patienter fortaſſe tuliſſet. Libuit autem in huius lectionis explicatione immorari, tum vt oſtenderem, quam multa ſint, quae ſcriptoribus affingimus corrupta exemplaria ſequentes, (quemadmodum qui Demoſtheni paruum caput eſſe dicebat, quod in exemplar incidiſſet habens μικρὰ κεφαλὴ pro μιαρὰ κεφαλὴ) tum vero vt oſtenderem, me non niſi firma ratione nitentem hanc lectionem (ſicut nec aliam vllam, quoad fieri potuit) in locum alius repoſuiſſe. Obiter autem lectorem monebo et de alio quodam huius loci verbo, non quod emendatum id quoque in iſta editione fuerit, ſed quod ex iis ſit, quae Plutarchus ſibi peculiaria, aut certe cum paucis eorum, qui exſtant, auctorum communia, habere videri poteſt. Vocabulum illud eſt ἀκρίβεια, de parco homine dictum; cuius vocis hac in re ſignificationem haud ſcio an aſſequi

χορηγοῦντος. πέμψας οὖν πρός τινα τῶν φίλων, ἔλαβεν ἀργύριον, ὡς τοῦ Περικλέους κελεύσαντος. ἐκείνου δ' ὕστερον ἀπαιτοῦντος, ὁ μὲν Περικλῆς καὶ δίκην [88] αὐτῷ προσέλαχε· τὸ δὲ μειράκιον ὁ Ξάνθιππος ἐπὶ τούτῳ χαλεπῶς διατεθεὶς ἐλοιδόρει τὸν πατέρα, πρῶτον μὲν ἐκφέρων ἐπὶ

ctioris. Misit itaque ad amicum quendam, a quo patris nomine nummos accepit mutuo: quem, post quum repeteret suum, etiam in iudicium Pericles vocauit. Adolescens eo facto offensus Xanthippus, in patrem maledicta coniecit. Primum ad ludibrium extulit

Latina lingua possit. Interpretum vnus *frugalitatem*, alter *parsimoniam* reddidit: hic quidem rectius, quam ille, sed nec ipse tamen vocis Graecae vim assequens. Ego vero de ista significatione aliud dicere non possum, quam quod in Thesauro meo Graecae linguae scripsi, nimirum vtramque linguam eodem metaphorae genere in exprimendo homine tenaci vti, quoniam Latini eum, qui tenax est et parcus, attentum vel attentiorem ad rem esse dicunt. Qui autem ad aliquid attentus est, is certe est ἀκριβής, id est, faciens ἀκριβῶς (hoc est exacta diligentia) illud, ad quod est attentus. Quoniam autem qui ad rem est attentus, ἀκριβῶς (id est exacte) accepti et expensi rationes sibi reddi postulat, apte profecto ἀκρίβεια de tenacitate dicitur. Et quoniam in mentionem incidi vocabulorum Plutarcho peculiarium, (aut cum paucis communium, vti dixi) addam et aliud, quod quum vulgo hanc ipsam *peculiaris* significationem habeat, ab eo ita vsurpatur, vt vix absque periphrasi interpretatio illi adhiberi possit. Vocabulum, de quo loquor, est ἴδιος, in eo quidem certe vsu, quem habet supra in Themistocle; de illo enim ita scribit: ἴδιος δέ τις ἐν πᾶσι βουλόμενος εἶναι, χωρίον μὲν πιπράσκων, ἐκέλευε κηρύττειν, ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει, Quod enim vocabulum in Latina lingua reperies, (etiamsi omnes eius scriptores diligentissime excusseris) quo possit vno vnum hoc Graecum exprimi? Merito igitur ad periphrasin confugerunt interpretes: quorum vnus haec verba, ἴδιος δέ τι ἐν πᾶσι βουλόμενος εἶναι, ita vertit: *Quum omni in re facere aliquid vellet singulare:* alter autem ita: *Omnino autem omnibus in rebus aliquid peculiare affectabat.* Ego meam interpretationem his non addam, monuisse contentus, hoc etiam vocabulum ἴδιος in eo, quem hic habet, vsu esse in Plutarcho ἴδιον. *H. Steph.*

88 Καὶ δίκην] Forte καταδίκην, *poenam, mulctam.* καὶ et κατὰ saepissime confundi prius obseruaui, not. p. 6. sic pag. 402. ἔκ τινος καταδίκης.

89 Πεντά-

γέλωτι τὰς οἴκοι διατριβὰς αὐτοῦ, καὶ τοὺς λόγους, οὓς ἐποίει μετὰ τῶν σοφιστῶν. πεντάθλου γὰρ [89] ἵππον ἀκοντίῳ πατάξαντος Ἐπιτιμίου τοῦ Φαρσαλίου ἀκουσίως, καὶ κτείναντος, ἡμέραν ὅλην ἀναλῶσαι μετὰ Πρωταγόρου [90] διαποροῦντα, πότερον τὸ ἀκόντιον, ἢ τὸν βαλόντα [91], ἢ τοὺς ἀγωνοθέτας κατὰ τὸν ὀρθότατον λόγον αἰτίους χρὴ τοῦ πάθους ἡγεῖσθαι. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ τὴν περὶ τῆς γυναικὸς διαβολὴν ὑπὸ τοῦ Ξανθίππου φησὶν ὁ Στησίμβροτος εἰς τοὺς πολλοὺς διασπαρῆναι, καὶ ὅλως ἀνήκεστον ἄχρι τῆς τελευτῆς τῷ νεανίσκῳ πρὸς τὸν πατέρα παραμεῖναι τὴν διαφοράν. ἀπέθανε γὰρ ὁ Ξάνθιππος ἐν τῷ λοιμῷ νοσήσας. ἀπέβαλε δὲ καὶ τὴν ἀδελφὴν ὁ Περικλῆς τότε, καὶ τῶν κηδεστῶν καὶ φίλων τοὺς πλείστους καὶ χρησιμωτάτους

extulit domeſtica eius oblectamenta et ſermones, quos habebat cum ſophiſtis. Nam quum quinquertio equum Epitimius Pharſalius ictu iaculi interemiſſet imprudens, totum diem cum Protagora patrem triuiſſe, quaerendo, iaculumne, an qui miſiſſet, an vero agonothetae verius autores habendi eius caſus eſſent. Infamiam etiam a ſua ipſius vxore Steſimbrotus per Xanthippum memoriae prodidit vulgatam, atque omnino ſimultate adoleſcentem ad mortem vſque atroci patrem perſequutum fuiſſe: in peſtilentia enim Xanthippum ſuſtulit morbus. Eadem tempeſtate Pericles ſororem amiſit, praeterea propinquos et amicos pleroſque, quorum in repu-

89 Πεντάθλου γὰρ] In quibuſdam hic locus ita ſcriptus eſt: πεντάθλου γάρ τινος ἀκοντίῳ πατάξαντος Ἐπίτιμον τὸν Φαρσάλιον ἀκουσίως καὶ κατακτείναντος: ſed Ἐπιτίμιον praefero: de caeteris, niſi ex alio ſcriptore idem referente, iudicium ferri non poteſt; quum ex ſequentibus, vtrumne Epitimius ipſe, an equus eius occiſus fuerit, colligi non poſſit. *H. Steph.*

90 Πρωταγόρου] Hunc familiarem fuiſſe Pericli, alibi non memini legere. de Anaxagora abunde conſtat: temporis ratio tamen Protagoram non excludit: alioqui Ἀναξαγόρου legendum putarem. *Xyl.*

91 Ἢ τὸν βαλόντα] Legitur etiam ἢ τὸν βαλόντα μᾶλλον, quod μᾶλλον tamen non ad βαλόντα, ſed ad ἢ pertinet. Dictum enim fuerit, ſi hanc lectionem ſequamur, pro ἢ μᾶλλον τὸν βαλόντα. *H. Steph.*

πρὸς τὴν πολιτείαν. οὐ μὴν ἀπεῖπεν, οὐδὲ προὔδωκε τὸ φρόνημα καὶ τὸ μέγεθος τῆς ψυχῆς ὑπὸ τῶν συμφορῶν· ἀλλ' οὐδὲ κλαίων, οὐδὲ κηδεύων, οὐδὲ πρὸς τάφῳ τινὸς ὤφθη τῶν ἀναγκαίων, πρίν γε δὴ καὶ τὸν περίλοιπον αὐτοῦ τῶν γνησίων [92] ἀποβαλεῖν Πάραλον. ἐπὶ τούτῳ δὲ καμφθεὶς, ἐπειρᾶτο μὲν ἐγκαρτερεῖν τῷ ἤθει καὶ διαφυλάττειν τὸ μεγαλόψυχον· ἐπιφέρων δὲ τῷ νεκρῷ στέφανον, ἡττήθη τοῦ πάθους πρὸς τὴν ὄψιν, ὥστε κλαυθμόν τε ῥῆξαι, καὶ πλῆθος ἐκχέαι δακρύων, οὐδέποτε τοιοῦτον οὐδὲν [93] ἐν τῷ λοιπῷ βίῳ πεποιηκώς.

18. Ταῖς μὲν οὖν πύλαις ἐπέστησε τοὺς τὸν ἐκπίπτοντα καὶ προλείποντα τὴν πόλιν ὄχλον ἀπείρξοντας· πένθους δὲ καὶ τόπον καὶ χρόνον ὥρισε, κατ᾽ οἰκίαν ἀποθρηνεῖν κελεύσας ἐφ᾽ ἡμέρας τριάκοντα τὸν βουλόμενον· μετὰ δὲ ταύτας ἔδει πᾶν πένθος λύεσθαι, καὶ καθαρεύειν τῶν τοιούτων τὴν πόλιν· ἑορτῆς τε Δήμητρος εἰς τὰς ἡμέρας ἐκείνας καθηκούσης, βέλτιον ἐφάνη παραλιπεῖν ὅλως τάς τε θυσίας καὶ τὴν πομπὴν, ἢ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς ὀλιγότητι καὶ κατηφείᾳ τῶν συν-

rium et aram confugiens, ſalutem ſuam, et quod non vndequaque diſſiparetur, ſicut vrbe a Gallis oppreſſa factum erat, vnius acceptum ferebat conſiliis Fabii. Ille enim, qui, quum res apparerent ſecurae, timidus habebatur et puſillanimis, tunc omnibus immenſo luctu inanique oppreſſis trepidatione ſolus per vrbem placido incedebat gradu, vultuque intrepido et benigno alloquio planctus muliebres ſedabat, coetus arcebat eorum, qui ad communem luctum in publicum prorumpebant. Autor etiam fuit ſenatui conueniendi; magiſtratus, quorum in vno eo poſitum erat robur et opes, quemque reſpiciebant omnes, confirmauit.

Ad portas poſuit cuſtodes, qui prohiberent profugientem multitudinem egredi vrbe; luctus locum et ſpatium definiuit, domi lugere triginta dies quemque iubens, iis terminari omnem luctum et defungi ciuitatem. Quum ſacrum Cereris in eos dies incideret, placuit omnino intermitti ſacra pompamque, ne cladis magnitudinem paucitas et moeror argueret celebrantium

ερχομένων ἐλέγχεσθαι· καὶ γὰρ τὸ θεῖον ἥδεσθαι τιμώμενον ὑπὸ τῶν εὐτυχȣντων. ὅσα μέντοι πρὸς ἱλασμȣς Θεῶν, ἢ τεράτων ἀποτροπὰς συνηγόρευον οἱ μάντεις, ἐπράττετο. καὶ γὰρ εἰς Δελφȣς ἐπέμφθη θεοπρόπος Πίκτωρ [3] συγγενὴς Φαβίȣ, καὶ τῶν Ἑσιάδων παρθένων δύο διεφθαρμένας εὑρόντες, τὴν μὲν, ὥσπερ ἐςὶν ἔθος, ζῶσαν κατώρυξαν, ἡ δ' ὑφ' ἑαυτῆς ἀπέθανε. μάλιςα δ' ἄν τις ἠγάσατο [4] τὸ φρόνημα καὶ τὴν πρᾳότητα τῆς πόλεως, ὅτε τȣ̃ ὑπάτȣ Βάῤῥωνος ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐπανιόντος, ὡς ἄν τις αἴσχιςα καὶ δυσποτμότατα πεπραχὼς ἐπανίοι, ταπεινȣ̃ καὶ κατηφȣ̃ς, ἀπήντησεν αὐτῷ περὶ τὰς πύλας ἥ τε βȣλὴ καὶ τὸ πλῆθος ἅπαν, ἀσπαζόμενοι. οἱ δ' ἐν τέλει καὶ πρῶτοι τῆς γερȣσίας, ὧν καὶ Φάβιος ἦν, ἡσυχίας γενομένης, ἐπῄνεσαν, ὅτι τὴν πόλιν ȣ̓κ ἀπέγνω μετὰ δυςυχίαν τηλικαύτην, ἀλλὰ πάρεςιν ἄρξων ἐπὶ τὰ πράγματα, καὶ χρησόμενος τοῖς νόμοις καὶ τοῖς πολίταις, ὡς σώζεσθαι δυναμένοις.

19. Ἐπεὶ δ' Ἀννίβαν ἐπύθοντο μετὰ τὴν μάχην ἀποτετράφθαι πρὸς τὴν ἄλλην Ἰταλίαν, ἀναθαῤῥήσαν-

tium feſtum. Etenim fortuna vtentium ſecunda gratiorem diis cultum eſſe. Quae ad eos placandos et ad procuranda prodigia iuſſerant aruſpices, ſedulo exſequuti ſunt. Et Fabius Pictor, Maximi propinquus, Delphos legatus eſt ad oraculum: duae Veſtales ſtupri compertae, altera ſub terram viua de more defoſſa, altera ſibimet ipſa mortem conſciuit. Liceat autem ante omnia admirari ciuitatis magnanimitatem et lenitatem, quod conſuli Varroni ex fuga redeunti, vt qui foediſſime et infeliciſſime rebus geſtis reuertebatur, humili et abiecto obuiam itum ad portam honoris cauſa a ſenatu et vniuerſo populo ſit. Magiſtratus et principes ſenatus, in quibus erat Fabius, ſilentio facto, laudarunt eum, quod de republica a clade tanta non deſperauiſſet, ſed adeſſet ad curam eius ſuſcipiendam, et ad vtendum legibus ciuibusque, vt nondum deploratis.

Annibalem vt nuntiatum eſt ad alias Italiae partes a pugna diuertiſſe, reſumtis animis, duces cum legionibus

3 Πιάτωρ Vulcob. e Iuntina. 4 ἠγήσατο Iuntina.

τες ἐξέπεμπον ἡγεμόνας καὶ στρατεύματα. τούτων δ' ἐπιφανέστατοι, Φάβιός τε Μάξιμος, καὶ Κλαύδιος Μάρκελλος ἦσαν, ἀπὸ τῆς ἐναντίας σχεδὸν προαιρέσεως θαυμαζόμενοι παραπλησίως. ὁ μὲν γὰρ, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ αὐτοῦ γεγραμμένοις εἴρηται, περιλαμπὲς τὸ δραστήριον ἔχων καὶ γαῦρον, ἅτε δὴ καὶ κατὰ χεῖρα πλήκτης ἀνὴρ καὶ φύσει τοιοῦτος ὢν, οἵους Ὅμηρος μάλιστα καλεῖ φιλοπτολέμους [5] καὶ ἀγερώχους [6], ἐν τῷ παραβόλῳ καὶ ἰταμῷ καὶ πρὸς ἄνδρα τολμηρὸν τὸν Ἀννίβαν ἀντιτολμῶντι [τῷ] τρόπῳ τοῦ [7] πολέμου συνίστατο τοὺς πρώτους ἀγῶνας· Φάβιος δὲ, τῶν πρώτων ἐχόμενος λογισμῶν ἐκείνων, ἤλπιζε μηδενὸς μαχομένου, μηδ' ἐρεθίζοντος τὸν Ἀννίβαν, αὐτὸν ἐπηρεάσειν ἑαυτῷ, καὶ κατατριβήσεσθαι περὶ τὸν πόλεμον, ὥσπερ ἀθλητικὰ σώματα, τῆς δυνάμεως ὑπερτόνου γενομένης καὶ καταπόνου, τάχιστα τὴν ἀκμὴν ἀποβάλλοντα [8]. διὸ τοῦτον μὲν ὁ Ποσειδώνιός φησι θυρεὸν, τὸν

nibus dimittunt. Clariſſimi horum Fabius Maximus et Claudius Marcellus ex contrariis propemodum inſtitutis in pari erant laude. In hoc enim (vt in vita eius demonſtrauimus) ſtrenuitas eminebat et alacritas, quum et manu fortis, et ingenio eſſet talis, quales Homerus praecipue φιλοπτολέμους et ἀγερώχους, id eſt bellaces et feroces, vocat. Itaque intrepide et ferociter, et adverſus hominem proiecta audacia Annibalem, parem ad bellum adferens audaciam prima certamina aggreſſus eſt. Fabius priſtinis ſuis inſiſtens conſiliis, ſpem conceperat, ſi nemo illi inſtaret vel irritaret, fore, vt ſemetipſe attereret et elangueſceret bello, ſicut athleticum corpus, vbi vires nimium confectae ſunt et fatiſcunt, ocyſſime amiſſurus vigorem. Quamobrem refert Poſidonius, ſcutum hunc a Roma-

5 φιλοπολέμους Bodl. 3.

6 ἀγερώχους] Frequens apud Homerum epitheton: vt Iliad. ρ. — Ῥοδίων ἀγερώχων. et in decimo: Μυσοί τ' ἀγέρωχοι. Ibi Scholiaſtes: ἀγέρωχοι, αὐθάδεις, θρασεῖς. ἔστι δὲ ὅτε δηλοῖ ἡ λέξις τοὺς ἄγαν ἀνδρείους, καὶ ἐντίμους· παρὰ τὸ ἄγαν αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ γέρως ὀχεῖσθαι. quod ipſum inter alias explicationes etiam Euſtathius recepit. Id ſecutus ſum, vt huc maxime quadrans. Eſt et apud Ioannem Zezem in Alpha Chil. IX. 257.

7 τοῦ deeſt Iuntinae et Ald.

8 ἀποβαλόντα Vulcob.

9 γενναιό-

δὲ Μάρκελλον, ξίφος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων καλεῖσθαι· κιρναμένην δὲ τὴν Φαβίου βεβαιότητα [9] καὶ ἀσφάλειαν τῇ Μαρκέλλου συνηθείᾳ σωτήριον γενέσθαι τοῖς Ῥωμαίοις. ὁ δ' Ἀννίβας τῷ μὲν ὡς ῥέοντι σφόδρα ποταμῷ πολλάκις ἀπαντῶν, ὑπεσείετο [10] καὶ παρερρήγνυέτο τὴν δύναμιν· ὑφ' οὗ δὲ καὶ κατὰ μικρὸν ὑπορρέοντος ἀψοφητὶ καὶ παρεμπίπτοντος ἐνδελεχῶς, ὑπερειπόμενος καὶ δαπανώμενος ἐλάνθανε. καὶ τελευτῶν εἰς ἀπορίαν κατέστη τοσαύτην, ὥστε Μαρκέλλῳ μὲν ἀποκαμεῖν μαχόμενον, Φάβιον δὲ φοβεῖσθαι μὴ μαχόμενον. τὸ γὰρ πλεῖστον, ὡς εἰπεῖν, τοῦ χρόνου τούτοις διεπολέμησεν ἢ στρατηγοῖς, ἢ ἀνθυπάτοις, ἢ ὑπάτοις ἀποδεικνυμένοις. ἑκάτερος γὰρ αὐτῶν πεντάκις ὑπάτευσεν. ἀλλὰ Μάρκελλον μὲν, ὑπατεύοντα τὸ πέμπτον, ἐνέδρᾳ περιβαλὼν, ἔκτεινε· Φαβίῳ δὲ πᾶσαν ἀπάτην καὶ διάπειραν ἐπάγων πολλάκις, οὐδὲν ἐπέραινε, πλὴν ἅπαξ ὀλίγου [11] παρακρουσάμενος ἔσφηλε τὸν ἄνδρα. συνθεὶς γὰρ ἐπιστολὰς παρὰ τῶν ἐν Μεταποντίῳ δυνατῶν καὶ πρώτων, ἔπεμψε πρὸς τὸν Φάβιον, ὡς τῆς πόλεως ἐνδοθησομένης, εἰ παραγένοιτο, καὶ

a Romanis, Marcellum enſem vocatum, temperatamque cum Marcelli moribus ſtabilitatem et maturitatem Fabii, fuiſſe populo Romano ſalutarem. Itaque huic ſe Annibal, ſicut rapido amni, ſaepe obiiciens propellebatur, atterebatque copias ſuas; ab altero vel languide et paulatim ſubterfluente et interlabente aſſidue imprudens abluebatur, carpebaturque. Hinc in eam adductus perplexitatem eſt, vt Marcellus eum pugnando fatigaret, Fabius vero non pugnando terreret. Atque cum his duobus fere, vel praetoribus, vel conſulibus, vel proconſulibus, bellum geſſit: fuit enim vterque horum quinquies conſul. Verum Marcellum in quinto conſulatu circumuentum inſidiis occidit: Fabio luſit operam ſaepius omnes dolos et technas machinatus, ſemel duntaxat eum in leuem induxit errorem. Miſit ad Fabium cum literis fictis nobilium et principum Metapontinorum, ſi acceſſiſſet, vrbem prodituros, eoſque, qui hoc conſilii cepiſſent, dum

9 γενναιότητα Bodl. 3.
10 ἐσείετο idem.
11 ὀλίγου Vulcob. Anonym. Bodl. 3. vulg. ὀλίγον.

12 τὰς

τῶν τοῦτο πραττόντων ἐκεῖνον ἐλθεῖν καὶ Φανῆναι πλησίον ἀναμενόντων. ταῦτ' ἐκίνησε τὸν Φάβιον τὰ γράμματα, καὶ λαβὼν μέρος τι τῆς στρατιᾶς, ἔμελλεν ὁρμήσειν διὰ νυκτός. εἶτα χρησάμενος ὄρνισιν οὐκ αἰσίοις, ἀπετράπη, καὶ μετὰ μικρὸν ἐπεγνώσθη τὰ γράμματα πρὸς αὐτὸν ὑπ' Ἀννίβου δόλῳ συντεθέντα, κἀκεῖνος ἐνεδρεύων αὐτὸν ὑπὸ τὴν πόλιν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄν τις εὐνοίᾳ Θεῶν ἀναθείη.

20. Τὰς δ' ἀποστάσεις τῶν πόλεων [12] καὶ τὰ κινήματα τῶν συμμάχων ὁ Φάβιος μᾶλλον ᾤετο δεῖν ἠπίως ὁμιλοῦντα καὶ πρᾴως, ἀνείργειν καὶ δυσωπεῖν, μὴ πᾶσαν ὑπόνοιαν ἐλέγχοντα, καὶ χαλεπὸν ὄντα παντάπασι [13] τοῖς ὑπόπτοις. λέγεται γὰρ, ὅτι στρατιώτην ἄνδρα Μάρσον, ἀνδρείᾳ καὶ γένει τῶν συμμάχων πρῶτον, αἰσθόμενος διειλεγμένον τισὶ τῶν ἐν τῷ στρατοπέδῳ [14] περὶ ἀποστάσεως, οὐ διηρέθισεν, ἀλλ' ὁμολογήσας ἠμελῆσθαι παρ' ἀξίαν αὐτὸν, νῦν μὲν ἔφη τοὺς ἡγεμόνας αἰτιᾶσθαι, πρὸς χάριν μᾶλλον, ἢ πρὸς ἀρετὴν, τὰς τιμὰς

dum ille mouiſſet propius, exſpectaturos. His motus literis cum parte copiarum conſtituit Fabius nocte illuc proficiſci: verum auſpicanti quum aues non addixiſſent, mutauit ſententiam; nec multo poſt intellexit ſcriptas ad ſe fraude Annibalis literas, locatasque ab eo prope illam vrbem inſidias. Verum haec deorum benignitati adſcribas fortaſſe.

Defectiones ciuitatum, nouaſque res ſocios molientes, blande agendo cenſebat et comitate prohibendos atque flectendos, non quauis excutienda ſuſpicione, neque ſaeuitia aduerſus ſuſpectos exercenda. Dicitur Fabius, quum militem quendam Marſum animaduertiſſet, acrem virum et nobilem inter primos ſociorum, milites nonnullos ad tranſeundum ſolicitaſſe, non exacerbaviſſe eum, ſed neglectum immerito faſſus, nunc quidem, dixiſſe, duces incuſo, qui magis pro ſuo ſtudio honores habent, quam pro virtutis merito.

12 τὰς δ' ἀποστάσεις τῶν πόλεων, etc.] De Fabii lenitate in corrigendis delictis, Valer. Max. lib. VII. cap. 3. *Cruſer.*

13 Παντάπασι τοῖς] Malim πᾶσι τοῖς.

14 τῶν στρατοπέδων Bodl. 3.

15 ἀχράσι]

νέμοντας· ὕστερον δ' ἐκεῖνον αἰτιάσεσθαι μὴ φράζοντα, μηδ' ἐντυγχάνοντα πρὸς αὐτὸν, εἴ τ8 δέοιτο. καὶ ταῦτ' εἰπὼν, ἵππον τε πολεμιστὴν ἐδωρήσατο, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀριστείοις ἐκόσμησεν, ὥστε πιστότατον ἐξ ἐκείνȣ καὶ προθυμότατον εἶναι τὸν ἄνδρα. δεινὸν γὰρ ἡγεῖτο, τὰς μὲν ἱππικὰς καὶ κυνηγετικὰς, ἐπιμελείᾳ καὶ συνηθείᾳ καὶ τροφῇ μᾶλλον, ἢ μάστιξι καὶ κλοιοῖς τὴν χαλεπότητα τῶν ζώων καὶ τὸ θυμȣ̈μενον καὶ τὸ δυσκολαῖνον ἐξαιρεῖν· τὸν δ' ἀνθρώπων ἄρχοντα μὴ τὸ πλεῖστον ἐν χάριτι καὶ πρᾳότητι τῆς ἐπανορθώσεως τίθεσθαι, σκληρότερον δὲ προσφέρεσθαι καὶ βιαιότερον ἤπερ οἱ γεωργȣ̈ντες ἐρινεοῖς καὶ ἀχράσι [15] καὶ κοτίνοις προσφέρονται, τὰ μὲν εἰς ἐλαίας, τὰ δ' εἰς ἀπίȣς, τὰ δ' εἰς συκᾶς ἐξημερȣ̈ντες καὶ τιθασσεύοντες. ἕτερον τοίνυν τῷ γένει Λευκανὸν ἄνδρα προσήγγειλαν οἱ λοχαγοὶ ῥεμβόμενον ἀπὸ τȣ̃ στρατοπέδȣ, καὶ τὴν τάξιν ἐκλείποντα πολλάκις. ὁ δ' ἠρώτησε, τἄλλα ποῖόν τινα τὸν ἄνθρωπον εἰδεῖεν ὄντα. μαρτυρȣ́ντων δὲ πάντων, ὅτι ῥᾳδίως ἕτερος ȣ̓κ εἴη στρατιώτης τοιȣ̃τος, ἅμα τ' αὐτȣ̃ τινὰς ἀνδραγαθίας ἐπιφανεῖς καὶ πράξεις λεγόντων, αἰτίαν τῆς ἀταξίας ζη-

merito. Posthac si qua tibi re erit opus, nisi me alloquaris et appelles, te insimulabo. Sub his dictis equum eximium donat et aliis eum decorat praemiis. Hinc fidelissimum eum et promtissimum habuit. Turpe enim ducebat, si, quum equitandi et venandi studiosi, cura et assuetudine et educatione malint, quam flagellis et catenis saeuitiam bestiarum ferociamque et contumaciam domare; hominibus qui praesit, is non studeat beneuolentia et lenitate potissimum eos corrigere, sed asperius tractet et durius, quam caprificos, piros syluestres, oleastros agricolae, quos in ficus, piros, oleas cicurant mansuefaciuntque. Alium natione Lucanum manipulares detulerunt, extra castra vagari et signa saepe relinquere. Fabius, qualisnam alias esset, rogauit. Quum omnes confirmarent, nemini militum secundum esse, simulque eximia quaedam eius decora atque facta commemorarent: causam vbi eius absentiae

15 ἀχράσι] ἀχρὰς est piraster, cui opponitur ἄπιος, pirus, hoc loco, vt et alias, et apud Stephanum in Ἀπία. Amiotus Guarini errorem secutus est, qui *malum* male vertit. *Xyl.*

16 Τὴν

τῶν, εὗρεν ἔρωτι παιδίσκης κατεχόμενον τὸν ἄνδρα, καὶ κινδυνεύοντα μακρὰς ὁδοὺς ἑκάστοτε φοιτῶντα πρὸς ἐκείνην ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου. πέμψας οὖν τινὰς ἀγνοοῦντος αὐτοῦ, καὶ συλλαβὼν τὸ γύναιον, ἔκρυψεν ἐν τῇ σκηνῇ, καὶ καλέσας τὸν Λευκανὸν ἰδίᾳ πρὸς αὐτόν· Οὐ λέληθας, ἔφη, παρὰ τὰ τῶν Ῥωμαίων πάτρια καὶ τοὺς νόμους ἀπονυκτερεύων τοῦ στρατοπέδου πολλάκις. ἀλλ' οὐδὲ χρηστὸς ὢν πρότερον ἐλελήθεις. τὰ μὲν οὖν ἡμαρτημένα σοὶ λελύσθω τοῖς ἠνδραγαθημένοις, τὸ δὲ λοιπὸν, ἐφ' ἑτέρῳ ποιήσομαι τὴν φρουράν. θαυμάζοντος δὲ τοῦ στρατιώτου, προαγαγὼν τὴν ἄνθρωπον ἐνεχείρισεν αὐτῷ, καὶ εἶπεν· Αὕτη μὲν ἐγγυᾶταί σε μενεῖν ἐν τῷ στρατοπέδῳ μεθ' ἡμῶν· σὺ δ' ἔργῳ δείξεις, εἰ μὴ δι' ἄλλην τινὰ μοχθηρίαν ἀπέλιπες, ὁ δ' ἔρως καὶ αὕτη, πρόφασις ἦν λεγομένη. ταῦτα μὲν περὶ τούτων ἱστοροῦσι.

21. Τὴν δὲ Ταραντίνων πόλιν ἔσχεν [16] ἑαλωκυῖαν ἐκ προδοσίας τὸν τρόπον τοῦτον. ἐστρατεύετο παρ' αὐτῷ νεανίας Ταραντῖνος ἔχων ἀδελφὴν εἰς Τάραντα, πιστῶς

abſentiae perquiſiuit, amore mulierculae inuenit captum, et illius fruendae gratia longum quotidie iter et periculorum plenum a caſtris commeare. Mittit igitur certos clam milite, a quibus attractam puellam in tentorio ſuo occuluit. Lucario inde remotis arbitris acceríito: Non me fefellit, inquit, contra diſciplinam militarem te et contra leges Romanas crebro extra caſtra pernoctaſſe, nec vero etiam virtutes ignoraui tuas. Factis itaque tuis ſtrenuis, quam commiſiſti, condonabo fraudem: poſthac alteri mandabo tui cuſtodiam. Stupente milite, producit mulierem, atque ei tradit, additque: Haec ſpondet te in caſtris nobiſcum manſurum, tu vero re oſtendes, num quod aliud ob facinus caſtra deſerueris, cuius cauſae amorem et hanc praetexueris. Ad hunc modum proditum de his memoriae eſt.

Tarento hac ratione potitus eſt, quae capta vrbs proditione fuit. In exercitu eius adoleſcens merebat Tarentinus, in quem ſororis, quae commorabatur Tarenti, ſumma fides

16 Τὴν δὲ Ταραντίνων πόλιν ἔσχεν etc.] Docet et Liuius, quomodo Tarentum receperit Dec. III. lib. VII. *Cruſer.*

17 Οἰομέ-

πάνυ καὶ φιλοςόργως διακειμένην πρὸς αὐτόν. ἤρα δὲ ταύτης ἀνὴρ Βρέττιος τῶν τεταγμένων ὑπ᾽ Ἀννίβȣ τὴν πόλιν φρȣρεῖν ἐφ᾽ ἡγεμονίᾳ. τȣ̃το πράξεως ἐλπίδα τῷ Ταραντίνῳ παρέσχε, καὶ τȣ̃ Φαβίȣ συνειδότος εἰς τὴν πόλιν ἀφείθη, λόγῳ δ᾽ ἀποδεδράκει πρὸς τὴν ἀδελφήν. αἱ μὲν ȣ̓̃ν πρῶται τῶν ἡμερῶν ἦσαν, καὶ καθ᾽ ἑαυτὸν ὁ Βρέττιος ἀνεπαύετο, λανθάνειν τὸν ἀδελφὸν οἰομένης [17] ἐκείνης. ἔπειτα λέγει πρὸς αὐτὴν ὁ νεανίας· Καὶ μὴν ἐκεῖ λόγος ἐφοίτα πολὺς ἀνδρί σε τῶν δυνατῶν [18] καὶ μεγάλων συνεῖναι. τίς ȣ̓̃τός ἐςιν; εἰ γὰρ εὐδόκιμός τις, ὥς φασιν, ἀρετῇ καὶ λαμπρὸς, ἐλάχιςα φροντίζει γένȣς ὁ πάντα συμμιγνὺς πόλεμος. αἰσχρὸν δὲ μετ᾽ ἀνάγκης ȣ̓δὲν, ἀλλ᾽ εὐτυχία τις, ἐν καιρῷ τὸ δίκαιον ἀσθενὲς ἔχοντι, πρᾳοτάτῳ χρήσασθαι τῷ βιαζομένῳ. Ἐκ τȣ́τȣ μεταπέμπεται μὲν ἡ γυνὴ τὸν Βρέττιον, καὶ γνωρίζει τὸν ἀδελφὸν αὐτῷ. ταχὺ δὲ συμπράττων τὴν ἐπιθυμίαν ἐκεῖνος, καὶ μᾶλλον, ἢ πρότερον, εὔνȣν καὶ χειροήθη τῷ βαρβάρῳ δοκῶν παρέχειν τὴν ἀδελφὴν, ἔσχε πιςῶς, ὥςε μὴ χαλεπῶς

fides et pietas exſtabat. Eius amore Brutius quidam, praeſidii, quod Tarento Annibal impoſuerat, praefectus, deperibat, vnde ſpem concepit Tarentinus rei conficiendae. Itaque re cum Fabio communicata, in vrbem ad ſororem contulit ſe ſub praetextu transfugae. Primum Brutius, quod ignorare de ſe fratrem illa exiſtimaret, continuit ſe a muliere. Poſt iniicit apud eam iuuenis ſermonem: Enimuero ferebatur, inquit, vulgo conſuetudine te frui potentis viri et magni: quiſnam ille eſt? Si enim praeſtans virtute (vt fertur) et inſignis vir eſt, nihil moratur, qui vniverſa miſcuit, Mars cuias ſit. Nihil in neceſſitate probroſum: immo felicitas eſt quaedam, ſi, quo tempore parum in iure praeſidii eſt, ex ipſa vi trahere queas lenitatem. Inde Brutium accerſit mulier, eique fratrem conciliat. Mox adiutor hic in amore, quum magis, quam ante, facilem illi et tractabilem videretur praeſtare ſororem, ita eum deuinxit ſibi, vt non difficulter

mercenarii

17 οἰομένης] Legitur etiam οἰόμενος: quod reponendum cenſeo. *H. Steph.*

18 τῶν δυναςῶν Vulcob.

19 Βρεττȣ.

ἐρῶντος ἀνθρώπȣ μισθοφόρȣ μεταςῆσαι διάνοιαν ἐπ' ἐλπίσι δωρεῶν μεγάλων, ἃς ἐπηγγέλλετο παρέξειν αὐτῷ τὸν Φάβιον. ταῦτα μὲν ȣ̓͂ν οἱ πλεῖςοι γράφȣσι περὶ τȣ́των, ἔνιοι δὲ τὴν ἄνθρωπον, ὑφ' ἧς ὁ Βρέττιος μετήχθη, φασὶν ȣ̓ Ταραντίνην, ἀλλὰ Βρεττίαν τὸ γένος ȣ̓͂σαν, τῷ δὲ Φαβίῳ παλλακευομένην, ὡς ᾔσθετο πολίτην καὶ γνώριμον ὄντα τὸν τῶν Βρεττίων ἄρχοντα τότε, Φαβίῳ φράσαι, καὶ συνελθȣ̃σαν εἰς λόγȣς ὑπὸ τὸ τεῖχος, ἐκπεῖσαι καὶ κατεργάσασθαι τὸν ἄνθρωπον.

22. Πραττομένων δὲ τȣ́των, ὁ Φάβιος περισπάσαι τὸν Ἀννίβαν τεχνάζων, ἐπέςειλε τοῖς ἐν Ῥηγίῳ ςρατιώταις τὴν Βρεττίαν [19] καταδραμεῖν, καὶ Καυλωνίαν ἐξελεῖν κατὰ κράτος ςρατοπεδεύσαντας ὀκτακισχιλίȣς ὄντας, αὐτομόλȣς δὲ τȣ̀ς πολλȣ̀ς, καὶ τῶν ἐκ Σικελίας ὑπὸ Μαρκέλλȣ κεκομισμένων [20] ἀτίμων [21] τȣ̀ς ἀχρηςοτάτȣς,

mercenarii viri mulierculam amantis animum magnorum ſpe praemiorum, quae Fabium oſtendit donaturum, perpelleret ad proditionem. Ita fere tradunt haec hiſtorici. Alii, mulierem, a qua fuit ad proditionem tractus Brutius, non Tarento, ſed ex Brutiis tradunt oriundam. Eam, quum Fabii concubina eſſet, vbi popularem eſſe et familiarem reſciuit Brutiorum praefectum, re ad Fabium relata, congreſſam ſub moenibus induxiſſe hominem et corrupiſſe.

Dum haec parantur, Annibalem diſtinere Fabius moliens, mandat per literas militibus, qui Rhegii in praeſidio erant vt Brutiorum agrum depopularentur, et Cauloniam obſiderent ſummaque vi oppugnarent. Erant octo millia hominum, perfugae magna ex parte, et eorum, qui deportati ex Sicilia, a Marcello fuerant ignominioſa militia notati, ignauiſſimi, quorum

19 Βρεττανίαν Vulcob.

20 Κεκοσμημένων] Omnes habent κεκομισμένων. [ita etiam Bodl. 3.]

21 Ἀτίμων] Quia hoc ſequitur κεκομισμένων ſine copula, ſuſpicionem iniecit Meziriaco legendum eſſe Ἀγαθυρναίων, vel Ἀγαθυρνίτων, ab Agathyrno Siciliae oppido, vnde milites iſti Italiam tranſuecti ſunt: ſed duriuſculum videtur ita vocare tanquam gentili nomine, inconditam illam multitudinem, (Liuii ſunt verba, l. 26.) qui ex omni colluuione exules erant. [ἀτίμως Vulcob.]

22 Ἀπολ-

καὶ μετ' ἐλαχίστης τῇ πόλει λύπης καὶ βλάβης ἀπολλυμένες [22]. ἤλπιζε γὰρ, τέτες προέμενος τῷ Ἀννίβα καὶ δελεάσας, ἀπάξειν αὐτὸν ἀπὸ τȣ̃ Τάραντος. ὃ καὶ συνέβαινεν. εὐθὺς γὰρ ἐκεῖ διώκων ὁ Ἀννίβας ἐῤῥύη μετὰ τῆς δυνάμεως. ἡμέρα δ' ἕκτῃ τὰς Ταραντίνες τȣ̃ Φαβίȣ περιστρατοπεδεύσαντος, ὁ προδιειλεγμένος [23] τῷ Βρεττίῳ μετὰ τῆς ἀδελφῆς νεανίσκος ἧκε νύκτωρ πρὸς αὐτὸν, εἰδὼς ἀκριβῶς καὶ καθεωρακὼς τὸν τόπον, ἐφ' ȣ̃ παραφυλάττων ὁ Βρέττιος ἔμελλεν ἐνδώσειν καὶ παρήσειν [24] τοῖς προσβάλλȣσιν. ȣ̉ μὴν ἁπλῶς γε τῆς προδοσίας ἐξήρτησεν ὁ Φάβιος τὴν πρᾶξιν, ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐκεῖσε παρελθὼν ἡσυχίαν ἦγεν, ἡ δ' ἄλλη στρατιὰ προσέβαλλε τοῖς τείχεσιν ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης, ἅμα ποιȣ̃σα πολλὴν κραυγὴν καὶ θόρυβον· ἄχρις ȣ̃ τῶν πλείστων Ταραντίνων ἐκεῖ βοηθȣ́ντων καὶ συμφερομένων τοῖς τειχομαχȣ̃σιν, ἐσήμηνε

quorum iactura minime luctuosa vel damnosa reipublicae foret. Existimauit enim, hanc obiectam sicut escam, a Tarento Annibalem (id quod euenit) abstracturam. Quippe statim captans eam Annibal, mouit eo cum copiis. Sexto autem die, quam obsidere Tarentum Fabius coepit, iuuenis, qui ante cum Brutio rem, adhibita sorore, composuerat, venit ad eum noctu, diligenter considerato et explorato loco, vbi in statione Brutius positus locum daturus aggredientibus, ac recepturus eos erat. Non in totum tamen fretus consul proditione hac est rem aggressus, sed ipse eo profectus silentio continuit suos. Reliquae copiae pariter terra marique adortae moenia sunt, simul clamor ingens cum tumultu sublatus; quoad plerisque Tarentinis ad subsidium ferendum eo concurrentibus, manusque cum iis, qui vrbem oppugnabant, conse-

22 Ἀπολλυμένες] Forte ἀπολȣμένȣς.

23 Προδιειλεγμένος] Sic edidi autoritate fretus Steph. et Bodl. 3. pro mendoso προδιηλεγμένος. [H. Stephani annotatio haec est: stare non posse hanc lectionem προδιηλεγμένος, manifestum est. Si προδιειλεγμένος reponatur, erit pro προδιαλελεγμένος, et sonabit *ante collocutus*. Vnus interpretum ita vertit: *Iuuenis, qui ante Brutio rem adhibita sorore composuerat.* Alter: *Iuuenis, quem sororis interuentu rem cum Brutiorum praefecto composuisse diximus.*]

24 προήσειν Bodl. 3.

τῷ φαβίῳ τὸν καιρὸν ὁ Βρέττιος, καὶ διὰ κλιμάκων ἀναβὰς ἐκράτησε τῆς πόλεως. ἐνταῦθα μέντοι δοκεῖ φιλοτιμίας ἥττων γενέσθαι· τοὺς γὰρ Βρεττίους πρώτους ἀποσφάττειν ἐκέλευσεν, ὡς μὴ προδοσίᾳ τὴν πόλιν ἔχων φανερὸς γένοιτο. καὶ ταύτης τε διήμαρτε τῆς δόξης, καὶ διαβολὴν ἀπιστίας προσέλαβε καὶ ὠμότητος. ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ τῶν Ταραντίνων· οἱ δὲ πραθέντες, ἐγένοντο τρισμύριοι, καὶ τὴν πόλιν ἡ στρατιὰ διήρπασεν· ἀνηνέχθη δ' εἰς τὸ δημόσιον τρισχίλια τάλαντα. πάντων δὲ τῶν ἄλλων ἀγομένων καὶ φερομένων, λέγεται τὸν γραμματέα πυθέσθαι τοῦ Φαβίου περὶ τῶν Θεῶν τι κελεύει, τὰς γραφὰς οὕτω προσαγορεύσαντα καὶ τοὺς ἀνδριάντας· τὸν οὖν Φάβιον εἰπεῖν· Ἀπολείπωμεν τοὺς Θεοὺς Ταραντίνοις κεχολωμένους. οὐ μὴν ἀλλὰ τὸν κολοσσὸν τοῦ Ἡρακλέους μετακομίσας ἐκ Τάραντος, ἔστησεν ἐν Καπιτωλίῳ, καὶ πλησίον ἔφιππον εἰκόνα χαλκῆν ἑαυτοῦ· πολὺ Μαρκέλλου φανεὶς ἀτοπώτερος [25] περὶ ταῦτα, μᾶλλον δ' ὅλως ἐκεῖνον ἄνδρα πρᾳότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ θαυμαστὸν ἀποδείξας, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται.

conſerentibus, quum ſignum accepiſſet a Brutio aggrediendi, Fabius cepit ſcalis vrbem. Caeterum non videtur hic crimine vacaſſe ambitionis: nam ad famam exſtinguendam, ne proditione captum Tarentum videretur, ante omnes Brutios trucidari imperauit. Caeterum eum cum haec fruſtrata eſt gloria, tum perfidiae nota et crudelitatis inſuper adſperſus eſt. Multi praeterea caeſi ſunt Tarentini, ſub haſta vendita triginta millia. Vrbem exercitus diripuit: in aerarium relata talenta tria millia. Quum agerentur omnia ferrenturque, traditur interroganti ſcribae, quid fieri de diis vellet, tabulas et ſigna ſignificanti, reſpondiſſe Fabius: deos iratos Tarentinis relinquamus. Herculis tamen ſignum ingentis magnitudinis Tarento auectum poſuit in Capitolio, iuxtaque ſtatuam equeſtrem ſuam ex aere. Atque in his quidem longe videtur rudiori ingenio fuiſſe, quam Marcellus, immo vero effecit, vt illius viri facilitas et humanitas mirabilior videretur, vt in eius vita oſtendimus.

Anni-

25 πολὺ Μαρκέλλου φανεὶς ἀτοπώτερος etc.] Contra de his Liuius. *Cruſer.*

26 ἀπεβάλ-

23. Ἀννίβαν δὲ λέγεται διώκοντα τεσσαράκοντα μόνοις ἀπολειφθῆναι σαδίοις, καὶ φανερῶς μὲν εἰπεῖν· Ἦν ἄρα καὶ Ῥωμαίοις Ἀννίβας τις ἕτερος· ἀπεβάλομεν [26] γὰρ τὴν Ταραντίνων πόλιν, ὥσπερ ἐλάβομεν [27]. ἰδίᾳ δὲ τὸ πρῶτον αὐτῷ παραςῆναι πρὸς τὰς φίλους εἰπεῖν, ὡς πάλαι μὲν ἑώρα χαλεπὸν αὐτοῖς, νῦν δ' ἀδύνατον, κρατεῖν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων Ἰταλίας. τοῦτον δεύτερον θρίαμβον ἐθριάμβευσε λαμπρότερον τοῦ προτέρου Φάβιος, ὥσπερ ἀθλητὴς ἀγαθὸς ἐπαγωνιζόμενος τῷ Ἀννίβᾳ, καὶ ῥαδίως ἀπολυόμενος αὐτοῦ τὰς πράξεις, ὥσπερ ἅμματα καὶ λαβὰς οὐκέτι τὸν αὐτὸν ἐχούσας τόνον. ἡ μὲν γὰρ ἀνεῖτο τῆς δυνάμεως αὐτῷ διὰ τρυφὴν καὶ πλοῦτον, ἡ δ' ὥσπερ ἐξήμβλυντο [28] καὶ κατατέτριπτο τοῖς ἀλωφήτοις ἀγῶσιν. ἦν δὲ Μάρκος [29] Λίβιος [30], οὗ τὸν Τάραντα

Annibalem ferunt raptim agmine facto quadraginta tantum ſtadiis tum a Tarento abſuiſſe, ac propalam dixiſſe: Et Romani ſuum Annibalem habent: eadem, qua ceperamus, arte Tarentum amiſimus. Confiteri vero priuatim apud amicos tum primum ſuſtinuit, iampridem graue ipſis fore ſe animaduertiſſe, nunc vero impoſſibile, vt praeſentibus ſubſidiis doment Italiam. Fabius iterum triumphauit, ſed maiore, quam ante, gloria: quod cum Annibale vt ſtrenuus athleta decertaret, eiuſque conatus tanquam nodos anſaſque minus iam firmas facile reſolueret. Partim enim remiſſus vigor exercitus eius luxu et opulentia fuerat, partim aſſiduis proeliis quaſi retuſus attrituſque. M. Liuius, quo praefecto

26 ἀπεβάλλομεν dat Iuntina.

27 Ὥσπερ ἐλάβομεν] Omnino legendum, ὡς παρελάβομεν: vt infra, de eadem re, οὐκ ἂν ἐγὼ παρέλαβον: et in Pyrrho, p. 447. ἀποβαλὼν Μακεδονίαν, ᾧ τρόπῳ παρέλαβεν. vide not. p. 345.

28 ἐξήμβλωτο, vel ἐξήμβλυτο Vulcob. ἐξήμβλυντο Bodl. 3.

29 Μάρκιος dat Iuntina.

30 Μάρκιος Λεύκιος] Viderunt omnes, ſcribendum eſſe Λιούϊος, ſiue Λίβιος: et ſic Plutarchus ipſe Apophth. p. 345. [Xylander ad hunc locum ita annotat: Λεύκιος eſt in Graeco, *Lucius:* quod quum ſit praenomen, quis non videat mendum eſſe? Sed M. Liuius Salinator hic indicatur. Eſtque haec res non ex hiſtoricis modo, ſed et Ciceronis Catone maiore notiſſima, vt mirer, Guarinum non animaduertiſſe. Hactenus *Xylander.* Caeterum Vulcob. dat Λικούϊος, Anonym. vero Λίβιος.]

 31 γελάσας

φρȣρȣ̃ντος ὁ Ἀννίβας ἀπέϛησεν, ὅμως δὲ τὴν ἄκραν κατέχων, ȣ̓κ ἐξεκρȣ́σθη, καὶ διεφύλαξεν ἄχρι τȣ̃ πάλιν ὑπὸ Ῥωμαίοις γενέσθαι τȣ̀ς Ταραντίνȣς. τȣ̃τον ἠνία Φάβιος τιμώμενος, καί ποτε πρὸς τὴν σύγκλητον, ὑπὸ φθόνȣ καὶ φιλοτιμίας ἐξενεχθεὶς εἶπεν, ὡς ȣ̓ Φάβιος, ἀλλ' αὐτὸς αἴτιος γένοιτο τȣ̃ τὴν Ταραντίνων ἁλῶναι. γελάσας ȣ̓̃ν ὁ Φάβιος [31]· Ἀληθῆ λέγεις, εἶπεν· εἰ μὴ γὰρ σὺ τὴν πόλιν ἀπέβαλες, ȣ̓κ ἂν ἐγὼ παρέλαβον.

24. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τά τ' ἄλλα [32] τῷ Φαβίῳ προσεφέροντο λαμπρῶς, καὶ τὸν υἱὸν αὐτȣ̃ Φάβιον ἀνέδειξαν ὕπατον. παραλαβόντος δὲ τὴν ἀρχὴν αὐτȣ̃ καὶ διοικȣ̃ντός τι τῶν πρὸς τὸν πόλεμον, ὁ πατὴρ, εἴτε διὰ γῆρας καὶ ἀσθένειαν, εἴτε διαπειρώμενος τȣ̃ παιδὸς, ἀναβὰς ἐφ' ἵππον, προσήει [33] διὰ τῶν ἐντυγχανόντων, καὶ περιεϛώτων. ὁ δὲ νεανίας κατιδὼν πόρρωθεν, ȣ̓κ ἠνέσχετο, πέμψας δ' ὑπηρέτην, ἐκέλευσε καταβῆναι τὸν πατέρα, καὶ δι' αὐτȣ̃ προσελθεῖν, εἰ δή τι τυγχάνει τῆς ἀρχῆς δεόμενος. καὶ τȣ̀ς μὲν ἄλλȣς ἠνίασε τὸ ἐπίταγμα, καὶ

praefecto Tarentum Annibali proditum fuerat, quum in arcem recepiſſet ſe, non fuit inde depulſus, ſed, dum Romani recepiſſent, tutatus eſt eam. Hic anxius honoribus Fabii in ſenatu aliquando prae inuidia et ambitione erupit, vt iactaret, non Fabii, ſed ſua opera Tarentum receptum. Ridens hic Fabius: Recte, inquit, ais: nam niſi tu amiſiſſes, ego non recepiſſem.

Fabio populus Romanus cum alios habuit eximios honores, tum filium eius conſulem deſignauit. Quum iniſſet ille magiſtratum, et in negotio quopiam ad bellum pertinente eſſet intentus, pater vel prae ſenio et imbecillitate, vel tentandi gratia filii, equo per appellantes et circumſtantes conſulem aduehebatur. Quod iuuenis vt vidit, non tulit, ſed miſſo lictore, vt deſcenderet ex equo pater iuſſit, et, ſi quid conſulem vellet, pedibus accederet. Et mouit quidem alios imperium, tacitique oculos

31 γελάσας ȣ̓̃ν, ὁ Φάβιος, etc.] Cicero de oratore lib. II. de ridiculis. *Cruſer.*

32 Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τά τ' ἄλλα etc.] Liu. Dec. III. lib. VII. *Cruſ.*

33 Προσήει] Hoc melius, quam προῄει, vt exſtat in Apophtheg. p. 345.

34 λέγεται

σιωπῇ πρὸς τὸν Φάβιον ὡς ἀνάξια πάσχοντα τῆς δόξης ἀπέβλεψαν· αὐτὸς δ' ἐκεῖνος ἀποπηδήσας κατὰ τάχος, θᾶσσον ἢ βάδην πρὸς τὸν υἱὸν ἐπειχθεὶς καὶ περιβαλὼν καὶ ἀσπασάμενος· Εὖ γ', εἶπεν, ὦ παῖ, φρονεῖς καὶ πράττεις, αἰσθόμενος, τίνων ἄρχεις, καὶ πηλίκης μέγεθος ἀνείληφας ἀρχῆς. οὕτω καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ πρόγονοι τὴν Ῥώμην ηὐξήσαμεν, ἐν δευτέρῳ καὶ γονεῖς καὶ παῖδας ἀεὶ τῶν τῆς πατρίδος καλῶν τιθέμενοι. λέγεται δ' ὡς ἀληθῶς τοῦ Φαβίου τὸν πρόπαππον[34] ἐν δόξῃ καὶ δυνάμει μεγίστῃ Ῥωμαίων γενόμενον, πεντάκις μὲν ὑπατεῦσαι καὶ θριάμβους ἐκ πολέμων μεγίστων ἐπιφανεστάτους καταγαγεῖν· ὑπατεύοντι δ' υἱῷ πρεσβευτὴν συνελθεῖν ἐπὶ τὸν πόλεμον, ἐν δὲ τῷ θριάμβῳ, τὸν μὲν εἰσελαύνειν ἐπὶ τεθρίππῳ, τὸν δ' ἵππον ἔχοντα μετὰ τῶν ἄλλων ἐπακολουθεῖν, ἀγαλλόμενον, ὅτι τοῦ μὲν υἱοῦ κύριος, τῶν δὲ πολιτῶν μέγιστος καὶ ὢν, καὶ προσαγορευόμενος, ὕστερον αὐτὸν τοῦ νόμου καὶ τοῦ

oculos in Fabium, tanquam praeter dignitatem violata eius maieſtate, coniecerunt. At ille confeſtim deſiliens, citato gradu properauit ad filium, complexuſque eum et data ſalute: Macte conſilio, inquit, et virtute, fili, es: ſentis, quibus imperas, et quam ingentem ſuſcepiſti magiſtratum: his artibus nos quoque et maiores rempublicam auximus, dum parentibus liberiſque priorem reipublicae dignitatem habemus. Et ſane tradunt, Fabii proauum, qui ſine controuerſia maxima gloria Romae atque autoritate floruit, quinquies fuit conſul, clariſſimos triumphos ex grauiſſimis bellis duxit, cum filio conſule in prouinciam profectum legatum: in cuius triumpho quum curru ille quadriiugo inveheretur, equo ipſe incedens cum reliquis ſequutus eſt, glorians quod, qui, in poteſtate filium haberet, atque inter cives maximus et eſſet et diceretur, ſubiiceret legibus ſe et magiſtratui.

34 λέγεται δ' ὡς ἀληθῶς τοῦ Φαβίου τὸν πρόπαππον etc.] Qu. Fabium Rullum (vt ſupra dixi) Maximum quinquies conſulem fuiſſe, ex Liuio etiam patet: ſicut et de tribus eius triumphis conſtat. Filio autem Gurgiti legatus fuit bello Samnitico: Liuius lib. XI. alii. Quod de triumpho hoc ſcribitur, eſt etiam apud Valerium, lib. V. cap. 7. *Xylander.*

ἄρχοντος τίθησιν. ἀλλὰ γὰρ ἐκεῖνος οὐκ ἀπὸ τούτων μόνον θαυμαστὸς ἦν. τοῦ δὲ Φαβίου τὸν υἱὸν ἀποθανεῖν συνέβη, καὶ τὴν μὲν συμφορὰν, ὡς ἀνήρ τε φρόνιμος καὶ πατὴρ χρηστὸς, ἤνεγκε μετριώτατα· τὸ δ᾽ ἐγκώμιον, ὃ ταῖς ἐκκομιδαῖς τῶν ἐπιφανῶν οἱ προσήκοντες ἐπιτελοῦσιν, αὐτὸς εἶπε καταστὰς ἐν ἀγορᾷ, καὶ γράψας τὸν λόγον, ἐξέδωκεν.

25. Ἐπεὶ δὲ Σκηπίων [35] Κορνήλιος εἰς Ἰβηρίαν πεμφθεὶς, Καρχηδονίους μὲν ἐξήλασε μάχαις πολλαῖς κρατήσας, ἔθνη δὲ πάμπολλα καὶ πόλεις μεγάλας καὶ πράγματα λαμπρὰ Ῥωμαίοις κτησάμενος, εὔνοιαν εἶχε καὶ δόξαν ἐπανελθὼν, ὅσην ἄλλος οὐδείς· ὕπατος δὲ κατασταθεὶς, καὶ τὸν δῆμον αἰσθόμενος μεγάλην ἀπαιτοῦντα καὶ προσδεχόμενον πρᾶξιν αὐτοῦ, τὸ μὲν αὐτόθι συμπλέκεσθαι πρὸς Ἀννίβαν, ἀρχαῖον ἡγεῖτο λίαν καὶ πρεσβυτι-

magiſtratui. Caeterum illius laudes non intra haec tantum ſtetere. Quum autem Fabio contigit hunc filium amittere, dolorem, vt vir prudens et pius pater, tulit moderatiſſime. Orationem, quam habent in clarorum virorum funere propinqui, ipſe in foro egit, quam poſt edidit ſcriptis mandatam.

Poſtquam P. Cornelius Scipio proconſul in Hiſpaniam miſſus, Poenos multis profligatos proeliis ex ea prouincia expulit, compluribuſque nationibus et vrbibus ſubactis ingentibus, ac praeclaris facinoribus in reipublicae commodum geſtis, gratiſſimus ciuibus et ſummo cum honore reuerſus eſt, mox conſul deſignatus, quum populum intelligeret non vulgarem poſtulare a ſe et ipſis ſpondere conſulatum; vt in Italia congrederetur cum Annibale, obſoletum id nimium et ſenile arbitratus eſſe, ipſam

35 Σκηπίων] Ita fere ſemper exſtat hoc nomen in Fl. Ald. aliiſque Plutarchi impreſſis: verum hinc non tuto colligi poteſt ſic antiquitus a Graecis ſcribi ſolitum. contrarium enim patet ex inſcriptione veteri, quam Smyrna allatam communicavit Vir Reuerendus et eruditiſſimus Edmundus Chiſhul; idemque feliciſſimo ingenio ſummaque doctrina ad eruendas et explicandas id genus antiquitates inſtructus: Ὁ δῆμος Πόπλιον Λέντλον Σκιπίωνα τὸν ἀνθύπατον εὐεργέτην ὄντα διὰ προγόνων τῆς πόλεως etc. obiter hic obſerues Λέντλον, id eſt, Lentulum; vt Noſter

κὸν, αὐτὴν δὲ Καρχηδόνα καὶ Λιβύην εὐθὺς ἐμπλήσας ὅπλων καὶ ϛρατευμάτων, διενοεῖτο πορθεῖν, καὶ τὸν πόλεμον ἐκ τῆς Ἰταλίας ἐκεῖ μεθιϛάναι, καὶ πρὸς τȣ̃το παντὶ τῷ θυμῷ συνεξώρμα τὸν δῆμον. ἐνταῦθα δὴ Φάβιος ἐπὶ πᾶν δέος ἄγων τὴν πόλιν, ὡς ὑπ' ἀνδρὸς ἀνοήτȣ καὶ νέȣ φερομένην εἰς τὸν ἔσχατον καὶ μέγιϛον κίνδυνον, ȣ̓́τε λόγȣ φειδόμενος, ȣ̓́τ' ἔργȣ δοκȣ̃ντος ἀποτρέψειν τȣ̀ς πολίτας, τὴν μὲν βȣλὴν ἔπειθε, τῷ δὲ δήμῳ διὰ φθόνον ἐδόκει τȣ̃ Σκηπίωνος εὐημερȣ̃ντος ἐπιλαμβάνεσθαι, καὶ δεδιέναι, μή τι μέγα καὶ λαμπρὸν ἐξεργασαμένȣ, καὶ τὸν πόλεμον ἢ παντάπασιν ἀνελόντος, ἢ τῆς Ἰταλίας ἐκβαλόντος, αὐτὸς ἀργὸς φανῇ καὶ μαλακὸς, ἐν τοσȣ́τῳ χρόνῳ ȣ̓ διαπεπολεμηκώς [36]. ἔοικε δ' ὁρμῆσαι μὲν ἐξ ἀρχῆς ὁ Φάβιος πρὸς τὸ ἀντιλέγειν ὑπὸ πολλῆς ἀσφαλείας καὶ προνοίας, μέγαν ὄντα δεδιὼς τὸν κίνδυνον· ἐντεῖναι δέ πως μᾶλλον ἑαυτὸν καὶ πορρωτέρω προαχθῆναι, φιλοτι-

ipſam Carthaginem ſtatuit et Africam ſtatim implere armis legionibuſque, atque eam oppugnare, et ex Italia omnem vim illuc conuertere belli. Ad hanc rem omnibus neruis anniſus eſt, vt populum impelleret. Hic varium metum Fabius ciuitati propoſuit, praecipitem clamitans ab amente iuuene in extremum et ſummum periculum ferri: neque oratione pepercit, vel facto, quo deterrere ſe ab iſto conſilio ciues putabat poſſe. Et ſenatum quidem in ſuam traduxit ſententiam, populo inuidia videbatur adductus, Scipionis felicitati obtrectare, vererique, ſi quid praeclari geſſiſſet ille, et bellum aut finiuiſſet, aut ſummouiſſet ex Italia, ſegnis ipſe molliſque, bellum qui tam duxiſſet diu, videretur. Equidem a primo quidem Fabium putem ad impediendum Scipionem, ſtudio ſecuritatis et prouidentia adductum, quod diſcrimen tam grande horreret; ambitione vero quadam et aemulatione, vt creſcentem Scipionem detraheret, incu-

Noſter p. 397. Κορνήλιος Λέντλος. Sic Ῥῆγλον, id eſt, Regulum, apud Sponium.

36 χρόνῳ διαπεπολεμηκὼς] Inter has voces ȣ̓ vel μὴ poſitum fuiſſe non dubito. διαπολεμεῖν enim eſt debellare: non debellauerat autem Fabius, non confecerat bellum. *Xyl.*

 37 Κατεκώ-

μίᾳ τινὶ καὶ φιλονεικίᾳ κωλύων τοῦ Σκηπίωνος τὴν αὔξησιν, ὅς γε καὶ Κράσσον ἔπειθε, τὸν συνυπατεύοντα τῷ Σκηπίωνι, μὴ παρεῖναι τὴν στρατηγίαν, μηδ' ὑπείκειν, ἀλλ' αὐτὸν, εἰ δόξειεν, ἐπὶ Καρχηδονίους περαιοῦσθαι· καὶ χρήματα δοθῆναι πρὸς τὸν πόλεμον οὐκ εἴασε. χρήματα μὲν οὖν Σκηπίων ἑαυτῷ πορίζειν ἀναγκαζόμενος, ἤγειρε παρὰ τῶν ἐν Τυῤῥηνίᾳ πόλεων, ἰδίᾳ πρὸς αὐτὸν οἰκείως διακειμένων καὶ χαριζομένων. Κράσσον δὲ τὰ μὲν ἡ φύσις, οὐκ ὄντα φιλόνεικον, ἀλλὰ πρᾶον, οἴκοι κατεῖχε, τὰ δὲ καὶ νόμος θεῖος, ἱερωσύνην ἔχοντα τὴν μεγίστην.

26. Αὖθις οὖν καθ' ἑτέραν ὁδὸν ἀπαντῶν ὁ Φάβιος τῷ Σκηπίωνι, κατεκώλυσε [37] τοὺς ὡρμημένους αὐτῷ συστρατεύεσθαι τῶν νέων, καὶ κατεῖχεν, ἔν τε βουλαῖς καὶ ταῖς ἐκκλησίαις βοῶν, ὡς οὐκ αὐτὸς Ἀννίβαν ἀποδιδράσκοι μόνος [38] ὁ Σκηπίων, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑπόλοιπον ἐκπλέοι λαβὼν δύναμιν ἐκ τῆς Ἰταλίας, δημαγωγῶν ἐλπί-

incubuiſſe in id acrius atque vlterius progreſſum fuiſſe. Nam et collegae Scipionis ſuaſit Craſſo, prouinciam ne permitteret ei cederetue, et Carthaginem ipſe, ſi ei videretur, exercitum tranſportaret. Obſtitit etiam, ne pecunia attribueretur in bellum Scipioni, qua re pecuniam ſibi ipſe parare habuit neceſſe. Hanc Hetruriae ciuitates, eius priuatim ſtudioſae atque in eum propenſae, contulerunt. Craſſum vero cum ſua natura alienum a contentionibus et moderatum virum, tum ſacrorum cura, quod eſſet pontifex maximus, in Italia retinuit.

Quare Fabius Scipioni alia obſiſtens via, impediuit et interceſſit, ne delectum iuuentutis, quae voluntaria nomina dare volebat, poſſet habere. In curia et ad populum fremebat, illum non ſolum fugere Annibalem, verum etiam, quod reliquum in Italia virium eſſet, id exportantem abſcedere; ſpe lactare iuuen-

37 Κατεκώλυσε] Error Plutarchi, ortus ex male intellecto Liuii loco, L. XXVIII. S. 45. *vt voluntarios ſibi ducere liceret tenuit.* referebat nempe illud *tenuit* ad Fabium, et in eo ſenſu, quo Graeci interdum ἔχειν, ſumebat: ſcil. pro *probibuit*, cum ſignificet, *obtinuit:* reuera enim Scipio voluntariorum ſeptem ferme millibus in naues impoſitis Africam traiecit. vt ipſe Liuius alibi teſtatur. *Dacer.*

38 μόνον Bodl. 3.

39 Ἐπὶ

σι τὲς νέες, καὶ ἀναπείθων ἀπολιπεῖν γονέας καὶ γυναῖκας καὶ πόλιν, ἧς ἐν θύραις ἐπικρατῶν καὶ ἀήτ]ητος ὁ πολέμιος κάθηται. καὶ μέντοι ταῦτα λέγων, ἐφόβησε τὲς Ῥωμαίες, καὶ μόνοις αὐτὸν ἐψηφίσαντο χρῆσθαι τοῖς ἐν Σικελίᾳ στρατεύμασι, καὶ τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ γεγονότων μετ' αὐτῦ τριακοσίες ἄγειν, οἷς ἐχρῆτο πιστοῖς. ταῦτα μὲν ἔν ἐδόκει πολιτεύεσθαι πρὸς τὴν ἑαυτῦ φύσιν ὁ Φάβιος. ἐπεὶ δὲ Σκηπίωνος εἰς Λιβύην διαβάντος, εὐθὺς ἔργα θαυμαστὰ καὶ πράξεις ὑπερήφανοι τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος εἰς Ῥώμην ἀπηγγέλλοντο, καὶ μαρτυρῦντα ταῖς φήμαις εἵπετο λάφυρα πολλὰ, καὶ βασιλεὺς ὁ Νομάδων αἰχμάλωτος, καὶ δύο στρατοπέδων ὑφ' ἕνα καιρὸν ἐμπρήσεις, καὶ φθορὰ πολλῶν μὲν ἀνθρώπων, πολλῶν δ' ὅπλων καὶ ἵππων, ἐν αὐτοῖς συγκατακεκαυμένων, καὶ πρεσβεῖαι πρὸς Ἀννίβαν ἐπέμποντο παρὰ Καρχηδονίων καλῦντων, καὶ δεομένων ἐάσαντα τὰς ἀτελεῖς ἐκείνας ἐλπίδας οἴκαδε βοηθεῖν· ἐν δὲ Ῥώμῃ πάντων ἐχόντων τὸν Σκηπίωνα διὰ [39] στόματος ἐπὶ τοῖς κατορθώμασιν· ὁ Φάβιος ἠξίε

iuuentutem, et inducere, vt parentes, coniuges, patriam, cuius in foribus potens et inuictus ſedeat hoſtis, deſerant. Haec quum diceret, pauorem iniecit ciuibus. Solas itaque decernunt ei ad bellum legiones, quae in Sicilia erant, et vt ducere ſecum ex iis, quos reportauerat ex Hiſpania, trecentos poſſet, quorum vſus fideli opera eſt. Atque his quidem agendis ſequi viſus eſt ingenium ſuum. Vt vero traiecit in Africam Scipio, et eximia eius geſta victoriaeque incredibiles et clariſſimae annuntiatae Romam ſunt, conſentanea quoque famae ſpolia multa conſequuta, rex captus Numidarum, bina ſub idem tempus incenſa caſtra, ſtrages ingens hominum, armorum et equorum vis magna in caſtris flamma hauſta: Carthaginienſes etiam per legatos Annibalem reuocarunt, oraueruntque, ſpem illam relinqueret inanem, et ferret opem patriae. Omnibus ciuibus Scipionem laudibus tantas ob res geſtas ad coelum ferentibus, Fabius mittendum

39 Ἐπὶ στόματος ἐπὶ] Lege διὰ στόματος ἐπὶ cum Bodl. 3. variationis gratia.

 40 Κατα-

πέμπεσθαι Σκηπίωνι διάδοχον, ἄλλην μὲν ὀκ ἔχων πρόφασιν, εἰπὼν δὲ τὸ μνημονευόμενον, ὡς ἐπισφαλές ἐστι πιστεύειν ἀνδρὸς ἑνὸς τύχῃ τηλικαῦτα πράγματα· χαλεπὸν γὰρ ἀεὶ εὐτυχεῖν τὸν αὐτόν· ὄτω προσέκρουσεν ἤδη πολλοῖς, ὡς δύσκολος ἀνὴρ καὶ βάσκανος, ἢ πάμπαν ὑπὸ γήρως ἄτολμος γεγονὼς καὶ δύσελπις, περαιτέρω τε τοῦ μετρίου κατατεθαμβημένος [40] τὸν Ἀννίβαν. οὐδὲ γὰρ ἐκπλεύσαντος αὐτοῦ μετὰ τῶν δυνάμεων ἐξ Ἰταλίας, εἴασε τὸ χαῖρον καὶ τεθαῤῥηκὸς τῶν πολιτῶν ἀθόρυβον καὶ βέβαιον· ἀλλὰ τότε δὴ μάλιστα τὰ πράγματα τῇ πόλει, θεούσῃ τὸν ἔσχατον κίνδυνον, ἐπισφαλῶς ἔχειν ἔλεγε· βαρύτερον γὰρ ἐν Λιβύῃ πρὸ Καρχηδόνος αὐτοῖς Ἀννίβαν ἐμπεσεῖσθαι, καὶ στρατὸν ἀπαντήσειν Σκηπίωνι πολλῶν ἔτι θερμὸν αὐτοκρατόρων αἵματι καὶ δικτατόρων καὶ ὑπάτων· ὥστε τὴν πόλιν αὖθις ὑπὸ τῶν λόγων τούτων ἀναταράττεσθαι, καὶ τοῦ πολέμου μεθεστῶτος εἰς Λιβύην, ἐγγυτέρω τῆς Ῥώμης οἴεσθαι γεγονέναι τὸν φόβον.

27. Ἀλλὰ Σκηπίων μὲν οὐ μετὰ πολὺν χρόνον, αὐ-

tendum Scipioni cenſebat ſucceſſorem: nullam cauſam proferens aliam, niſi quod illud iactaret triuiale, anceps eſſe, tantam rerum molem credere vnius fortunae viri; non temere eidem ſemper reſpondere fortunam. Quare offendit populum, habituſque eſt moroſus et malignus, aut prae ſenio exſanguis omnino et deploratae ſpei, qui praeter modum ab Annibale trepidaret. Immo vero quum Italia Annibal exercitu nauibus impoſito exceſſiſſet, obſtrepuit laetitiae publicae et bonae ſpei, neque eam eſſe illibatam permiſit; immo tum vel maxime ciuitatem in ſummo periculo verſari et in lubrico dictitabat rempublicam. Quippe grauiorem in Africa Annibalem ſub Carthaginis moenibus incubiturum hoſtem, occurſurum exercitum Scipioni multorum etiamnum calentem imperatorum ſanguine, dictatorumque et conſulum. His ſermonibus trepidatio Romae renouata, vt quum bellum translatum in Africam eſſet, hoc magis admotum vrbi periculum putarent.

At Scipio non multo poſt tum Annibalem ſignis collatis

40 Κατατεθαμβημένος] Ita debuit audacter in textu reponi, pro κατεθαμβημένος. *H. Steph.* ſic feci, duce Bodl. 3.

41 Φάβιος

τόν τε νικήσας μάχῃ κατὰ κράτος Ἀννίβαν, καὶ καταβαλὼν τὸ Φρόνημα καὶ καταπατήσας τῆς Καρχηδόνος ὑποπεσούσης, ἀπέδωκε μείζονα χαρὰν ἁπάσης ἐλπίδος τοῖς πολίταις, καὶ τὴν ἡγεμονίαν ὡς ἀληθῶς

Πολλῷ σάλῳ σεισθεῖσαν ὤρθωσε πάλιν.

Φάβιος δὲ Μάξιμος οὐ διήρκεσε τῷ βίῳ [41] πρὸς τὸ τοῦ πολέμου τέλος, οὐδ' ἤκουσεν Ἀννίβαν ἡττημένον, οὐδὲ τὴν μεγάλην καὶ βέβαιον εὐτυχίαν τῆς πατρίδος ἐπεῖδεν· ἀλλὰ περὶ ὃν χρόνον Ἀννίβας ἀπῆρεν ἐξ Ἰταλίας, νόσῳ καμὼν ἐτελεύτησεν. Ἐπαμινώνδαν μὲν οὖν Θηβαῖοι δημοσίᾳ διὰ πενίαν, ἣν ἀπέλιπεν ὁ ἀνὴρ, ἔθαψαν· οὐδὲν γὰρ οἴκοι τελευτήσαντος εὑρεθῆναι, πλὴν ὀβελίσκον σιδηροῦν [42], λέγουσι· Φάβιον δὲ Ῥωμαῖοι δημοσίᾳ μὲν οὐκ ἐκήδευσαν, ἰδίᾳ δ' ἑκάστου τὸ σμικρότατον αὐτῷ τῶν νομισμάτων ἐπε-

latis vicit, tum detracto conculcatoque oppressae Carthaginis fastu, populum maiore impleuit, quam caperet animis, laetitia, imperiumque plane multis iactatum fluctibus iterum erexit. At Fabius Maximus non attigit viuus exitum belli, neque Annibalem victum audiuit, neque insignem illam et stabilem oculis cepit patriae prosperitatem; sed sub idem tempus, quo reliquit Italiam Annibal, ex morbo defunctus est. Epaminondam quidem Thebani propter inopiam, in qua decessit, publico funere extulerunt, quod praeter veru minutum ferreum, vt fama est, nihil ab eius excessu fuerit domi inuentum. Populus autem Romanus non fecit Fabio publice funus, sed assibus viritim collatis: non

41 Φάβιος δὲ Μάξιμος οὐ διήρκεσε τῷ βίῳ etc.] Valer. Max. lib. I. cap. 2. *Cruser.*

42 πλὴν ὀβελίσκον σιδηροῦν] *Obeliscus* Latine significat *paruum veru*, seu (vt Plinius loquitur) *veruculum.* Fuisse pauperrimum, et delectatum sua paupertate Epaminondam, multis auctoribus traditum est: sed nullam, vno excepto veruculo, in domo eius fuisse supellectilem credere durum est, et, vt puto, stultum. Itaque obeliscum non conuerti, sed Graecam vocem reliqui, qua alio significatu vtuntur etiam Latini. Hic ego ferreum numisma minimi pretii intelligo, et facile meam sententiam videor tueri posse Plutarchi ipsius testimonio, cuius ex vita Lysandri verba, apponam: κινδυνεύει δὲ τὸ πάμπαν ἀρχαῖον οὕτως ἔχειν, ὀβελίσκοις χρωμένων, νομίσμασι σιδηροῖς, ἐνίων δὲ χαλκοῖς, ἀφ' ὧν παραμένει πλῆθος ἔτι

νεγκόντος, ἐχ ὡς δι' ἔνδειαν προσεπαρκἕντος, ἀλλ' ὡς πατέρα τἒ δήμἐ θάπτοντος [143], ἔσχε τιμὴν καὶ δόξαν ὁ θάνατος αὐτἒ τῷ βίῳ πρέπἐσαν.

non vt tanquam inopi ſufficerent impenſas, verum populo vt parentem ſepeliente, mors viri, vt dignum vita erat, honorata fuit et celebrata.

COMPARATIO PERICLIS CVM FABIO MAXIMO.

Οἱ μὲν ἐν βίοι τῶν ἀνδρῶν τοιαύτην ἔχἐσι τὴν ἱςορίαν. ἐπεὶ δὲ καὶ πολιτικῆς καὶ πολεμικῆς ἀρετῆς πολλὰ καὶ καλὰ παραδείγματα καταλελοίπασιν ἀμφότεροι, φέρε, τῶν πολεμικῶν ἐκεῖνο πρῶτον λάβωμεν, ὅτι Περικλῆς μὲν ἄριςα πράττοντι τῷ δήμῳ καὶ μεγίςῳ καθ' αὑτὸν ὄντι καὶ μάλιςα πρὸς δύναμιν ἀκμάζοντι χρώμενος, ὑπὸ κοινῆς ἂν δόξειεν εὐτυχίας καὶ ῥώμης πραγμάτων ἀσφαλὴς διαγενέσθαι καὶ ἄπταιςος· αἱ δὲ Φαβίἐ πράξεις, ἐν αἰσχίςοις καὶ δυσποτμοτάτοις καιροῖς ἀναδεξαμένἐ τὴν πόλιν, ἐκ ἐπ' ἀγαθοῖς ἀσφαλῆ διετήρησαν, ἀλλ' ἐκ κακῶν εἰς βελτίω μετέςησαν. καὶ Περικλεῖ μὲν αἱ Κίμωνος εὐπραξίαι, καὶ τὰ Μυρωνίδἐ καὶ τὰ Λεωκρά-

Habes vitae hiſtoriam illorum duorum, quorum quia vterque multa exempla et praeclara reliquit ciuilis et bellicae virtutis, age, ex bellicis illud primo loco tractemus. Pericles quum reipublicae praeeſſet, populus in proſpero vt quum maxime ſucceſſu rerum et per ſe pollentiſſimus erat, opibuſque florentiſſimus, vt publica eum fortuna atque potentia in ſecuro et ſtabili gradu tenuiſſe videatur. At vero Fabii res geſtae, qui foediſſimis et aſperrimis temporibus rempublicam ſuſcepit, non rebus florentibus ſtantem conſeruauerunt, ſed excitauerunt abiectam. Praeterea Pericli Cimonis victoriae, Myronidiſque et Leocratis

ἔτι νῦν τῶν κερμάτων ὀβολὲς καλεῖσθαι. *Xylander.*

143 θάπτοντος Bodl. 3. Iunt. vulgo legitur θάπτοντες in nominat. plur.

τȣς τρόπαια, καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα Τολμίδης κατορθῶν, ἐνεορτάσαι [1] μᾶλλον καὶ ἐμπανηγυρίσαι ςρατηγȣ̃ντι τὴν πόλιν, ἢ κλήσασθαι πολέμῳ καὶ φυλάξαι παρέδωκε· Φάβιος δ' ὁρῶν πολλὰς μὲν φυγὰς καὶ ἥτ]ας, πολλȣ̀ς δὲ θανάτȣς καὶ σφαγὰς αὐτοκρατόρων καὶ ςρατηγῶν, λίμνας δὲ καὶ πεδία καὶ δρυμȣ̀ς νεκρῶν ςρατοπέδων πλήθοντας, αἵματι δὲ καὶ φόνῳ ποταμȣ̀ς ἄχρι θαλάτ]ης ῥέοντας, ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν ὁρμωμένῳ καὶ βεβηκότι τὴν πόλιν, ἀντιλαμβανόμενος καὶ ὑπερείδων, ȣ̓κ εἴασε τοῖς ἐκείνων ὑποφερομένην π]αίσμασι τελέως ἐκχυθῆναι. καίτοι δόξειεν ἂν ȣ̓χ ȣ̔́τω χαλεπὸν εἶναι, πόλιν ἐν συμφοραῖς μεταχειρίσασθαι ταπεινὴν, καὶ τȣ̃ φρονȣ̃ντος ὑπ' ἀνάγκης κατήκοον γενομένην, ὡς δι' εὐτυχίαν ἐπηρμένῳ καὶ σπαργῶντι τῷ δήμῳ χαλινὸν ἐμβαλεῖν ὕβρεως καὶ θρασύτητος· ᾧ δὴ μάλιςα φαίνεται τρόπῳ Περικλῆς Ἀθηναίων περιγενόμενος. ἀλλὰ τῶν Ῥωμαίοις συμπεσόντων τότε κακῶν τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος, ἰσχυρὸν τὴν

cratis tropaea, multa etiam Tolmidis praeclara facta facultatem peperere domi rempublicam procuranti feſtos dies agendi, ludosque celebrandi potius, quam bello rem augendi vel tuendi. Fabius vero, quum ante oculos haberet multos fuſos fugatoſque exercitus, multas ſtrages et caedes imperatorum atque ducum, lacus, campos, ſaltus caeſorum cadaueribus exercituum coopertos, cruore et tabe manantia vſque ad mare flumina, ſuis propriis inſtitutis et firmis conſiliis, quaſi ſubiectis humeris, fulciens rempublicam, obſtitit, ne illorum peccatis labaſcens ex toto praecipitaretur. Atqui tractare fractam calamitatibus ciuitatem, et neceſſitate obtemperare coactam prudenti, non perinde videatur arduum, atque populi rebus elati ſecundis luxuriantiſque refrenare laſciuiam atque ferociam. Qua maxime ratione videtur Pericles Athenienſes continuiſſe. Atqui malorum, quibus oppreſſus id temporis populus Romanus fuit, moles et cumulus, quem ea non perculerunt, nec de gradu deiecerunt, eum

1 Ἑορτάσαι] Non dubito, quin Plutarchus, ſicut ἐμπανηγυρίσαι, ita etiam ἐνεορτάσαι ſcripſerit. *H. Steph.*

2 Αὐτȣ̃

γνώμην καὶ μέγαν ἔδειξεν ἄνδρα, τὸν μὴ συγχυθέντα, μηδὲ προέμενον τοὺς αὐτοῦ [2] λογισμούς.

Καὶ Σάμῳ μὲν ὑπὸ Περικλέους ἁλούσῃ τὴν Τάραντός ἐστι κατάληψιν ἀντιθεῖναι, καὶ νὴ Δί' Εὐβοίᾳ τὰς περὶ Καμπανίαν πόλεις· ἐπεὶ αὐτήν γε Καπύην οἱ περὶ Φούλβιον [3] καὶ Ἄππιον ὕπατοι κατέσχον. ἐκ δὲ παρατάξεως Φάβιος [4] οὐ φαίνεται μάχῃ νενικηκώς, πλὴν ἀφ' ἧς τὸν πρότερον εἰσήλασε θρίαμβον· Περικλῆς δ' ἐννέα τρόπαια κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν ἔστησεν ἀπὸ τῶν πολεμίων. οὐ μὴν λέγεται τοιαύτη πρᾶξις Περικλέους, οἵαν ἔπραξε Φάβιος, Μινούκιον ἐξαρπάσας Ἀννίβου, καὶ διασώσας ἐντελὲς στρατόπεδον Ῥωμαίων· καλὸν γὰρ τὸ ἔργον καὶ κοινὸν ἀνδρείας ὁμοῦ καὶ φρονήσεως καὶ χρηστότητος. ὥσπερ αὖ πάλιν οὐδὲ σφάλμα λέγεται Περικλέους, οἷον ἐσφάλη Φάβιος διὰ τῶν βοῶν καταστρατηγηθεὶς ὑπ' Ἀννίβου, λαβὼν μὲν αὐτομάτως καὶ κατὰ τύχην ὑπελθόντα τοῖς στε-

eum vero magnum virum et inuicti animi ostenderunt fuisse.

Cum Samo capta a Pericle, Tarentum receptum componamus licet, et vero etiam cum Euboea Campaniae oppida. Nam ipsam quidem Capuam Fuluius et Appius consules subiugauerunt. Signis collatis haud comperio Fabium hostes fudisse, nisi vnde priorem duxit triumphum. Pericles hostibus terra marique caesis tropaea nouem statuit. Nullum factum tamen memoratur Periclis tale, quale fuit Fabii, quum Minutium eripuit Annibali, et iustum exercitum seruauit Romanum. Memorabile facinus, et quod virtutem, prudentiam, humanitatem simul complectitur. Vicissim nec error refertur is Periclis, qui Fabii, cui per boues illusit Annibal: ceperat temere et fortuito fauces ingressum hostem,

2 Αὐτοῦ λογισμούς] Antea male in impressis fuit αὐτούς.

3 Φούριον] Scribendum Φούλβιον. Sed Guarinus mendum secutus est, historiae contrarium: eumque Amiotus. Capuam a Qu. Fuluio Flacco et Appio Claudio proconsulibus, id est, qui superiori anno consules eam obsederant, receptam esse, cum omnes historici, tum praecipue Liuius lib. XXVI. demonstrat. *Xylander.* Φούλβιον etiam Anon. exhibet.

4 deest Φάβιος Bodl. 3.

5 Νική-

νοῖς τὸν πολέμιον, προέμενος δὲ νυκτὸς λαθόντα, καὶ μεθ' ἡμέραν βιασάμενον, καὶ φθάσαντα μέλλοντος, καὶ κρατήσαντα συλλαβόντος· εἰ δὲ δεῖ μὴ μόνον χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τεκμαίρεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος ὀρθῶς τὸν ἀγαθὸν στρατηγὸν, Ἀθηναίοις μὲν, ὡς Περικλῆς προέγνω καὶ προεῖπεν, ἐτελεύτησεν ὁ πόλεμος· πολυπραγμονοῦντες γὰρ ἀπώλεσαν τὴν δύναμιν· Ῥωμαῖοι δὲ, παρὰ τοὺς Φαβίου λογισμοὺς ἐκπέμψαντες ἐπὶ Καρχηδονίους Σκηπίωνα, πάντων ἐκράτησαν, οὐ τύχῃ, σοφίᾳ δὲ τοῦ στρατηγοῦ καὶ ἀνδρείᾳ νικήσαντος [5] τοὺς πολεμίους. ὥστε τῷ μὲν τὰ πταίσματα τῆς πατρίδος μαρτυρεῖν, ὅτι καλῶς ἔγνω, τὸν δ' ὑπὸ τῶν κατορθωμάτων ἐλέγχεσθαι τοῦ παντὸς ἐσφαλμένον. ἴση δ' ἁμαρτία στρατηγοῦ, κακῷ περιπεσεῖν μὴ προσδοκήσαντα, καὶ κατορθώματος καιρὸν ἀπιστίᾳ προέσθαι. μία γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἀπειρία, καὶ θράσος γεννᾷ, καὶ θάρσος ἀφαιρεῖται. ταῦτα περὶ τῶν πολεμικῶν.

Τῆς δὲ πολιτείας μέγα μὲν ἔγκλημα τοῦ Περικλέους,

hoſtem, amiſit e manibus noctu fallentem et poſtero die vrgentem, praeuenientem, dum cunctatur, et quamquam caperetur, ſuperantem. Quod ſi boni imperatoris eſt, non tantum conſulere rebus inſtantibus, ſed et diuinare de venientibus recte, belli Athenienſes exitum, qualem praeuiderat et ante denuntiauerat Pericles, ſortiti ſunt. Dum enim nimium multa ambiunt moliunturque, amiſerunt ſuas opes. Romani, qui contra Fabii ſententiam Scipionem cum imperio in Africam miſerunt, rerum potiti ſunt, non caſu, ſed ducis, qui hoſtes deuicit, conſiliis ac virtute. Illum itaque recte ſenſiſſe patriae caſus teſtantur, hunc reſpublica praeclare geſta arguit, longe lateque erraſſe. Et ſane cladem accipere nec opinantem, et rerum proſpere gerendarum corrumpere diffidentia occaſionem, par ducis eſt delictum: quippe vna temeritatem gignit et eripit audaciam imperitia. Hactenus de rebus bellicis.

Domi, quod Pericli maxime vitio vertebatur, bellum fuit,

5 Νικήσαντος] In quibuſdam ſcriptum eſt, κατὰ κράτος νικήσαντος. *H. Steph.* ita Bodl. 3.

ὁ πόλεμος. λέγεται γὰρ ἐπακτὸς ὑπ' ἐκείνου γενέσθαι, Λακεδαιμονίοις ἐρίσαντος μὴ ἐνδοῦναι. δοκῶ δὲ μηδ' ἂν Φάβιον Μάξιμον ἐνδοῦναί τι Καρχηδονίοις, ἀλλ' εὐγενῶς ὑποστῆναι τὸν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας κίνδυνον. ἡ μέντοι πρὸς Μινούκιον ἐπιείκεια τοῦ Φαβίου καὶ πραότης ἐλέγχει τὸν πρὸς Κίμωνα καὶ Θουκυδίδην στασιασμὸν, ἄνδρας ἀγαθοὺς καὶ ἀριστοκρατικοὺς, εἰς φυγὴν ὑπ' αὐτοῦ καὶ τοὔστρακον ἐκπεσόντας. ἀλλ' ἥ γε δύναμις μείζων ἡ τοῦ Περικλέους καὶ τὸ κράτος. ὅθεν οὐδ' ἄλλον εἴασεν ἐνδυστυχῆσαι τῇ πόλει κακῶς βουλευσάμενον στρατηγὸν, ἀλλ' ὁ μόνος αὐτὸν ἐκφυγὼν Τολμίδης καὶ διωσάμενος βίᾳ, προσέπταισε Βοιωτοῖς· οἱ δ' ἄλλοι προσετίθεντο καὶ κατεκοσμοῦντο πάντες εἰς τὴν ἐκείνου γνώμην ὑπὸ μεγέθους αὐτοῦ τῆς δυνάμεως. Φάβιος δὲ, τὸ καθ' αὐτὸν ἀσφαλὴς ὢν καὶ ἀναμάρτητος, τῷ πρὸς τὸ κωλύειν ἑτέρους ἀδυνάτῳ φαίνεται λειπόμενος. οὐ γὰρ ἂν τοσαύταις συμφοραῖς ἐχρήσαντο Ῥωμαῖοι, Φαβίου παρ' αὐτοῖς, ὅσον Ἀθήνησι Περικλέους, δυνηθέντος. καὶ μὴν τήν γε πρὸς χρήματα μεγαλοφροσύνην, ὁ μὲν τῷ μηδὲν λαβεῖν παρὰ τῶν διδόντων, ὁ δὲ τῷ προέσθαι πολλὰ τοῖς δεομένοις ἐπεδείξατο, λυσάμενος τοῖς ἰδίοις

fuit, cuius ille, dum reluctatur nimium Lacedaemoniis, dicitur autor fuisse. Equidem nec Fabium Maximum censeam fasces submissurum Poenis fuisse, immo fortiter se pro imperio in discrimen demissurum. Fabii tamen erga Minutium moderatio et lenitas, factionem aduersus Cimonem et Thucydidem Periclis coarguit, egregios viros et ab optimatibus stantes, quos in exilium egit. At certe opes et potentia maior Periclis: quare nemini vlli permisit imperatori malis consiliis rempublicam labefactare; solus illi elapsus Tolmides vi eum reiecit, et a Boeotiis cladem accepit. Reliqui summae eius potentiae cessere, et ad arbitrium se eius accommodauerunt omnes. Fabius autem fuit ipse quidem prouidus, nec vsquam in discrimen incurrit, sed cohibendorum caeterorum potestate apparet eum fuisse imparem: neque enim Romani, si tantum Fabius apud ipsos, quantum Athenis Pericles, valuisset, in tantas incidissent miserias. Iam inuictum a pecunia animum, hic ab offerentibus nihil capiendo, ille multa largiendo egentibus, dum redemit suis nummis captiuos,

χρήμασι τὰς αἰχμαλώτας. πλὴν τούτῳ μὲν οὐ πολὺς ἦν ἀριθμὸς, ἀλλ᾽ ὅσον ἓξ τάλαντα [6]. Περικλῆς δ᾽ οὐκ ἂν ἴσως εἴποι τις ὅσα καὶ παρὰ συμμάχων καὶ βασιλέων ὠφελεῖσθαι καὶ θεραπεύεσθαι παρὸν, τῆς δυνάμεως διδούσης, ἀδωρότατον ἑαυτὸν καὶ καθαρώτατον [7] ἐφύλαξεν. ἔργων γε μὴν μεγέθεσι καὶ ναῶν, καὶ κατασκευαῖς οἰκοδομημάτων, ἐξ ὧν ἐκόσμησεν ὁ Περικλῆς τὰς Ἀθήνας, οὐκ ἄξιον ὁμοῦ πάντα τὰ πρὸ τῶν Καισάρων φιλοτιμήματα τῆς Ῥώμης παραβαλεῖν, ἀλλ᾽ ἐξοχόν τι πρὸς ἐκεῖνα καὶ ἀσύγκριτον ἡ τούτων ἔσχε μεγαλουργία καὶ μεγαλοπρέπεια τὸ πρωτεῖον.

captiuos, demonſtrauit. Non fuit haec ingens ſumma tamen, ſed ad ſex talenta. Pericles, difficile dictu, quantum quaeſtus et munerum conſequi a ſociis et regibus occaſione potentiae ſuae quum potuiſſet, praeſtitit ſe abſtinentiſſimum atque integerrimum. Opificiorum quidem certe mole, templorumque atque aedificiorum ſubſtructionibus, quibus Athenas exornauit Pericles, cuncta, quaecunque ante Caeſares Roma habuit, ornamenta haudquaquam ſunt conferenda, ſed longe lateque, ſine vlla comparatione, magnificentia et nobilitate prae his obtinent illa primas.

6 Ἓξ τάλαντα] Scribendum eſſe δέκα patet ex computatis captorum numero, et cuiuſque redemtionis pretio. *Dacer.* [Xylander ad hunc locum haec annotat: Captiuorum, quos ſua pecunia redemerit Fabius, numerum Plutarchus ſupra retulit CCXL. Liuius VII. addit. Redemtos ſingulos CCL. denariis, inter eos conuenit. Ita fiet, vt praeciſe decem talenta impenſa ſint pro eis, ſi Plutarchianum numerum tenemus: non ſex tantum, quod hic mendoſe fortaſſis legitur. Quippe ſexaginta librae, ſeu pondo, ſeu minae, hoc eſt, ſex denariorum millia, talentum vnum conſtituunt, vt alibi oſtenſum eſt.]

7 καὶ καθαρώτατον] Haec duo verba ex vet. cod. acceſſerunt. *H. Steph.* nam a vetuſtioribus editionibus abſunt.

IOANNIS RVALDI
ANIMADVERSIONES
AD
INSIGNIORA ΣΦΑΛΜΑΤΑ,
Siue Lapſiones in Vitis Parallelis Plutarchi Chaeronenſis, quae hoc Volumine continentur.

ANIMADVERSIO I.

Anno I. *ſecundae Olympiadis, neque conceptum Romulum, neque Solem paſſum Eclipſim, contra quam viſum Plutarcho et Tarrutio Mathematico. Annus concepti Romuli, et eius natalium indicatus.*

In ROMVLO pag. 99. 15.

Εὖ μάλα τεθαῤῥηκότως καὶ ἀνδρείως ἀπεφήνατο (Ταῤῥούτιος) τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ, τρίτῃ καὶ εἰκάδι, τρίτης ὥρας, καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε παντελῶς· τὴν δ' ἐμφανῆ γένεσιν ἐν μηνὶ Θὼθ, ἡμέρᾳ πρώτῃ μετ' εἰκάδα, περὶ ἡλίου ἀνατολάς: *Fidenter admodum atque intrepide pronunciauit Tarrutius, factam eſſe in vtero matris Romuli conceptionem* I. *anno* II. *Olympiadis*, XXIII. *die menſis Aegyptiorum Choiac* (id fuerit XIX. Decembris) *hora diei* III. (noſtro more IX. matutina, vel potius ea, quae Solis ortum et meridiem ex aequo interiacet) *cum Sol penitus defecit: eiuſdem vero natalem in* XXI. *diem menſis Thoth* (Septembris XVII.) *incidiſſe ſub Solem orientem.* Bis peccat, ac primum quidem anni προχρονισμῷ vnius. Vrbis iecit fundamenta Romulus anno aetatis ſuae duodeuiceſimo, primo VII. Olympiadis: id quod ſummi ſcriptores olim tradiderunt, cum magno neotericorum Chronologorum aſſenſu. Accuratiſſimae diligentiae auctor Dionyſius Halicarnaſſenſis in II. Romanarum Originum de Romulo: Νέος παντάπασιν ἔτυχε τῆς ἡγεμονίας, ὀκτωκαιδεκαέτης, ὡς ἅπαντες ὁμολογοῦσιν οἱ τὰς περὶ αὐτοῦ συγγράψαντες ἱστορίας. Idem in eodem libro ſtatim initio: Ἐτειχίσθη μὲν οὖν ἡ πόλις δευτέρῳ καὶ τριακοστῷ καὶ τετρακοσιοστῷ μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν, ἐπὶ τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. Iulius Solinus libro Memorabilium capite II. *Romulus auſpicato murorum fundamenta iecit duodeuiginti natus annos* II *Cal Maii, hora poſt ſecundam ante tertiam* Idem poſtea: *Collatis igitur noſtris et Graecorum temporibus inuenimus, incipiente Olympiade ſeptima Romam conditam, anno poſt Ilium captum* CDXXXIII. Et mox: *Ab Iphito numeratur Olympias prima. Ita ſex mediis Olympiadibus interiectis,*

quibus

quibus ſinguli anni quaterni imputantur, cum ſeptima incoeptante Olympiade Roma condita eſt, inter exortum Vrbis et Troiam captam iure eſſe annos CDXXXIII. (non tamen exactos) *conſtat.* Et poſt paulo: *Par eſt, Romam ſeptimae Olympiadis anno primo credi conditam.* Conſentit omnis antiquitatis peritiſſimus Euſebius Pamphili, παντοδαπῆς ἱστορίας libro ſecundo ad annum I. VII. Olympiadis, numero MCCLXV. Igitur ſi anno primo ſeptimae Olympiadis, quando Romam conſtruxit, annum aetatis octodecimum ſolum agebat Romulus, ſequitur euidentiſſime, natum non eſſe ante annum tertium ſecundae Olympiadis, nec proinde conceptum ante annum ſecundae eiuſdem Olympiadis: quem haud dubie, ſi qua Ephemeridibus Aſtronomicis, et peritis Mathematicis habenda fides eſt, illa ingens Solis defectio, XI. Athyr, hoc eſt, Nouembris Iuliani VII. clarum fecit. Hoc enim tempore aiunt Aſtrologi deprehendere ſe, diſtantem fuiſſe Lunae latitudinem a nodo deſcendente verſus Septentrionem g. o. 4′. 44″. quod eſt dicere, gradu nullo, quaternis minutis, (quae ſingula vnius gradus pars ſexageſima ſunt) quaternis et quadragenis ſecundis minutorum: vnde non vſitatam fuiſſe iſtius Solaris deliquii magnitudinem licet intelligere. At anno ſuperiori, XIX. Decembris, ſiue III. et XX. menſis Choiac, nulla omnino contigit Eclipſis, anomalia Lunaris latitudinis plane refragante, ſiquidem coniunctio media luminarium fuit antecedente die, cyclo Lunae nono, vt eſt praeclare animaduerſum Ioſepho Scaligero in III. de Emend. Temp. Itaque manifeſto et hic, vt alibi ſaepe in eiuſdemmodi rebus, fugit ratio Plutarchum. Scio, huius erroris pater eſt M. Varro, vel potius iſte Lucius Tarrutius Firmanus, qui Varronem ſic edocuerat. Sed noſter cum ſuper ea re nihil contrarium pronunciat, ignorantiam certe ſuam non obſcure prodit.

ANIMADVERSIO II.

In Legione DC. *equites nunquam fuiſſe; nedum ſub Romulo. Legionis ſexmillenariae non eſſe auctorem Romulum contra ac ſcripſit Plutarchus. Quis vero ſit, non liquere. Falſum Lipſium falſi ſuſpectos habentem Liuium et Polybium, et negantem* CC. *ſolum equites in Legione aliquando fuiſſe. Lapſus D. Hieronymi, Legionem ſub Auguſto et Tiberio* VI. *millium fuiſſe ſcribentis. Notati Caeſaris Interpretes. Peccatum Eutropii non recte illius exſcriptoribus a Lipſio imputatum. Rotunde perſaepe loqui auctores: non igitur ab Eutropio diſſentire Paeanium, ſed vtrumque fallere ſemel et bis. Scribentem Polybium rem ne* VIII. *quidem legionibus eſſe geſtam ante A.* DXXXVII. *non pugnare cum Liuio, affirmante geſtam vel* X. *legionibus A.* CDIV. *et A.* CCLIX. *Explicatus Halicarnaſſeus. In Legione fuiſſe* LX.

centurias: non sequi ex eo fuisse illam VI. *millium. Sylburgii hallucinatio. Incogitantia Festi. Notatus Amiotus. Centurionibus et Chiliarchis non paruisse milites, quot nomen indicat. Cur ergo Centuriones et Chiliarchae dicti.*

In eodem Romulo pag. 120. 15.

Διπλασιασθείσης δὲ τῆς πόλεως, αἱ λεγεῶνες ἐγένοντο πεζῶν ἑξακισχιλίων, ἱππέων δὲ ἑξακοσίων. Geminum ἁμάρτημα. Vnum est, quod tametsi numerus equitum cuique legioni attributus multoties variauerit, adeo vt nonnunquam ducenarius, interdum quadringenarius, saepe trecenarius fuisse reperiatur: sexcenos tamen equites in vnam legionem esse constitutos vel florentissimis Reipublicae Romanae temporibus, apud nullum idoneum auctorem Graecum, Latinum, quisquam reperire queat; tantum abest, vt hoc vni soli Plutarcho de primis et nascentis vrbis Romae temporibus referenti accredere debeamus.

Alterum est, quod non nisi multis post Romulum seculis factam senum millium peditum legionem constat. Etsi quando id primum placuerit, ita varie narrant auctores, vt conuenire pax inter illos non possit. Festus Pompeius libro XVII. sic ait: *Sex millium et ducentorum hominum primus C. Marius conscripsit legionem.* At Liuius quam diuerse? Id enim factum a Scipione Africano maiore, cum esset exercitum in Africam traiecturus, hoc est, V. C. anno DXLIX. plus centum annis ante C. Marium disserte prodit Annali vndetricesimo: *Quinta et sexta Cannenses erant legiones: eas se traiecturum in Africam cum dixisset, singulos milites inspexit, relictisque, quos non idoneos credebat, in locum eorum subiecit, quos secum ex Italia adduxerat; suppleuitque ita eas legiones, vt singulae sena millia et ducenos pedites, trecenos haberent equites.* Sed habet vterque paulo maiorem numerum, quam quaerimus: nam adiicit ducentos, vt vides. Commodum autem et iustum numerum, hoc est, senum praecise millium dat idem Titus Liuius Annali tricesimo secundo, et suadet primum acceptum P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Coss. A. V. C. DLXXXIII. *Id*, inquit, *praecipue prouinciae Macedoniae datum, quod cum alterius Cos. legionibus quina millia et duceni equites ex vetere instituto darentur in singulas legiones, in Macedoniam sena millia peditum scribi iussa, equites treceni aequaliter in singulas legiones.* Vir et iudicii et eruditionis non vulgaris Iustus Lipsius contendit affirmare, ducenos equites in legionem nusquam datos fuisse: atque ideo rescribendum in loco proxime superiore T. Liuii, *et duceni pedites*, quae viri oculatissimi ablepsia vix tolerabilis est. Polybius in VI. Historiarum: Ὅταν δ' ἐκλέξωσι τὸ προκείμενον πλῆθος, μετὰ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς, τὸ μὲν παλαιὸν ὑστέρους εἰώθεσαν δοκιμάζειν ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις διακοσίοις. Νῦν δὲ

προτέ-

προτέρους πλουτίνδην αὐτῶν γεγενημένης ὑπὸ τοῦ τιμητοῦ τῆς ἐκλογῆς, καὶ ποιοῦσι τριακοσίους εἰς ἕκαστον στρατόπεδον. Locus manifeſtiſſimus, et per quem vnum Lipſio, ſi reuixerit, poenitere liceat- Idem libro III. in actis anni V. C. DXXXVII. quo ad Cannas pugnatum eſt, L. Aemilio Paulo ſecundum, C. Terentio Varrone Coſſ. Ῥωμαῖοι γὰρ, καθάπερ καὶ πρότερον εἰρήκαμεν, ἀεί ποτε τέτταρα στρατόπεδα προχειροῦσι. τὸ δὲ στρατόπεδον πεζοὺς μὲν λαμβάνει περὶ τετρακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους· ἐπὰν δέ τις ὁλοσχερεστέρα προφαίνηται χρεία, τοὺς μὲν πεζοὺς ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ ποιοῦσι περὶ πεντακισχιλίους, τοὺς δ' ἱππεῖς τριακοσίους. Clarius eſt clara luce, velle Polybium hoc in vtroque libro, fuiſſe veteris inſtituti aſſignare ducenos equites ſingulis legionibus. Extremum quidem hunc Polybii locum Lipſius non improuiſum habuit, ſed rectum eſſe negauit. quo argumento? plane leuiſſimo, aut potius nullo. *Nonne*, inquit, *remittit nos Polybius ad ea, quae ſuper hac re ante dixit? ſicut, inquit, et ante diximus. Vbi igitur tale, mi Polybi?* Amabo Iuſte, pugnas ſerio, an ludis? Non ait Polybius, ſe ante dixiſſe de numero militum in vnaquaque legione, ſed ſolum de numero ipſarum legionum in ſingulos annos: quod certe bis, ter fecit, primo et ſecundo voluminibus. Itaque Liuius quoque praeclare cum Polybio ſuper ea re, quam inquirimus, conuenit Annali XXII. in actis eiuſdem anni DXXXVII. Cannenſe proelium diffuſe narraturus: *Alii nouas quatuor legiones quinque legionibus additas tradunt, vt nouem legionibus rem gererent: numero quoque peditum equitumque legiones auctas, millibus peditum et centenis equitibus in ſingulas adiectis, vt quina millia peditum, treceni equites eſſent.* Si centenis additis trecenti tantum fuerunt, igitur vulgatus numerus ducenorum erat. Quid hoc ratiocinio clarius firmiuſue dici aut inueniri poteſt? Addo etiam in Imperii flore non pluribus, quam iſtis ducenis equitibus, ſingulas legiones muniri perſaepe placuiſſe. Cuius rei mihi eſt auctor ac teſtis locupletiſſimus Iulius Caeſar in rectis et venuſtiſſimis rerum ſuarum Commentariis.

Ex his, eodem iſto Iuliano aeuo perinde, ac Polybiano, ipſas vt plurimum legiones fuiſſe quatermillenarias, fere, vel omnino potius, mihi liquet. In III. De bello Ciuili, ſectione LXXXVIII. vbi vtraque acies Caeſaris et Pompeii graphice deſcribuntur: *Numeroque cohortes* CX. Pompeius *expleuerat. Haec erant millia* XLV. Nec enim ferendos eſſe vulgatos codices, in quibus inſigni mendo legitur *millia* LV. notae denariae facili lapſu, tam libri omnes manuſcripti, qui quidem in Torrentii, Ciacconii, et Vrſini manus venerunt, quam aliorum auctorum de iiſdem exercitibus illuſtria teſtimonia ſuadent atque peruincunt. Plutarchus in Caeſare pag. CXLVI. ἦν δὲ καὶ τῶν πεζῶν πλῆθος οὐκ ἀγχώμαλον, ἀλλὰ τετρακισμύριοι καὶ πεντακισχίλιοι παρετάττοντο

 δυσμυ-

δισμυρίοις καὶ δισχιλίοις. Scilicet Caesari (quod ipse quoque libro antedicto postmodum declarat) peditum millia XXII. aderant. Appianus in II. ἐμφυλ. Σύμπαντα (de Pompeiano exercitu sermo illi est) ἀνδρῶν Ἰταλῶν ἕνδεκα τέλη. igitur CX. cohortes, quod omnino ante Caesar dixit: nam in legione decem cohortes, vt pueri norunt. Idem Appianus post aliquanto: Καίσαρι μὲν ἐς δισχιλίους ἐπὶ δισμυρίοις· Πομπηΐῳ δὲ ὑπὲρ τὸ διπλάσιον. Cum igitur vnaquaeque legio decem cohortes semper habuerit, vt constat, et ex hoc vtroque Caesaris atque Appiani loco nimis liquet: profecto in singulas eius temporis cohortes (iustas et legitimas, neque aliqua recente strage imminutas et accisas, sicut Caesarianae commisso ad Dyrrachium proelio paulo ante fuerant, quae propterea numero licet octoginta essent, non plura tamen, quam praedicta duo et viginti millia militum capiebant, vt ex ipso Caesare ibidem intelligitur) milites CCCC. et in legiones, item plenas iustasque, IV. millia praeterpropter venerunt. Quicquid contra Othomannus, Glareanus, Manutius, Vrsinus, Ciacconius, denique grex totus interpretum Caesaris ad locum suprascriptum attulerunt, irrita conamina et monumenta vani laboris sunt. Neque Augusti atque Tiberii principatu numerosior fuisse legio videtur, vt Annali primo clare, tametsi quasi aliud agendo, indicat Corn. Tacitus, in narratione magnae seditionis, quae statim post interitum Augusti, et Tiberio vix dum Imperatore salutato, legiones inferioris Germaniae incessit: *Repente lymphati* (milites) *districtis gladiis, in Centuriones inuadunt: prostratos verberibus mulcant, sexageni singulos, vt numerum Centurionum adaequarent.* Legio, sicut patet, vt decem cohortes, triginta manipulos, sic et sexaginta Centurias semper habuit. Illae in suos singulae Centuriones dum saeuiunt, sexagenos milites tantum continere Tacito dicuntur. Igitur in legione sexagies sexageni milites, hoc est, MMMDC. praeter Decanos ipsos et contuberniorum capita, imperante Tiberio, Christo Seruatore incumbente in generis hominum reparationem, plus minus fuerunt. Non est itaque audiendus magnus Hieronymus, qui libri IV. cap. XXVI. Commentariorum in Matthaeum, ad illa Messiae: *An putas, me non posse nunc precari patrem meum, qui huc sistat mihi plures, quam duodecim legiones Angelorum? Vna*, inquit, *legio apud veteres sex millibus hominum complebatur: de duodecim ergo legionibus septuaginta duo millia Angelorum fiunt: in quot gentes hominum lingua diuisa est.* Nam quo tempore Seruator mundi, ὁ Θεάνθρωπος Iesus Christus, ea proferebat, non pluribus, quam MMMDC. ad summum, MMMM. fuit, vt modo declarauimus. Sed cum ista scriberet D. Hieronymus, sexmillenaria sine dubio legio in vsum redierat, quod tum ex aliis, tum ex Flauio Vegetio aequali Diui Hieronymi libro II. capite II. et VI. extremo notum

habe-

habemus. Caeterum Hieronymo curis intento longe grauioribus, et ad alia properanti haec excidiſſe, nec inquirendae talium rerum veritati vacauiſſe, mirabile non eſt: Qui ſecuti ſunt otio abundantes, et ampliſſimos in eundem Euangeliſtam Commentarios etiam nuper ediderunt, in hoc eos pariter exerrauiſſe minus aequo ferre quis animo poteſt?

Sed neque iſto bello Macedonico (eo enim referimur, vnde longius aliquanto digreſſi ſumus) primum omnium legiones ſex millium ſcribi iuſſit populus Romanus, ſi Flauius Eutropius audiatur, quo auctore II breuiarii, antea plus CLXX. annis eundem peditum numerum Romanae legiones habuerunt: *Ex Romanis*, inquit, *tantum tyrones lecti ſunt, factaeque legiones decem: qui modus ſexaginta vel amplius armatorum millia efficiebat.* Decem legiones armatorum ſexaginta millia efficiebant: igitur ſingulae ſexies millenos. Loquitur de legionibus, quae conſcriptae belli Gallici cauſſa, L. Furio Camillo, Appio Claudio Craſſino Regillenſi Coſſ. V. C. anno CCCCIV. ſicut Chronographi et Faſti Capitolini liquido monſtrant; non igitur anno CCCXCII. vt incogitanter ſcripſit, quem modo laudauimus, Iuſtus Lipſius. Idem iuſte quidem hunc Eutropii locum vitii ſuſpectum habuit: ſed ab auctore in eius exſcriptores aeui poſterioris dum illud voluit transferri, inique meo iudicio fecit. Nam Paeanius ſiue Capito Lycius temporum Eutropii, hoc eſt, Valentiniani et Valentis Auguſtorum ferme aequalis, in ſua Eutropiani breuiarii metaphraſi eundem plane militum numerum in legione aſſerit, ex eo, vt patet, quem vertit, vel potius μεταφράζει. Sic ait: δέκα συντάξεις ἐξ αὐτῶν (νεολέκτων) ἐγένοντο, λεγεῶνες κατὰ τὴν αὐτῶν καλούμεναι φωνὴν, ἐκ τῆς γενομένης τῶν νέων ἐπιλογῆς. λέγερε γὰρ παρ᾽ αὐτοῖς τὸ ἐπιλέξασθαι λέγεται. αἱ δέκα δὲ λεγεῶνες αὐταὶ ἑξήκοντα χιλιάδας ἀνδρῶν εἶχον, ὡς ἑκάστην εἰς ἑξακισχιλίους τελεῖν. Mitto, quod in vetuſtis huius metaphraſis libris, ſiue ab ipſo Paeanio, ſiue ab aliquo e Criticis illis antiquis extra paginam in mundo adſcriptum hoc ſcholion adhuc reperitur: λεγεὼν, πλῆθος στρατιωτικὸν ἀνδρῶν ϛ′. *legio, multitudo militaris virum ſexies mille:* intellige, miſſis Centurionibus et Decurionibus, quos ſingulae Centuriae et Decuriae ſingulos habuerunt, id quod pueri ſciunt. Atque ob hoc additum ab auctore, *vel amplius*, neglexerunt Metaphraſtes Scholiaſteſque, et potuerunt iure ἀπαρτιλογίας, quia ſcilicet excurrens minutus numerus ſupra maiorem, puta centenarium, vel millenarium, etiam ab optimis ſcriptoribus vulgo paſſim omittitur. Ab Eutropio autem hic eſſe metuendum mihi vt cenſeam, facit eximius auctor T. Liuius, qui libro IX. in actis eiuſdem anni et eorum Coſſ. quos diximus, illas decem legiones, ſingulas quaternum millium et ducenum peditum, eoque vniuerſas quadragenum duum millium fuiſſe clare teſtificatur.

Extendere omnes Imperii vires Consules delectu habendo Senatus iussit: ciuili quippe standum exercitu esse, quando socialis coetus desereret. Vndique non vrbana tantum, sed etiam agresti iuuentute decem legiones scriptae dicuntur, quaternum millium et ducenum peditum, equitumque trecenorum. Dissensum tam apertum tollere non mihi facile est sine damnatione alterutrius: quem tamen ortum inde arbitror, quod illam historiam non ex eodem fonte, sed ex diuersis, nec eodem modo, vt saepe fit, rem eandem narrantibus historicis, in suos Annales illi transtulerunt.

Aliud Eutropii, et eorum, a quibus hausit, peccatum ingens libet aperire tyronibus, cum ibidem statim subiicit, vniuersas illas decem legiones duce Camillo aduersus Gallos profectas esse. Nam ex Polybio in III. Historia, rem a populo Romano ne octo quidem coniunctis legionibus gestam vnquam fuisse ante Cannensem pugnam (quod est dicere, annis post illa tempora, quibus de agit Eutropius CXXXIII.) certum restatumque, vt quod maxime, habemus: Προὔθεντο δὲ στρατοπέδοις ὀκτὼ διακινδυνεύειν, ὃ πρότερον οὐδέ ποτ᾽ ἐγεγόνει παρὰ Ῥωμαίοις· ἑκάστου τῶν στρατοπέδων ἔχοντος ἄνδρας εἰς πεντακισχιλίους χωρὶς τῶν συμμάχων: *Placuit* (anno V. C. DXXXVII.) *octo legionibus rem gerere, quod nunquam antea populus Romanus fecerat: assignatis cuique legioni quinis hominum millibus praeter auxiliarios.* Ne octo quidem simul legionibus res gesta est ante annum DXXXVII. Decem igitur multo minus anno illo praenotato CDIV. Quod enim Polybius nunquam cum octo legionibus simul iunctis, et ad vnum bellum itum intelligit, distincte ipse postmodum admonet his verbis: Καὶ τοὺς μὲν πλείστους ἀγῶνας δι᾽ ἑνὸς ὑπάτου καὶ δύο στρατοπέδων, καὶ τοῦ προειρημένου πλήθους τῶν συμμάχων κρίνουσι· σπανίως δὲ πᾶσι πρὸς ἕνα καιρὸν, καὶ πρὸς ἕνα χρῶνται κίνδυνον. τότε μὲν οὕτως ἐκπλαγεῖς ἦσαν καὶ κατάφοβοι τὸ μέλλον, ὡς οὐ μόνον τέτταρσιν ἀλλ᾽ ὀκτὼ στρατοπέδοις Ῥωμαϊκοῖς ὁμοῦ προῄρηντο διακινδυνεύειν. Haec Polybiana quam lati erroris Eutropium et eius Metaphrasten conuincunt, tam eadem Liuio nihil officiunt: quippe qui statim subiicit illas decem legiones diuisas fuisse tripartito, duabus in Vrbe relictis, aliis octo inter Praetorem Pinarium et Camillum Consulem distributis. *Consul*, inquit, *duabus legionibus vrbi praepositis, octo cum L. Pinario Praetore diuisis, memor paternae virtutis* (M. Furii Camilli filius erat) *Gallicum sibi bellum extra sortem sumit: Praetorem oram maritimam tutari, Graecosque arcere littoribus iussit.* Eadem cautione scribit hic idem Patauinus Historicus libro II. iam anno V. C. CCLIX. cum trini hostes, Volsci, Aequique et Sabini, forte in armis essent, legiones quidem decem quoque effectas, *quantus*, inquit, *ante nunquam Romae visus erat exercitus;* sed easdem pro triplici genere hostium diuisas tripliciter: nempe ternas datas Consulibus, quatuor reliquis Dictatorem vsum.

Non

Non porro, quod ſciam, alium ab Eutropio vel Plutarcho (quos ambo falſi damnauimus) reperire auctorem eſt, qui ſexmillenariam praeciſe factam eſſe legionem ante praedictum bellum Macedonicum memoriae proditum nobis reliquerit. Quare videant tyrones, ne ab Halicarnaſſenſi Dionyſio induci ſe patiantur, qui IX. libro Ἀρχαιολογίας, non longe a principio, ſic ait: Ἐπειδὴ δὲ ἐπαύσατο, προσέρχεταί τις ἐκ τοῦ πλήθους Μάρκος Φλαβολήϊος, ὅλος ἀνὴρ δημοτικὸς μὲν καὶ αὐτουργὸς, οὐ μὴν τῶν ἀπερριμμένων τις, ἀλλὰ τῶν ἐπαινουμένων δι' ἀρετὴν, καὶ τὰ πολέμια ἄλκιμος, καὶ δι' ἄμφω ταῦτα ἑνὸς τῶν ταγμάτων τῇ λαμπροτάτῃ κεκοσμημένος, ᾗ τὰς ἑξήκοντα ἑκατονταρχίας ἕπεσθαί τε καὶ τὸ κελευόμενον ὑπηρετεῖν κελεύει νόμος. Id quod ſcribit Dionyſius, incidit in annum I. Olympiadis LXXV. Vrbis Romae CCLXXIII. Cn. Manlio Vulſone, et M. Fabio Bibulano II. Conſulibus. Sexagenae vero centuriae, dicat tyro aliquis, neque dum in veterum ſcriptorum lectione ſatis exercitatus, quas vnius legionis duci paruiſſe, hoc eſt, in vna legione fuiſſe, ait nobiliſſimus hiſtoricus, nonne plene illa ſena millia efficiunt? Omnino, inquam ego, ſi centuriae centenum hominum ſingulae fuerunt. Sed duces ordinum et praefectos manipulis (manipulorum binae partes, quae Ordines Centuriaeque appellatae) ἑκατοντάρχας, *Centuriones* Dionyſius, aliique Graeci et Latini rerum Romanarum ſcriptores vocant κατὰ πρόληψιν, qui cum in ſingulis manipulis bini, et in quaque legione ſexageni ſemper fuerint, vt Cincius apud Gellium, Polybius, Tacitus, et alii qui non? tradunt; nec ipſi manipuli et legiones eundem ſemper militum numerum habuerint: apparet, ἑκατονταρχίας, *centurias*, non ſemper centenum militum ſingulas fuiſſe, nec ipſos centuriones centum militibus ſemper praefuiſſe: ſed tantum, quando ſenum millium ſingulae legiones, et ducenum militum ſinguli manipuli fuerunt. Eſt ergo Friderici Sylburgii hallucinatio non mediocris, qui in indice, quem Halicarnaſſei libris hiſtoricis ſubnexuit, *praedictas* ſexaginta centurias, *ſex millia* interpretatur. Et Pompeium Feſtum, qui centuriam in re militari eſſe centum homines generatim, ac nullo temporum diſcrimine aſſignato prodit, mereri negligentiae notam inſignem procul dubio cenſor bonus iudicabit. Contra (id enim per occaſionem adnotare non graue ſit) Tribunatus militum auctores omnes, qui Graece ſcripſerunt, et noſter cum primis, puta in Caeſare, χιλιαρχίας, quaſi dicas, *praefecturas millenarias*, et Tribunos militum χιλιάρχους, *duces millenarios* appellant, quos tamen ſcimus tam fuiſſe legionum duces, quam Centuriones manipulorum erant, et ſex vulgo in quamque legionem datos eſſe, binoſque et binos ei per vices imperauiſſe: ita vt quanta quanta eſſet legio, termillenaria, quatermillenaria, minor vel amplior, nullo vnquam tempore Tribuni militum millenarii ſiue χιλίαρχοι, hoc eſt, millenis

 mili-

militibus praefecti proprie fuerint. Itaque fallit noster, alioqui doctus vir et facundus, Amiotus, qui passim χιλιαρχίαν vertit, (exempli caussa in eo, quem dixi, loco Vitae Caesaris) *un estat de Capitaine de mille hommes de pied.* Caeterum (nisi coniecturae fallimur) militares eiusmodi Tribunatus, χιλιαρχίας, *Millenarias*, fortassis et Ordines, siue dimidiatos manipulos, ἑκατονταρχίας, *Centurias* Romani primum appellauerunt, Graecorum et Macedonum, et, si vis, Persarum exemplo, qui suas phalanges in centenos homines, et millenos distribuebant, eoque istas militum manus, ἑκατοστείας, vel ἑκατονταρχίας, has χιλιαρχίας, proprie ac vere vsurpabant, vt ex Q. Curtio lib. v. Herodoto lib. VII. Xenoph. lib. IV. παιδείας, et aliis antiquis historiae Graecae atque Persicae conditoribus plane licet intelligere. Distributionem igitur illam quia sunt imitati prisci Quirites in legionibus suis, et Tribunos militum supra ordinum duces habuerunt, sicut Macedones et Persae Chiliarchas siue Millenarios supra Hecatontarchas vel Centuriones; opinor, ab hac aliqua similitudine ad suam militiam illas Graecas appellationes transduxerunt.

ANIMADVERSIO III.

Aetatem Romuli anno breuiorem, regnum anno longius, quam oportuit, videri fecisse Plutarchum. A se necne super hoc posteriore dissentiat. Pugnare cum opinione omnium maxime recepta circa Natalem vrbis, qui tamen neque certo cuiquam innotuit.

In extremo Romulo Pag. 147. antepen.

Λέγεται δὲ Ῥωμύλος τέσσαρα μὲν ἔτη καὶ πεντήκοντα γεγονὼς, ὄγδοον δὲ βασιλεύων ἐκεῖνο καὶ τριακοστὸν, ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισθῆναι. In vtroque numero diuerse labi videtur. Nam T. Liuius, et Dionysius Halicarnasseus, vt alios minorum gentium Historicos praeteream; ambo accuratissimi et dulcissimi, qui vni omnium veterum diligentissime rem Romanam inuestigarunt, vt aliorum industriae nihil reliquum fecerint, aetatem Romuli anno longiorem, et regnum anno breuius constituerunt. Verba Dionysii, quia etiam vetustissimorum Scriptorum hanc fuisse opinionem indicant, adducam ex Originum Romanarum libro II. *Qui Romam igitur condidit, et primus ab ipsis Romanis Rex est declaratus Romulus, nullis ex se relictis liberis, post annos* VII. *et* XXX. *quam regni gubernacula tenuit, annum a suis natalibus* V. *et* L. *agens, talem exitum vitae habuit. Admodum enim iuuenis, et duodeuicesimo aetatis anno principatum est consequutus: id quod est in confesso apud omnes, qui de rebus illius historias conscripserunt.* Ad hunc igitur calculum res si putetur, peccauit noster in aetate Romuli assignanda ἐλλείψει anni vnius: et contra in definiendis

finiendis eius regni temporibus, ὑπερβολῇ item vnius. Credat aliquis, vel ipſum Plutarchum erroris huius poſterioris vltro ſe deterre voluiſſe, quando in Numae principio Romulum anno V. C. VII. et XXX. diem ſuum obiiſſe diſerte annotauit. Sed mitior Critica reſponderit, eum fortaſſean in Romulo anni iam incepti rationem conſulto conſilio habuiſſe: in Numa vero, exemplo eorum, quos modo laudauimus, non niſi ſolidos et completos annos adſcripſiſſe, neglectis diebus aut ſeptimanis aliquot excurrentibus, quae ſcilicet ab XI. Cal. Maias, in quem diem conditum Vrbis, ſimul et initium imperii Romuli cecidiſſe noſter in huius vita pag. 50. Plinius lib. XVIII. cap. XXVI. obſeruant, ad Nonas Quintiles, in quibus hic idem cum imperio vitam creditur amiſiſſe, cum aliis, tum Lampridio in narratione rerum Commodi, et noſtro pag. 76. et 130. horum Parallelorum, intermediae fuiſſe comperiuntur. Hoc eſſe namque omnibus Hiſtoricis ſolemne atque vſitatum, annum vel diem currentem modo negligere, modo pro completo et exacto vſurpare, ſciunt eruditi, et nos alibi commodius docemus. Vide Animaduerſ. XLV. extremam.

Nollem in hac eadem Vita pag. 51. idem noſter tam libenter fidem ſuam iis obſtrinxiſſet, qui eunabula Vrbis in annum III. VI. Olympiadis incurriſſe olim putauerunt. In annum I. VII. Olymp. eſſe potius referenda teſtis eſt is, quem modo nominaui, probatae diligentiae ſcriptor Halicarnaſſenſis, cum aſſenſu maximo et Neotericorum ferme omnium Chronographorum, et Euſebii Caeſarienſis II. libro παντοδαπῆς ἱστορίας, et I. Solini Polyhiſtoris, qui collatis Graecorum et Romanorum temporibus, ſupputationem hanc omnium eſſe tutiſſimam ſe denique deprehendiſſe cap. II. Memorab. proditum reliquit. Adhuc tamen video deeſſe, vnde quis reprehenſionem hanc eleuet, atque a Plutarcho vtcunque amoliatur: ſi nempe dixerit, eum nihil afferre de primis Vrbis Palilibus, niſi quod M. Varroni, Pomponio Attico, Velleio, Ciceroni, pridem ante affirmatum ſatis conſtat: deinde quicquid Hiſtorici aliique ſcriptores de Natalibus Vrbis tradiderunt, id coniectura potius quadam, quam πληροφορίᾳ, vt verbum Apoſtolicum vſurpem, ductos feciſſe: ſicut fortaſſis de Romuli vita et morte nihilo certius quicquam dicere iidem habuerunt.

ANIMADVERSIO IV.

Quod in aſſignanda aetate Pythagorae ſine cauſa haeſitauerit, vel potius ceſpitauerit Plutarchus. Ouidii χρονικὸν ἁμάρτημα, Numam Pythagorae auditorem fuiſſe arbitrantis. Eidem errori conſcii alii antiqui. Notatus Plinius.

In NVMA pag. 235. vlt.

Λεγομένου δ᾽ οὖν, ὡς Νουμᾶς γένοιτο Πυθαγόρου συνήθης. Hic, et poſt aliquanto pag. 140 et 141. et in Moralibus clare innuit, ſe ambi-

ambigere quidem ſuper aetate Pythagorae, inclinare tamen adhuc magis in eorum opinionem, qui Numae atque Pythagorae συγχρονισμὸν et familiaritatem aſſeruerunt. In quo illum eſſe fruſtra, et quos alios cumque opinionis eiuſdem aſſertores, gemino docet argumento Dionyſius II. Ἀρχαιολ. quem vide. Interim alii magni teſtes eadem re ſuper audiantur. Liuius I. libro: *Auctorem doctrinae eius* (omnis diuini atque humani iuris) *quia non exſtat alius, falſo Samium Pythagoram edunt: quem Seruio regnante Romae centum amplius poſt annos iuuenum aemulantium ſtudia coetus habuiſſe conſtat.* Cicero I. Tuſculana: *Pythagoras regnante Tarquinio Superbo in Italiam venit.* Et IV. *Pythagoras fuit in Italia temporibus iiſdem, quibus L. Brutus patriam liberauit.* Conſentiunt Laërtius lib. VIII. Gellius lib. XVII. cap. XXI. Euſebius Χρονικῶν MCDXCVII. Pariter Strabo et Lucianus, quando hic ἐν τῷ, Φάλαρις πρῶτος, Phalaridem, ille XIV. libro, Polycratem, tyrannos iiſdem ferme temporibus, quibus Seruius et Superbus Romae regnabant, Pythagorae omnino aequales fuiſſe produnt. Quid ergo noſter in tanto ſummorum ſcriptorum conſenſu adhuc ἐπέχει, et dubitandi locum parum cautis lectoribus ſuper aetate Pythagorae relinquit? Habet tamen ſuae huius indignae ἀῤῥεψίας ſocium minime ignobilem poëtam Ouidium, qui III. Faſtorum de Numa ita canit: *Siue hoc a Samio doctus, qui poſſe renaſci Nos putat, Egeria ſiue monente ſua.* Et in III. de Ponto eleg. III. *Talia nec Chiron ab Achille praemia cepit: Pythagoraeque ferunt non nocuiſſe Numam.* Qui alii antiqui huius eiuſdem erroris contagione afflati fuerint, cum diſces aliunde, tum ex Plinii lib. XIII. cap. XIII. intelliges. Sed eidem Plinio lib. II. cap. VIII. *Veneris ſtellae naturam Pythagoram deprehendiſſe, Olympiade* XLII. *qui fuit annus Vrbis* CXLII. procul vero dictum, ante allata teſtimonia manifeſto euincunt. Si enim ad Regifugium vſque, hoc eſt, ad A. V. C CCXLIV. et infra, ſuam vitam produxit, ſicut clare Cicero docet: profecto annus ille, quo natura Veneris ab eo deprehenſa fertur, eius natalem ſolida minimum dodecaëteride anteceſſit: nam anno aetatis nonageſimo obiit, vt docet in eius vita plurium opinionem ſecutus Laertius. Notam culpae haud magis effugiet Plinius, licet ſpreto Laertio Tzetzes vel Photius audiantur, qui vitam Pythagorae, ille XI. Chil. hiſtor. CCCLXVI. annis nouem, hic Bibliothecae Cod. CCXLIX. quatuordecim longiorem fuiſſe tradunt. Tot porro annorum Pythagoras, iiſdem aliquibus temporibus, Seruio, Tarquinioq́, Bruto ſynchronos, vt patet, eſſe facile potuit; ne pugnare ſibi ante laudatos aduerſus Plutarchum auctores exiſtimes.

ANIMAD-

ANIMADVERSIO V.

Falso dixisse Plutarchum, ius trium liberorum a Numa concessum Vestalibus. A quo ergo? In quo illud, et aliud tergeminorum discreparunt? Ex qua caussa vtrumque natum? Notatus Sabellicus. Lictoris honorem a Numa Vestales non obtinuisse, contra Plutarchum. Illum honorem institutum sub Augusto, cur? Vestalibus creditum etiam iniuratis, secus sentiente Plutarcho.

In NVMA pag. 265. 10.

Τιμὰς δὲ μεγάλας ἀπέδωκεν αὐταῖς (ἱεραῖς παρθένοις) ὧν ἐστι καὶ τὸ διαθέσθαι ζῶντος ἐξεῖναι πατρὸς, καὶ τ᾽ ἄλλα πράττειν ἄνευ προστάτου διαγούσας, ὥσπερ etc. Bis aut ter sua opinione falsus, Primò quod ius trium liberorum a Numa vult concessum Vestalibus, quod Augustus non nisi ferme DCC. post Numae interitum annis omnium primus cum iis tandem communicauit, referente Cocceio in actis A. V. C. DCCLXII. lib. LVI. quinque aut sex paginis post principium: Καὶ ταῖς ἀειπαρθένοις πάνθ᾽, ὅσαπερ αἱ τεκοῦσαι εἶχον, ἐχαρίσατο.

Deinde qui ius illud trium liberorum a Numa ipsae virgines obtinuissent, quod sub illo rege nondum plane innotuerat, nec est institutum nisi longissimi post temporis interuallo, et initio Augustaei principatus? Nam falluntur quoque, qui eius originem a praeclaro facinore tergeminorum Horatiorum repetendam ducunt, et eo Halicarnasseum trahunt, qui Ἀρχαιολογ. lib. III. ita infit: Ἔστι δὲ καὶ νόμος παρ᾽ αὐτοῖς δι᾽ ἐκεῖνο κυρωθεὶς τὸ πάθος, ᾧ καὶ εἰς ἐμὲ χρῶνται, τιμὴν καὶ δόξαν ἀθάνατον τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις περιτιθεὶς, ὁ κελεύων, οἷς γένωνται τρίδυμοι παῖδες, ἐκ τοῦ δημοσίου τὰς τροφὰς τῶν παίδων χορηγεῖσθαι μέχρις ἥβης. Lex ipsa Tullum Hostilium latorem habuit, vt patet, hisque ferme concepta verbis, sola ex omnibus, quas ipse Rex condidit, adhuc superstes est: *Nati trigemini, donicum puberes esunt, de publico aluntor.* Τρίδυμοι παῖδες, *nati trigemini*, trini sunt vno partu editi: sicut δίδυμοι, *gemini*, Castor et Pollux ex eodem ouo nati, vt est in fabulis, nominantur: et Aegyptiae mulieres singulis puerperiis *quadrigeminos*, interdum *parere*, Straboni Geographicorum XV. dicuntur: et ex iisdem vnam ἑπτάδυμα τετοκέναι τετράδυμα τίκτειν, *septemgeminos peperisse*, tradit apud eundem Geographum Aristoteles. Itaque τριδύμους παῖδας loci adscripti ex Dionysio, *trinos liberos* non recte vertit Enneadis II. lib. IV. Cocceius Sabellicus. Nam id priuilegium, quo de agit nobilis Historicus, non impetrarunt sub regibus, aut stante Republica, quilibet trinum liberorum parentes; sed duntaxat τριδύμων, *tergeminorum:* neque sub Caesaribus aliter, opinor, obtinuit. Aliud accessit ius, quod commune fuit omnium parentum τριπαίδων, siue τριγονίᾳ nobilitatorum, hoc est, qui trinos liberos,

beros, etsi non tergeminos, suscepissent. Itaque non *tergeminorum* dictum est, sed *trium liberorum ius*, et ita vulgo passim ab omnibus auctoribus vsurpatur: etsi *ius liberorum* ἁπλῶς dixerit Iulius Paulus I. C. *Iura parentum*, Iunius Iuuenalis; *parentum Privilegia*, Corn. Tacitus; *Auctoritatem trium liberorum*, Florens Tertullianus. Caussa eius potissima, summa ciuium penuria fuit, illata ex bellis ciuilibus, cui vt medicinam faceret Augustus, simul et rei vxoriae ac πολυπαιδίας amorem induceret, partim ius illud instituit, et cum eo custodiae, tutelae, caeterorumque munerum personalium, vt vocant, immunitatem coniunxit: partim vero leges nobilissimas Iuliam A. V. C. DCCXXXVI. et Papiam Poppaeam A. DCCLXI. fixit, et alia ingentia praemia poenasque non mediocres, has ἀγαμίᾳ καὶ ἀπαιδίᾳ, illas φιλογαμίᾳ καὶ εὐτοκίᾳ pro rata portione proposuit, vt Suetonius, Tacitus, Dio, Horatius, Scholiastes Iuuenalis, alii multi tradiderunt.

Neque a Numa lictoris honorem eaedem virgines habuerunt, sed ab Octauio Caesare, M. Antonio, et M. Lepido triumviris, vt optime scripsit Historiae Augustae princeps Dio lib. XLVII. A. V. C. DCCXII. vbi et caussam huius instituti subiungit: ταῖς δὲ ἀειπαρθένοις ῥαβδούχῳ ἑνὶ ἑκάστῃ χρῆσθαι ἔδωκαν· ὅτι τις αὐτῶν ἀπὸ δείπνου πρὸς ἑσπέραν οἴκαδε ἐπανιοῦσα, ἠγνοήθη-τε καὶ ὑβρίσθη. Ab hac igitur occasione triumuiri lictorem in praesidium simul ac decus Vestali Virgini praeire tum primum isto anno voluerunt.

Non denique Plutarcho damus, oportuisse iurare Vestalem sacerdotem, casu se, non consilio, factam obuiam reo, qui ad supplicium ducebatur. Nam Sacerdotii honore ei vel iniuratae credebatur, et ad iusiurandum ipsam adigere populus Romanus ducebat summum nefas. Hoc conuincunt verba Praetoris ex edicto perpetuo de Flamine Diali, et de Sacerdote Vestae, quae adscripsit in suis Noctibus A. Gellius cap. XV. extremo libri X. *Sacerdotem Vestalem et Flaminem Dialem in omni mea iurisdictione iurare non cogam.* Vide Lipsium Syntagmate de Vesta et Vestalibus.

ANIMADVERSIO VI.

Quod annus Romuli fuerit solummodo denum mensium, dierum CCCIV. *contra Plutarchum, Macrum, Fenestellam (de his obiter) et Iosephum Scaligerum, qui fuisse duodecimestrem contendunt. Dati testes omni exceptione maiores anni Romulei decimestris. Explicatus Ouidius. Lustrum, spatium* V. *annorum. Incogitantia Ouidii. Quando scribebat Censorinus.*

In eodem NVMA, pag. 285. 6.

Ῥωμύλου βασιλεύοντος, ἓν μὲν φυλάττοντες (ἦσαν) μόνον, ὅπως ἑξήκοντα καὶ τριακοσίων ἡμερῶν ὁ ἐνιαυτὸς ἔσται. Pag. 156. Μετεκίνησε δὲ τὴν

τὴν τάξιν τῶν μηνῶν. τὸν γὰρ Μάρτιον πρῶτον ὄντα, τρίτον ἔταξε· πρῶτον δὲ τὸν Ἰαννουάριον, ὃς ἦν ἑνδέκατος ἐπὶ Ῥωμύλου. δωδέκατος καὶ τελευταῖος, ὁ Φεβρουάριος, ᾧ νῦν δευτέρῳ χρῶνται. Duo dicit, et annum fub Romulo fuiſſe dierum CCCLX. et duodenos menſes in ipſum annum ſub eodem Rege fuiſſe imputatos: ideo deerrat dupliciter. quod enim ſequitur de anno decimeſtri, non ex ſua, ſed ex aliorum opinione id aperte ſubdit. In annum veterum Romanorum ante ordinationem Pompilianam denos ſolummodo menſes, dies trecenos quaternos fuiſſe aſſignatos et docti ſciunt, et teſtibus *πολλοῖς κἀγαθοῖς* aduerſus Plutarchum, ſed non ſolum, rudioribus peruincimus. *Sed non ſolum* dixi. Nam et olim annum Romanum Licinius Macer, atque poſtea Lucius Feneſtella, ſtatim initio Vrbis, duodecim menſium fuiſſe tradiderunt, vt eſt videre apud Cenſorinum libro de die Natali cap xx. (Licinium Macrum intellige, Annalium conditorem veterem ac nobilem, quippe cuius auctoritate res dubias T. Liuius plerumque amat confirmare: L. autem Feneſtellam, non illum neſcio quem, qui hodie teritur manibus puerulorum, ſcilicet *χθὲς καὶ πρώην* a ſemidocto ſcholaſtico conſutum; ſed alium ſcriptorem Annalium, qui obiit nouiſſimo Tiberii Caeſaris principatu, vt notat Plinius, et quem cum honore ipſe maior Plinius, noſter Plutarchus, Gellius, Vlpianus, Tertullianus plus vno loco atteſtantur) et nudiuſtertius Ioſephus Scaliger in II. De emendat. tempor. magno conatu voluit comprobare. Rationes, quas adducit, quam non ratae? quam fere nihil, praeter *καινοτομίαν* plurimam, et illam, quae D. Baſilio dicitur *ἀμετρία τῆς ἀνθολκῆς*, *immoderatam cupiditatem trahendi omnia in ſequiorem partem*, denotant? Claſſicis auctoribus prope omnibus, Criticis, Hiſtoricis, Poëtis, Grammaticis, ſuam obſtringere fidem quando tutius? M. Terentius Varro, inueſtigator omnis antiquitatis diligentiſſimus, et Romanorum ſine controuerſia eruditiſſimus, annum decimeſtrem ſub Romulo placuiſſe omnium primus admonuit, teſte Cenſorino in libro, quem proxime dixi. Hoc vult ipſum princeps Romanae Hiſtoriae T. Liuius in Numae Pompilii rebus, cum ait: *Omnium primum ad curſum Lunae in* XII. *menſes Numa deſcribit annum.* Ouidius poëta dulciſſimus, idemque Romanae vetuſtatis et in inuentis rebus, et in actis eximie peritus, initio primi Faſtorum: *Tempora digereret cum conditor Vrbis, in anno Conſtituit menſes quinque bis eſſe ſuo. Scilicet arma magis, quam ſidera, Romule, noras, Curaque finitimos vincere maior erat. Eſt tamen et ratio, Caeſar, quae mouerit illum, Erroremque ſuum quo tueatur habet. Quod ſatis eſt, vtero matris dum prodeat infans, Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis. Per totidem menſes a funere coniugis, vxor Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo. Martis erat primus menſis*, etc. Et mox: *Aſt Numa nec Ianum, nec auitas praeterit vmbras, Menſibus antiquis addidit ille duos.* Idem de

primis

primis Quiritibus et eorum anno lib. III. *Mensibus egerunt lustra minora decem.* Recte. Lustra enim antiqua quinum annorum plenorum, id est, duodecimestrium, fuerunt. Apuleius Apologia pro se: *Annos computet, quos* LX. *mulieri assignabat, probet* V. *et* L. *Lustro mentitus est*, id est quinquennio, vt patet. Hinc Glossae, *Lustrum*, πενταετηρίς. Igitur lustrum sub Romulo, hoc est spatium quinum annorum, decimestrium videlicet, denis mensibus lustro, siue quinquennio Pompiliano minus fuit. Paulo post: *Annus erat, decimum cum Luna receperat orbem: Hic numerus magno tunc in honore fuit. Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus, Seu quia bis quino foemina mense parit: Seu quod ad vsque decem numero crescente venitur, Principium spatiis sumitur inde nouis. Primus oliuiferis Romam deductus ab armis Pompilius menses sensit abesse duos.* Quod autem ait Poëta, Romuli annum cum Lunae decimo orbe finiisse: innuit, menses iam sub Romulo fuisse Lunares, hoc est, cum Lunae cursu conuenisse: quod tamen ante videtur negasse T. Liuius, et Macrobius atque Solinus expresse infra confutant, etiam Plutarchus, cui propterea Romani veteres τῆς ἀνωμαλίας γενομένης περὶ τὴν σελήνην καὶ τὸν ἥλιον ἔννοιαν οὐκ ἔχοντες appellantur. Auctor libelli de Viris illustribus, quem plerique Plinium Iuniorem nominant, cap. III. *Annum in* XII. *menses Numa distribuit, additis Ianuario et Februario.* C. Iulius Solinus Memorabilium cap. II. *Romani in initio annos decem mensibus computauerunt a Martio auspicantes, adeo vt eius die prima de aris Vestalibus ignes accenderent, mutarent veteribus virides laureas, Senatus Populusque comitia agerent, matronae seruis suis coenas ponerent, sicuti Saturnalibus domini: illae vt honore promtius obsequium prouocarent: hi quasi gratiam repensarent perfecti laboris.* Nam mense Decembri, qui finiebat annum, Saturnalia celebrabantur, vt notum est. Post idem auctor: *Tunc enim iste numerus* (x. mensium) *explebat annum, ita vt sex menses tricenum dierum essent, quatuor reliqui tricenis et singulis explicarentur. Sed quoniam ratio illa ante Numam a Lunae cursu discrepabat, lunari computatione annum peraequarunt, quinquaginta et vno die adiectis.* Grammatici quidam apud Gellium lib. III. c. XVI. *Homeri aetate, sicut Romuli, annum fuisse non* XII. *mensium, sed* X. respondent. Macrobius primi Saturn. cap. XII. *Non igitur mirum, in hac varietate Romanos olim auctore Romulo annum suum* X. *habuisse mensibus ordinatum, qui annus incipiebat a Martio, et conficiebatur diebus* CCCIV. Idem eodem extremo capite: *Haec fuit a Romulo annua ordinata dimensio, qui, sicut supra iam diximus, annum* X. *mensium, dierum vero* IV. *et* CCC. *habendum esse instituit; mensesque ita disposuit, vt quatuor ex his tricenos singulos, sex vero tricenos haberent dies. Sed cum is numerus neque*

Solis

Solis curſui, neque Lunae rationibus conueniret, etc. Cenſorinus, eximius ille et doctiſſimus temporum et antiquitatis vindex, in aureolo libro de Die natali, quem ad Q. Caerellium ſcribebat anno a conſtitutione Iphitearum Olympiadum MXIV. id eſt, Olympiadis CCLIV. anno II. Chriſti Domini CCXL. Imperii Maximini IV. *Annum vertentem Romae Licinius quidem Macer, et poſtea Feneſtella, ſtatim ab initio* XII. *menſium fuiſſe ſcripſerunt. Sed magis Iunio Gracchano, et Fuluio, et Varroni, et Suetonio, aliisque credendum, qui* X. *menſium putauerunt fuiſſe: vt tunc Albanus erat, vnde orti Romani. Hi* X. *menſes, dies* CCCIV. *hoc modo habebant*:

Martius	XXXI.	*Quintilis*	XXXI.
Aprilis	XXX.	*Sextilis et September*	XXX.
Maius	XXXI.	*October*	XXXI.
Iunius	XXX.	*Nouember et December*	XXX.

Quorum quatuor maiores pleni, caeteri ſex caui vocantur. Ex hoc Cenſorini teſtimonio, praeter laudatos auctores, adhuc Suetonium, Fuluium Nobiliorem, et Iunium Gracchanum, antiquos et illuſtres ſcriptores, de anno Romuli decimeſtri plane eadem cum Varrone ſenſiſſe cognoſcimus, etſi eorum, ſicut et Varronis ipſius opera, in quibus hoc argumentum ſedulo tractatum atque agitatum fuerat, acta retro ſecula nobis inuiderunt. Hic ergo valeat, ſi vnquam alibi, Graecorum adagium vetus, τῶν πλειόνων ψῆφος νικᾷ.

ANIMADVERSIO VII.

Argumentatio Plutarchi ἀσυλλόγιστος, *vt probet eorum opinionem, qui* X. *ſolum menſes in anno vetere Romano fuiſſe contendebant. Anni Hebraici antiqui, et hodierni Sinenſis, Iaponici, atque Indici menſes ab ordine et numero denominati. Animaduerſa et ſoluta obiectio aſſertorum anni duodecimeſtris ſub Romulo. Regnum Romuli annorum* VII. *et* XXX. *decimeſtrium, an* δωδεκαμήνων.

In eodem NVMA, pag. 286. I.

Πολλοὶ δέ εἰσιν, οἱ προστεθῆναι τούτους ὑπὸ Νουμᾶ τοὺς μῆνας λέγουσι, τόν τε Ἰαννουάριον καὶ τὸν Φεβρουάριον, ἐξ ἀρχῆς δὲ χρῆσθαι δέκα μησὶν εἰς τὸν ἐνιαυτόν. Id quidem recte ac vere Plutarcho, atque illis plurimis, quos intelligit, proditum, ex animaduerſione noſtra ſuperiore cognoſci poteſt. Hoc vero putide ac pueriliter, quod ſequitur: Ῥωμαῖοι δὲ ὅτι μὲν δέκα μῆνας εἰς τὸν ἐνιαυτὸν ἔταττον, οὐ δώδεκα, τεκμήριον ἡ τοῦ τελευταίου προσηγορία. δέκατον γὰρ αὐτὸν ἄχρι νῦν καλοῦσι. Rurſus in Problem. Romanis, quaeſtione XVIII. pag. 268. A. τὸ γὰρ παλαιὸν ὁ Μάρτιος ἠριθμεῖτο πρότερος, ὡς ἄλλοις τε πολλοῖς δῆλόν ἐστι τεκμηρίοις, καὶ μάλιστα τῷ τὸν πέμπτον ἀπὸ τοῦ Μαρτίου, πέμπτον. καὶ τὸν ἕκτον, ἕκτον ὀνομάζεσθαι, καὶ τοὺς ἄλλους ἐφεξῆς ἄχρι τοῦ τελευταίου, ὃν Δεκέμ-

βριον καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ Μαρτίου δέκατον ἀριθμούμενον. ἐξ οὗ δὴ καὶ παρέστη τισὶν οἴεσθαι καὶ λέγειν, ὡς οὐ δώδεκα μησὶν, ἀλλὰ δέκα συνεπλήρουν οἱ τότε Ῥωμαῖοι τὸν ἐνιαυτόν. Cauſae optimae, ſed non ſuae (nam Romuli annum duodecimeſtrem ipſe conſtituit) peſſime ac plane quaſi quadam praeuaricatione hic noſter patrocinatur. Quod enim menſis Martius anni veteris Romanorum initium fuerit, et ab eo decimus ſit December, qui a numero et ſitu inditum nomen eſt, nec alius poſt eum ſequatur, qui a numero appellationem habeat: infert cogitque, aut iſti anni Decimeſtris aſſertores, Decembrem anni Romulei menſem poſtremum fuiſſe, nec alium poſt eum vllum, non Ianuarium, non Februarium ſecutum. Haec concluſio quam bene ſequatur ex praemiſſis, Logici viderint: nos aliam potius collectionem, praeſertim a Philoſopho, exſpectabamus. Quo enim ſcito nomina menſibus ab ordine atque numero facienda eſſe nouerat ſiue Plutarchus, ſiue ipſi alii, quos nobis narrat, cauſam hanc ſuae illius ſuſpicionis praecipuam attuliſſe; quemadmodum in antiqua Hebraici anni forma fuiſſe accipimus, et adhuc eſſe in hodierna Sinarum, Iaponenſium, et Indorum, qui ſuos menſes primos, ſecundos, tertios, et ita porro nominant, αὐτόπται μάρτυρες teſtificantur. Quod ſi Romae principio receptum fuit, quidni ego pariter contendam ſequi, Martium, Aprilem, Maium, Iunium, ante ordinationem Pompilianam nequaquam fuiſſe, qui non ſunt a numero cognominati, non Martius dicitur primus, non Aprilis ſecundus, non Maius tertius, non Iunius quartilis, vt recte quoque Scaliger obſeruat. Huic autem eidem, et noſtro Plutarcho, atque aliis aliquibus illum annum Romuli δεκάμηνον explodentibus, et δωδεκάμηνον fuiſſe ſtatim initio affirmantibus, oleum atque operam totam periiſſe, animadverſione ſuperiore ſatis eſt commonſtratum.

Tamen pro illorum opinione haec fortaſſean aliquis obiiciet: Fatentur prope omnes antiquae memoriae ſcriptores, regnare Romulum coepiſſe Olympiadis VII. anno I. deſiiſſe autem anno eodem XVI. Olympiadis: Igitur regnauit IX. ſolidas Olympiades, ſingulas quaternum annorum noſtratum, vel menſium duodequinquagenum abſolutorum, id quod mediocriter docti ſciunt: igitur annos eoſdem noſtros ſenos, aut, ſi vis, ſeptenos et tricenos, quot annorum T. Liuius, Dionyſius Halicarnaſſenſis, noſter Chaeroneus, Hiſtorici alii ferme vniuerſi, regnum Romuli fuiſſe produnt. At iſti anni Romulei ſi decimeſtres tantum fuiſſent, addere oportuiſſet quaternos et ſeptuagenos menſes, ſicut patet, id eſt, plus integro ſeptennio, vt ipſas IX. Olympiades in illiuſmodi annos decimeſtres reſoluerent. Sed eſt reſponſio in promtu: Auctores ſcilicet potuiſſe καθ' ὁμαλισμὸν, ſiue *per aequationem*, prioris aeui calculum rationibus aetatis ſuae accommodare, hoc eſt, ex pluribus annis decimeſtribus ſiue Romuleis

efficere

efficere pauciores, nempe VII. et XXX. ſolidos, et duodenum menſium ſingulos; quot ſcilicet a primis Vrbis Palilibus ad Romuli exitum numerantur: aut hoc ipſum facere Numam potuiſſe, quando binos menſes addidit, et cauere, vt ſic deinceps anni Vrbis putarentur. Nam anni, quos regnauit Romulus ſeptenos et tricenos, duodecimeſtres haud dubie fuerunt, vt ex iis, quas modo dixi, Olympiadibus manifeſtum relinquitur. Igitur annos ſuos (decimeſtres) quaternos et quadragenos, eoque amplius, Romulus Rex fuit.

ANIMADVERSIO VIII.

Iani Quirini fores ſemel ab Auguſto, poſt V. C. ad Traiani tempora ter duntaxat clauſas temere Plutarchum credidiſſe. Quoties id acciderit ſub Auguſto, quoties item ante et poſt eundem principem, non incurioſe declaratum. XIII. *Iani* κλείσεων *mentio in antiquis memoriis. Diſſenſum a Lipſio, item et a Caſaubono. Vtrum naſcente Chriſto Ianus Geminus ſit cluſus, vt narratum Oroſio. Eius vana pietas et officioſum mendacium. Florus reprehenſus, an excuſatus. Vellicati Camers et Vinetus. Ianum tertio clauſum ab Auguſto non diu manſiſſe obſeratum, vt ſcriptum Caſaubono poſt Oroſium. Quartum claudere Iani portas Auguſtum voluiſſe, nec potuiſſe. Oroſii et Pauli Diaconi erratio. Quinquies videri Ianum clauſum a Nerone: et falli, qui tantum ſemel putant. Vulgata ſcriptura in Suetonio retenta contra Lipſium et Torrentium. Duplex Senectus. Annus triceſimus octauus initium Senectutis. Suſpectus mendi Victor Aurelius. Adhuc manſiſſe conſuetudinem Iani claudendi ſub primis Chriſtianis Impp. Cauſſa errandi ſuper Iani portis Plutarcho. Velleius et Liuius, an et ipſi errarunt? Errores ſemel admiſſi, deinceps nullo examine retenti a ſcriptoribus. Herba Eryngium.*

In eodem NVMA, pag. 289. pen.

Νομίζεται γὰρ ἀνεῷχθαι (νεὼν Ἰανȣ̃ δίθυρον) ὅταν ᾖ πόλεμος, κεκλεῖσθαι δὲ, εἰρήνης γενομένης. ὃ δὴ χαλεπὸν, ἢ καὶ σπανίως γινόμενον, ἀεί τινι συνηρτημένης πολέμῳ τῆς ἡγεμονίας, διὰ μέγεθος τοῖς κύκλῳ περικεχυμένοις γένεσι βαρβάροις ἀντερειδȣ́σης. πλὴν ἐπί γε τȣ̃ Σεβαςȣ̃ Καίσαρος ἐκλείσθη, καθελόντος Ἀντώνιον· καὶ πρότερον ὑπατευόντων Μάρκȣ Ἀτιλίȣ, καὶ Τίτȣ Μαλλίȣ χρόνον ȣ̓ πολύν. εἶτα εὐθὺς ἀνεῴχθη πολέμȣ συῤῥαγέντος· ἀλλ᾽ ἐπί γε τῆς Νȣμᾶ βασιλείας ȣ̓δεμίαν ἡμέραν ἀνεῳγμένος ὤφθη, τρία δὲ καὶ τεσσαράκοντα ἔτη συνεχῶς ἔμεινε κεκλεισμένος. Hoc ait: Ianum geminum a Numa ſecundo rege primo clauſum, nec toto eius regni decurſu, hoc eſt, annis ſolidis ternis et quadragenis, illud patuiſſe. Addit Coſſ. T. Manlio Torquato, C. Attilio Balbo II. (A. V. C. DXVIII.) iterum clauſum, ſed ſtatim (eodem anno) apertum denuo fuiſſe. Tertiam κλεῖσιν tribuit Auguſto poſt victum

M. Antonium, quod eſt dicere, anno IV. Olym. CLXXXVII. V. C. DCCXXIV. C. Octauio Caeſare quintum, Sexto Apuleio Coſſ. Atque hoc optime Plutarchus. Nam idem atteſtantur Liuius in primo rerum Romanarum, Paterculus Hiſtoriarum lib. II. cap. XXXVIII. Tranquillus libro II. cap. XXII. Florus lib. II. cap. III. et vltimi libri cap. vltimo: Oroſius lib. III. cap. VIII. lib. IV. cap. XII. lib. VI. cap. XX. atque alii paſſim. Neque vero praetermittendus Dio Caſſius, qui quam diſerte quartae Iani κλείσεως factae ab Auguſto poſt Cantabricam victoriam meminit iis verbis, quae poſtmodum afferemus; tertiae, quae auctorem eundem Caeſarem habuit victorem de Cleopatra Antonioque, tam expreſſam mentionem facit libro LI. actis A. V. C. DCCXXV. Πλεῖϛον δ' ὅμως ὑπὲρ πάντα τὰ ψηφισθέντα οἱ ὑπερήσθη, ὅτι τάς τε πύλας τὰς τοῦ Ἰανοῦ, ὡς καὶ πάντων σφίσι τῶν πολέμων πεπαυμένων αὐτοῖς, ἔκλεισαν.

Illud vero Plutarchus ait non recte, ſemel duntaxat Ianum cluſiſſe Auguſtum: non item illud recte, poſt Auguſtum ad ſua, vel Traiani tempora, clauſam Iani portam a quoquam alio non fuiſſe. Id enim haud dubie vult, cum quotiens Ianus clauſus ad aetatem vſque ſuam aggreſſus oſtendere, ternae κλείσεως ſolummodo meminit. Totidem alias vt minimum addere oportuit: duas eiuſdem Auguſti, Veſpaſiani vnam, et Neronis fortaſſis vnam aut plures.

Primum enim quod Auguſtus Ianum ter clauſerit, viri docti pridem notauerunt, et teſtibus locupletiſſimis non difficiliter hic aduerſus Plutarchum nos euincimus. Suetonius in Auguſti rebus cap. XXII. *Ianum Quirinum ſemel atque iterum a condita Vrbe ante memoriam ſuam clauſum, in multo breuiori temporis ſpatio, terra marique pace parta, ter clauſit.* Quem locum quidam nuper ſollicitare auſi, atque adeo *tertio*, corrigere, vt Suetonio et Plutarcho penitus conueniret, ſeipſi corrigendos aliis acutioribus Criticis praebuerunt. Clare namque vult Suetonius, vnicum Auguſtum in multo breuiori temporis ſpatio (in ſolo decennio) ſaepius clauſiſſe Ianum, quam omnes temporum retro actorum duces et Imperatores ab origine Vrbis ad eius principatum: hi ſcilicet bis, ter ille, hoc effecerunt. *Tertio* ſubſtitue, quis verborum Suetonii ſenſus ſupererit non plane ridiculus ac deſpuendus? Habet porro hic diligentiſſimus Hiſtoricus, e ſcriptoribus antiquis, qui pro ſe pugnent, et quod verbo dixit, fuſe perque partes teſtificentur. Nam Auguſtum nonum Conſulem, Syllano collega, V. C. anno DCCXXVIII. quartum Iani portas obſerauiſſe, cauſamque cluſurae huius bellum fuiſſe Cantabricum in Hiſpania feliciter confectum, ſicut tertiae, hoc eſt, prioris Auguſtaeae, Actiaca victoria fuerat ex Cleopatra et M. Antonio, docet Dio Cocceius libo III. et L. in IX. Auguſti Conſulatu extremo:

Αὔγουϛος

Αὔγυστος μὲν ταῦτά τε τοῖς πολέμοις (πρὸς τὺς Καντάβρυς) ἔπραξε, καὶ τὸ τῦ Ἰανῦ τεμένισμα ἀνοιχθὲν δι᾽ αὐτὺς ἔκλεισεν. Augustus bellis (aduersus Cantabros) *in hunc modum profligatis, Iani templum ob ea reseratum occlusit,* ὡς εἰρήνης ὔσης addit eius breuiator, παντελῦς τοῖς Ῥωμαίοις: *pace terra marique parta Romanis.* Testatur et Paulus Orosius lib. VI. cap. XXI. Historiarum: *Cantabricae victoriae hunc honorem Caesar detulit, vt tunc quoque belli portas claustro cohiberi iuberet. Ita tunc secundo per Caesarem, quarto post Vrbem conditam clausus est Ianus.*

Super Augustaeae Iani κλείσεως tertiae tempore eruditi Critici serram inter se reciprocant. In primo Electorum capite XX. Iustus Lipsius eam ad XI. Augusti Consulatum, hoc est, ad A. V. C. DCCXXX. refert, ex inscriptione cuiusdam lapidis, qui Emeritae Augustae in Hispania: *IMP. CAES. DIVI. FIL. AVGVSTVS. PONT. MAX. COS. XI. TRIBVNIC. POT. X. IMP. VIIII. ORBE. MARI. ET TERRA. PACATO. TEMPLO IANI CLVSO.* Sed fallitur Lipsius, vt est Casaubono recte animaduersum. Haud enim iste lapis indicat, quo anno Ianus ab Augusto clusus fuerit, sed tantum inter argumenta summae illius felicitatis templum Iani ab eo clusum ponit. Neque vero ipsi propterea Casaubono assentiar, eandem contendenti κλεῖσιν in nascentis Messiae tempora reiici oportere, tametsi ab eo stet pluribus vno locis Paulus Orosius, cuius haec verba statim initio Historiarum: *Quae Christi natiuitas fuit anno Imperii Caesaris Augusti* XLII. (mallem XLI. aut potius XL.) *cum facta pace cum Parthis, Iani portae clausae sunt, et bella toto orbe cessarunt.* Hoc quoque suadet fusissime libri III. cap. VIII. Et libro VI. cap. XXII. *A. V. C.* DCCLII. *C. Augustus ab Oriente in Occidentem, a Septentrione in Meridiem, ac per totum Oceani curriculum cunctis gentibus vna pace compositis, Iani portas tertio ipse tunc clausit.*

Sed ipsum bonum Orosium quam fugit ratio, qui clusuram illam refert ad tempus nati nostri Seruatoris, quam planum est, et ipse satis indicat, totis decem et septem annis priorem fuisse. Ait enim, *facta pace cum Parthis* Augustum eam indixisse. Florus idem clare conuincit in extrema Historia: *Parthi,* inquit, *quasi victoriae poeniteret, rapta, clade Crassiana, vltro signa retulere. Sic vbique cuncta atque continua totius generis humani aut pax fuit, aut pactio. Ausus que tandem Caesar Augustus septingentesimo ab Vrbe condita anno Ianum geminum claudere, bis ante se clausum, sub Numa Rege, et victa primum Carthagine.* Tametsi largiter, vides, errat ipse Florus, quod et duas priores Iani κλείσεις Augustaeas omiserit, vel potius illas cum hac tertia confuderit, (et sane breuissimo temporis tractu distinctae inter se fuerunt, vt properanti Epitomastae, nec ἀκριβείᾳ plurima sin-

 gula

gula ſecernenti fere videri et nominari vna queant) et anno ſeptingenteſimo tribuerit, in quem nulla ex tribus cluſuris, quae auctorem Auguſtum habuerunt, incidere potuit. Sed more ſuo numerum abſolutum ſiue rotundum poſuit, excurrentem triacontaeteridem, et amplius, vt mox patebit, facile neglexit. Nam Elias Vinetus, et magis multo Ioan. Camers, dum illuſtrare hunc Flori locum voluerunt, potius tenebras ei offuderunt. Dio quoque Caſſius in actis A. DCCXXXIV. libro LIV. tanquam non conceptis verbis loquitur, clauſum ab Auguſto Ianum, cum Phraates, Rex Parthorum, ſigna Romana, quae ipſe, Antonio pulſo, et eius pater Orodes, Craſſo oppreſſo, ceperant, ad Auguſtum remiſit. Scribit enim, ſacrificia eius rei cauſa indicta, templum Marti Vltori decretum, indeque perfectum. Auguſtum vero principem ouantem equo in Vrbem inuectum, arcu triumphali cohoneſtatum, denique οὐδὲν πολέμου τότε ἐφάψασθαι. Quod dicere quid aliud eſt, quam Iani portam occluſiſſe? Nam Ianus non patebat, niſi bellum eſſet, et hoc confecto ſtatim ac ſine mora obſerabatur. Itaque Dionem ibi pauculis verbis mutilatum, quibus illam κλεῖσιν ſignauerat, non abs re, puto, ſuſpicere.

Vt vt ſit, facta pace cum Parthis Ianum clauſit Auguſtus: igitur M. Apuleio, P. Silio Nerua Coſſ. A. V. C. DCCXXXIV. ex calculo Dionis, ſiue DCCXXXIII. vt noſtri Chronologi ſupputant; Igitur triennio poſterius, quam Lipſius crediderit, annis XVII. vel XVIII. priuſquam perſuaſum habuerit, vel potius habere nos voluerit Oroſius. Voluit enim, vt alibi aſſolet, hoc fuco Dominicum aduentum illuſtrare. Scilicet abſque illo eſſet, Ieſu Chriſti noſtri liberatoris κατάβασιν καὶ ἐνσάρκωσιν non homines, non angeli ſtuperent et nunc, et in ventura ſecula ſempiterna.

Neque vero tertium ab Auguſto clauſus Ianus, per annos multos et ad Varianam vſque cladem (haec in A. DCCLXII. incidit) vt vir doctus exiſtimat, manſit obſeratus: ſiquidem et anno, qui pacem Parthicam excepit, Cantabri iugo excuſſo ingentis et perdifficilis belli materiam ingentem praebuerunt, adeo vt in eos non mandauerit expeditionem, ſed ipſe ſumere neceſſe habuerit Auguſtus: et annis, qui proxime ſequuti ſunt, cum in aliis orbis terrae tractibus, tum in Germania arma mota eundem Auguſtum illuc pertraxerunt aduerſus Cheruſcos, Sueuos, Sicambros, Vſipetes, Tenctheros, Cattos, et Marcomannos, qui Romanos aliquammultos in ſuis terris deprehenſos crucibus damnauerant, exin Rheno tranſmiſſo, praedas ex Gallia egerant, Romanum Equitatum per inſidias circumuentum ceciderant, Lollium praefectum fugauerant, viginti centuriones cremauerant, vt fuſe narratur a Dione in actis A. A. DCCXXXV. DCCXXXVIII. DCCXXXIX. et ſequentium. Vide ſis et Florum lib. IV. cap. XII. Inepte dictum eidem Oroſio, et eius exſcriptori Paulo Diacono, Dacorum

rum commotione patuiſſe Iani fores. Ante illam ſiquidem bella praedicta effecerant, ne occluderentur. Sed illis tandem feliciter confectis, ibat quartum Iani portas clauſum Auguſtus, cum ecce Daci et Dalmatae ad arma denuo euocarunt A.V.C. DCCXLIII. Clare Dio in eius anni actis libro LIV. extremo: Ἐψηφίσθη μὲν οὖν τὸν Ἰανὸν τὸν Γεμινὸν, ὡς καὶ πεπαυμένων τῶν πολέμων (ἀνεῴχθη γὰρ) κλεισθῆναι. οὐ μέντοι καὶ ἐκλείσθη· οἵ τε γὰρ Δακοὶ τὸν Ἴστρον πεπηγότα διαβάντες, λείαν ἐκ τῆς Παννονίας ἀπετέμοντο, καὶ οἱ Δαλμάται πρὸς τὰς εἰσπράξεις τῶν χρημάτων ἐπανέστησαν. Et haec bella ſtatim alia ſubſequuta ſunt, vt nulla cauſa legitima claudendi Iani amplius exſtiterit ad vſque Veſpaſianum.

Sextum igitur poſt Vrbem conditam Ianum cluſit Veſpaſianus, ſe tertium et Cocceio Nerua Coſſ. anno poſt Chriſti σταύρωσιν XL. Paulus Oroſius lib. VII. cap. IX. *Qui continuo* (cum Tito Veſpaſianus poſt actum triumphum de Iudaeis) *omnibus bellis ac tumultibus domi foriſque compreſſis, pacem totius orbis pronunciauerunt, et Ianum geminum obſeratis cobiberi clauſtris, ſexto demum ipſi poſt Vrbem conditam cenſuerunt. Iure enim idem honos vltioni paſſionis Domini impenſus eſt, qui etiam natiuitati* (falſum hoc poſtremum, vt dixi modo) *fuerat attributus.* Bene ac proprie *ſexto*. Nam Rege Numa ſemel, iterum Coſſ. Attilio Manlioque; ter ſub Auguſto, ſexto denique his principibus. Etſi *ſeptimo*, vel forte *vndecimo*, nullo magno errore ſcribere potuiſſet. Diſcimus enim ex nummis Neronis, qui adhuc circumferuntur cum hoc Epigrammate, Onuphrio Panuinio teſte in ſuo Faſtorum Conſularium: PACE POP. ROM. TERRA MARIQVE PARTA. QVINCT. IANVM CLAVSIT: ex his, inquam, nummis euidenter primi colligimus, eum toties Iani portam clauſiſſe, quoties ante ſe ab Vrbe condita clauſum compererat, id eſt, quinquies: quod vecors ille princeps, opinor, voluit, vt eo pacto vnus omnes temporis anteacti principes in bellis et pace ad arbitrium conficiendis adaequaſſe videretur. Nam illud *Quinct.* ſiue *quinctum* referri ad Auguſtum et alios, qui ante Numam Ianum clauſerunt, vetant, quae ſupra dicta ſunt, et ex quibus non quater, ſed quinquies Ianum eſſe clauſum abunde cognoſcitur, priuſquam Nero ad Imperii gubernacula admoueretur. Hinc magna lux Suetonio, vel potius tenebrae diſcuſſae, quas Laeuinus Torrentius, et Iuſtus Lipſius, viri et rerum et memoriae non indiligentes, ei obduxerunt, dum ad hunc eius locum, certe clariſſimum, nimiſquam ſunt ipſi hallucinati: *Ianum geminum clauſit* (Nero) *tam nullo, quam reſiduo bello.* Haec enim verba cap. XIV. lib. VI. vtrinque paragrapho ſecerni ab aliis, quae antecedunt et ſubſequuntur, debent, et manifeſtiſſimo indicio ſunt, a Nerone ſaepius clauſum eſſe Ianum, id eſt, quinquies, vt nummi explicant. Negat Torrentius, diſtrahenda haec verba

verba ab iis, quae praecedunt, et legendum existimat: *Ob quae Imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata, Ianum geminum clausit,* etc. et putat videri Neronem voluisse illa Tiridatis ostentatione, quam narrat Historicus, terrarum orbem, tanquam nullo residuo bello, pacauisse. Quamobrem corrigit contra omnium codicum fidem, et vna cum eo Lipsius capite VIII. lib. II. Antiquarum, *Ianum geminum clausit tanquam nullo residuo bello.* Nos argutias et ingenium laudamus, sed antiquam lectionem retinemus iis rationibus, quae dictae sunt. Vult, quod nos, elegans Casaubonus, nisi quod voci *Ianum* virgulam tantum praefigendam censet: post vocem vero *clausit*, bina puncta suffigenda: et omnino ita legendum: *ob quae Imp. consal. laurea in Capitol. lata, Ianum geminum clausit: clausit enim tam nullo, quam residuo bello.* Vt narret Suetonius, Neronem ob aduentum Tiridatis, Ianum clausisse, idque saepe alias fecisse non meliore causa, neque bellis omnino compositis.

Haec porro cum sint, non iniuria κλείσεων istiusmodi rationem nullam sibi habendam putauit Orosius, et sextum a Vespasiano aedem Iani clausam prodidit, quasi ab Augusto ad hunc principem nemo id praestitisset. Hoc ante illum sane fecerat excellens, et vbique serius auctor, Corn. Tacitus, in aliquo ex iis libris, qui hodie magno nostro malo desiderantur. Scripserat enim: *Sene Augusto Ianus patefactus, dum apud extremos* (aliter *extimos*) *terrarum terminos nouae gentes saepe ex vsu, et aliquando cum damno quaeruntur, vsque ad Vespasiani durauit Imperium.* Clare negat, Ianum a quoquam clausum (intellige veris caussis et legitimis) post Augustum ad Imperium Vespasiani: et rationem subiicit, quia quae tempora intercurrerunt, aduersus has et illas gentes bella semper aliqua bellanda habuerunt. Quem Taciti locum naufragio subduxere Paulus Orosius, et Historiae Miscellae auctor (siue Paulus Diaconus, siue Theophanes is sit) lib. VII. cap. XX. Qui etiam, vt solet, ipsius Orosii verbis triplicem illam Iani clusuram factam ab Augusto commemorat; primam quidem libri eiusdem septimi cap. XI. alteram cap. XIII. tertiam cap. XVIII. Vide Lipsium cap. IIX. lib. II. Antiquarum lectionum, et Casaubonum Animaduers. in Augustum Suetonii. Nubeculam praedictis inducit illa vox *sene*, si modo Taciti sit, non potius ab Orosio addita, vt firmaret, quae ante dixit, nascente Christo clausum ab Augusto Ianum; tum enim senex reuera fuit Augustus, et sexagenarius. Annum IV. vel V. et XL. vix dum agebat, quo tempore clausum ab eo Ianum quinto supra notauimus. Sed etiam hac aetate potuit aggregari iis senibus, quos libro V. extremo ὑγιεινῶν, Galenus nominat ὠμογέροντας, id est, *virentes* et *crudos senes*, quos etiam προβεβηκότας, e Graecis quidam appellant: etsi non vnus ex iis fuerit, quos in vltima senectute positos idem

idem nobilissimus scriptor Galenus ibidem πεμπέλυς vocat, quasi *mittendos iamiam in Orcum*, τυμβογέροντας non inuenuste quoque Graece dixeris: Latini veteres *depontanos* dixissent: *silicernia* Plautus, vel decrepitos, hoc est, interprete Nonio, aetate ita confectos, vt dubium sit, viuantne, an mortui sint. Accedit, quod ex Auicennae opinione, prima primi, cap. De complexionibus, annus quintus et tricesimus initium facit senectutis.

Qui septimum iure ac proprie Ianum clauserit, Marcus Aurelius nominari potest, auctore cognomine Aurelio Victore libro de Caesaribus, cap. XXVII. *Gordianus in Persas profectus est, cum prius Iani aedes, quas Marcus clauserat, patentes more veterum fecisset.* etsi de Marco id solus Victor tradiderit. De Gordiano vero, scilicet tertio, et cui delatum imperium A. V. C. DCCCCXCII. legimus, eadem, quae Aurelius, nimis multi scripserunt. Eutropius libro IX. in rerum Gordiani huius breuiario: *Gordianus, admodum puer, Ianum geminum aperuit: et ad Orientem profectus, Parthis bellum intulit.* Iulius Capitolinus in eius vita cap. XXVI. *Praetextato et Attico Coss.* (A. V. DCCCCXCV.) *Gordianus aperto Iano gemino, quod signum erat indicti belli, profectus est contra Persas cum exercitu ingenti.* Iornandes libro de Regnorum successione, capite LXXXI. *Gordianus Ianum geminum aperiens ad Orientem profectus, Parthis intulit bellum.* Theophanes auctor Historiae Miscellae, quae Paulo Diacono falso adscribitur, lib. X. cap. XXVII. *Gordianus Iani gemini portas aperuit, quas vtrum post Vespasianum et Titum apertas constet, neminem scripsisse memini.* At enim post Vespasianum et Titum apertas fuisse constat, si clausas a Marco vere ante scripsit Aurelius, et ex eo id accipere potuit Theophanes, qui quadringentis circiter annis Historiam suam posterius concinnauit, vt alibi ostendimus. Fere itaque incessit suspicio esse, merum glossema in Aurelio, *quas Marcus clauserat*, aut pro *Marco*, nomen alicuius alius principis reponendum: idque praecipue, quia Marco Imperante nouis pene semper motibus concussum Imperium constat, eumque in medio belli ardore, dum ad illud se accingeret, morte praeuentum obiisse. Sed haec curatius aliis expendenda vltro relinquimus. Tantum libet addere, antiquam illam Iani claudendi, aperiendique consuetudinem non facile Romanos siuisse aboleri, quam etiam Christiani Principes quidam retinuerunt, siquidem non fallit Ammianus Marcellinus lib. XVI. cap. XV. in actis Constantii Imperatoris, qui Constantino Magno patre ortus, eum in Imperio excepit vna cum fratribus A. V. C. MLXXXVIII. his vero sublatis, ad eum summa rerum peruenit A. MCI. exacto inde triennio, siue anno reparatae salutis CCCLIII. collatis cum Magnentio tyranno signis, ac ingente victoria potitus, Iani templum conclusit, ait Ammianus: *Haec dum per Eoas partes et*

Gallias pro captu temporum disponuntur, Conſtantius concluſo Iani templo, ſtratiſque hoſtibus cunctis, Romam geſtiebat viſere poſt Magnentii exitium, abſque nomine, ex ſanguine Romano triumphaturus.

Porro, vt omnia dicam, errandi occaſionem ſuper Iani portis ab Auguſto clauſis Plutarcho T. Liuius et Velleius Paterculus, opinor, ampliſſimam fecerunt. Scribit Velleius in II. Hiſtoriarum cap. XXXVIII. *Immane bellicae ciuitatis argumentum, quod ſemel ſub Regibus, iterum T. Manlio Coſ. tertio Auguſto principe, Ianus Geminus clauſus dedit. Tertio* dictum manifeſto errore, pro *ter.* Niſi quis Criticus e mitioribus reſpondeat, non conſilium fuiſſe Velleio, praeſertim feſtinanti, vt ſolent, qui ſcribunt Epitomas, recenſere ſigillatim, quoties Ianum clauſerit Auguſtus, ſed ſolummodo curſim exprimere, quibus temporibus et Principibus ſit ipſe Ianus clauſus, ſub Numa videlicet, Manlio, et Auguſto. Sin autem ad T. Liuium reſpexit, vt putat Iuſtus Lipſius, nec aliud, quam quod ipſe, ſignare in mente habuit, largiter peccauit. In primo Annalium ita Liuius: *Bis deinde poſt Numae tempora Ianus clauſus fuit: ſemel T. Manlio Coſ. poſt Punicum primum perfectum bellum: iterum quod noſtrae aetati dii dederunt, vt videremus, poſt bellum Actiacum ab Imperatore Caeſare Auguſto, pace terra marique parta.* Haec enim cum ſcriberet T. Liuius, cum, inquam, ſuam rerum Romanarum Hiſtoriam ordiretur, non plus ſemel Auguſtus Ianum clauſerat, nondum ceſſerat eius armis Cantabria, Parthi ſigna nondum remiſerant, quae duarum κλείσεων poſteriorum cauſſae fuerunt, vt ante diximus. Lege cap. XX. lib. I. Elect. Iuſti Lipſii. At Velleius, qui amicitia Tiberii floruit, eas ſcire debuit; neſcio, an accurate et diſtincte colligere, Caeſarum familiae vſque eo addictus, et aulae mancipium agens libentiſſime, quoties datur occaſio. Eſt igitur ſuſpicio, ad Liuii locum oculos nimis intentos Velleium habuiſſe, ſicut habuiſſe Plutarchum ad Velleianum, et Liuianum praecipue, nimis apparet, nec non et alios imi ſubſellii ſcriptores, Florum in extrema Hiſtoria, Victorem de viris illuſtribus, cap. LXXIX. et cap. I. de Caeſaribus, Iornandem de Regnorum et temporum ſucceſſione, cap. LXVI. qui omnes Ianum ab Auguſto plus ſemel occluſum tradere aduerſus eos primae notae Hiſtoricos nefas duxerunt. Nam in Hiſtoricis perſaepe id ipſum accidiſſe obſeruamus, quod de primis Philoſophis notat in illo ſuo eruditiſſimo dialogo cum Tryphone ſtatim initio ſanctiſſimus martyr Iuſtinus, vt ſcilicet priorum veſtigia poſteriores ſecuri examinis, ac nihil de inquirenda veritate ſolliciti, auide ſequerentur. Συνέβη, inquit, *τοῖς πρώτοις ἁψαμένοις αὐτῆς (φιλοσοφίας) καὶ διὰ τοῦτο ἐνδόξοις γενομένοις ἀκολουθῆσαι τοὺς ἔπειτα, μηδὲν ἐξετάσαντας ἀληθείας πέρι, καταπλαγέντας δὲ μόνον τὴν καρτερίαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐγκράτειαν, καὶ τὸ ξένον*

τῶν

τῶν λόγων, ταῦτα ἀληθῆ νομίσαι, ἃ παρὰ τοῦ διδασκάλου ἕκαστος ἔμαθε. Quod querimur, de hoc eodem cum primis Hiſtoriarum ſcriptoribus iam aetate ſua expoſtulauit Thucydides, cum alibi ſaepe, tum I. libro de bello Peloponneſiaco, his verbis: οἱ ἄνθρωποι τὰς ἀκοὰς τῶν προγεγενημένων, καὶ ἢν ἐπιχώρια σφίσιν ᾖ, ὁμοίως ἀβασανίστως παρ' ἀλλήλων δέχονται. Poſſumus fere dicere, Hiſtoricis euenire, quod de capellis memorant: e quibus vna ſi herbam Eryngium appellatam ſemel ore prehenderit, ipſa primum, mox totus grex pariter ſubſiſtit, non deceſſurus, donec adueniens paſtor id noxii graminis excuſſerit, vt noſter refert in libro περὶ τοῦ, ὅτι, etc. p. DCCLXXVI. f. Caeterum poſſis hic vſurpare, quod olim D. Hieronymo, alia tametſi mente, ſcriptum diuinitus: *Peccantium multitudo non parit errori patrocinium.*

ANIMADVERSIO IX.

Non eſſe verum, quod vult Plutarchus, nihil creditores fuiſſe laeſos lege Solonis, qua monetae pondus imminutum. Vulgatos Plutarchi codices mendoſe in Minam veterem LXXIII. *drachmas imputare. Mina vetus Soloniae* ἰσοστάσιος, *non* ἰσάριθμος. *Drachmae veteris ad nouam ſeſquitertia proportio. Manutius et Othomanus reprehenſi. Emendata verſio Amioti. Eiuſdem lapſus ingens in voce* ὅρος. *Mos veterum Graecorum in notis vel indicibus agro vel domui oppigneratae praefigendis. Tales indices* ὅροι *dicti.* ὁρίζεσθαι, ἀφορίζεσθαι, προορίζεσθαι.

In Solone pag. 344. vlt.

Ἑκατὸν γὰρ ἐποίησε δραχμῶν τὴν μνᾶν, πρότερον, ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν οὖσαν· ὥστ' ἀριθμῷ μὲν ἴσον, δυνάμει δὲ ἔλαττον ἀποδιδόντων, ὠφελεῖσθαι τοὺς ἐκτίνοντας μεγάλα, μηδὲν δὲ βλάπτεσθαι τοὺς κομιζομένους. Duo errores: alter exſcriptoris, ſiue librarii, alter Plutarchi. Plutarchi quidem, μηδὲν βλάπτεσθαι τοὺς κομιζομένους affirmantis. Nam etſi primo quidem adſpectu, et in ſpeciem creditores non laedi viderentur, quia drachmas eodem numero, qui Syngrapha ferebatur, eademque qualitate ſiue puritate, nec non et extrinſeca eadem bonitate, (vt artis vocabula vſurpem) hoc eſt, eadem indicatura vel aeſtimatione a debitoribus accipiebant: in hoc tamen fraudem ſiue damnum pati eos oportuit, quia pondus ſiue quantitas imminuta, leuioreſque, quam dederant, drachmae iis reſtitutae. Librarii, (nec enim Plutarcho tam craſſum errorem facile adſcripſerim) minam veterem drachmarum ἑβδομήκοντα καὶ τριῶν fuiſſe ſcribentis. Auctor enim dixerat, aut certe dicere debuerat, ἑβδομήκοντα καὶ πέντε. Quam enim certum eſt, Atticam minam recentem, id eſt, Soloninam, centenum fuiſſe drachmarum; veterem, et quae ante Solonem in vſu, quinas et ſeptuagenas duntaxat habuiſſe, tam confeſſum exploratumque habemus. Priſcianus Grammaticus Caeſa-

Caeſarienſis, ſi modo eius libri auctor ille ſit, qui de ponderibus et menſuris circumfertur: *Mina Attica* (vetus) *ſeptuaginta quinque drachmae.* Remnius Fannius Medicus initio carminis ſui de ponderibus, de eadem: — *Ter quinque hanc denique drachmis, Et ter vicenis tradunt explerier vnam.* Idem poſt paulo, de noua primum, et a Solone inducta, de vetere deinde ita loquitur: *Accipe praeterea, patrio quam nomine Graii* Μνᾶν *vocitant, noſtrique minam dixere priores. Centum hae ſunt drachmae: quod ſi decerpſeris illis Quattuor, efficies hanc noſtram* (Italicam) *denique libram: Attica quae fiet, ſi quartam demſeris hinc,* Μνᾶ. Hoc ait: ſi ex centum drachmis, quae Minam nouam conſtituunt, demſeris viginti quinque, quartam centenarii numeri partem, ſupererunt ſeptuaginta quinque drachmae, quae Mina vetus ſunt. Ita factum, vt Mina vetus nouae ἰσοδύναμος eſſet, καὶ ἰσοστάσιος, non ἰσάριθμος: vel, vt idem valor ac pondus eſſet nouae minae c. drachmarum, quod antea veteris fuerat, quum eſſet LXXV. drachmarum. Nam lege Solonis drachmae pondus ſolido quadrante imminutum. Hoc artis Magiſtri dicerent, ad drachmam veterem Solonina epitriton, vel ſupertertiam proportionem habuit: habuit et mina poſterior ad priorem, ſi numerus drachmarum in vtraque ſolum attendatur. Qui Talentum Atticum duplex faciunt, vetus et nouum, ſiue maius et minus, ita vt in illud Minas octoginta, in hoc ſexaginta imputent, eandem inter vtrumque rationem ſiue analogiam conſtituunt. Sed eſt ingens ſuper ea Talenti Attici diuiſione inter eruditos diſſenſus, qui etiam in dies plus pluſque gliſcit. De Mina, quae nos, eadem omnes dicunt, niſi quod Aldus Manutius, libro de quaeſitis per epiſtolam, nunquam variatum eſſe in Mina drachmarum numerum, ſed centenum ſemper eam fuiſſe; idque inter omnes conuenire affirmate prodidit. Quam ſapienter, infer ex antedictis. Neque feliciore Mercurio Ant. Hottomannus hic ἀντὶ ἑβδομήκοντα τριῶν, ἑβδομήκοντα δυοῖν legit, vt nimis apparet.

Caeterum exſcriptorem potius, quam Plutarchum, accuſandum dixi, quia comperi, procliuem eſſe lapſum τοῦ OE in OΓ. quibus notis Arithmeticis primum eam ab auctore ſummam expreſſam mihi ſit credibile. Quod item in vernacula interpretatione locus hic ita conuerſus legitur: *Ceux qui avoient à rendre groſſe ſomme de deniers. venoient à payer en eſtimation & valeur autant comme ils devoient, & non pas autant en nombre de pieces:* cum Graeca ita plane vertendum doceant: *venoient à payer en nombre de pieces autant comme ils devoient, & non pas autant en valeur,* c'eſt à dire en poids ou quantité, ou bonté intrinſeque; abſit eleganti Amioto id potius imputauerim, quam librariis et impreſſoribus, quibus res cum verbis inuertere, et ſumma miſcere imis, familiare eſſe nimiſquam liquet experimento.

Quod

Quod autem (id enim per occaſionem obſeruare pretium operae ſit) poſtmodum in eadem pagina, iſta Plutarchi de Solone: Σεμνύνεται γὰρ ἐν τούτοις, ὅτι τῆς τε προϋποκειμένης γῆς ὅρους ἀνεῖλε πανταχῇ πεπηγότας, in hanc ſententiam extulit Amiotus: *Car il ſe vante en ces vers, d'avoir oſté toutes les bornes, qui paravant faiſoient les ſeparations des heritages en tout le territoire de l'Attique:* Immane quantum ab eo, quod voluit Plutarchus, deflexit, atque haud ſcio, an in vllo alio loco putidius acutiſſimo et elegantiſſimo interpreti Amioto mens et manus exerrauerit. Suadet enim haec verſio, et ipſe credidit, velle Plutarchum dicere, Solonem, quum σεισάχθειαν induceret, ſublatis agrorum terminis, omne ſolum Atticum commune feciſſe vniuerſis Athenienſibus, aut, ſi vis, Lycurgi exemplo, terras omnes in medio poſitas aequis in ſingulos portionibus diuiſiſſe. *Lycurgi exemplo* dixi, quo auctore tribus ferme ante Solonem ſeculis abierat vniuerſa terra Laconica in ſortium IX. et XXX. millia: in IX. millia vrbanus ager: paganicus et municipalis in triplo et amplius maiorem numerum; aequalem ſingulis portionem adeptis, et quae viro frumenti medimnos LXX. foeminae XII. annuatim ferret. Qua de re viſe Plutarchum in eius vita pag. 95.

Id autem de Solone tantum abeſt vt dicere voluerit Hiſtoricus, vt planis ac diſertis verbis in ſequentis paginae principio narret, Solonem conſilium hoc ſuum communicauiſſe cum amicis, videlicet ὅτι γῆν οὐ μέλλει κινεῖν, *non moturum ſe agros*: ſed impetum cepiſſe alienum aes eximendi debitoribus, qui cum antea ſoluendo non eſſent, ſuos creditoribus agros oppignerauerant. Hoc autem facere, erat profecto τῆς προϋποκειμένης γῆς ὅρους ἀναιρεῖν, *terrae antea oppigneratae indices tollere.* Moris namque fuit apud veteres Graecos, vt creditores domum ſiue agrum obligatum ſibi et datum pignori a debitoribus, notis quibuſdam ſiue indicibus praefigerent: vnde agrum iſtiuſmodi ſiue domum non eſſe plane ab omni reatu debendi liberam, ſed obnoxiam et oppigneratam in promtu erat vnicuique cognoſcere. Atque id genus indices ſiue notas ὅρους appellabant. Suidas in voce ὅρος: οὕτως ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ τὰ ὑπόντα (ἐπόντα malim) ταῖς ὑποκειμέναις οἰκίαις καὶ χωρίοις γράμματα, ἃ ἐδήλουν, ὅτι ὑπόκειται δανειστῇ· οὕτω Δημοσθένης καὶ Μένανδρος. *Ita vocabant Attici libellos in aedibus et agris oppigneratis (hypothequés* vernacule dicimus) *poſitos ac affixos, qui eos creditori eſſe pignori datos indicabant. Quo ſenſu Demoſthenes et Menander* Ὅρον *vſurparunt.* Haec eadem fere verbatim Valer. Harpocration Rhetor Alexandrinus in Lexico habet, ad id vocabulum, Ὅρος. Etymologicum Magnum: Ὅρος ἐστὶ σανίδιον ἐπιτιθέμενον ταῖς οἰκίαις καὶ τοῖς χωρίοις ἐκείνοις πηγνύμενον τοῖς ἐνεχυριαζομένοις. Atque hoc ſenſu cum alii auctores elegantiſſimi, tum eloquentiae pater ac norma dicendi Demoſthenes,

nes, vocem hanc, vt ante monebat Suidas, amat vſurpare. Locum adſcribam eximium ex oratione II. κατὰ Ὀνήτορος, ſtatim principio: Ἔφη τὴν προῖκα ὀγδοήκοντα μνᾶς δεδωκέναι, καὶ τίθησιν Ὅρους ἐπὶ μὲν τὴν οἰκίαν δισχιλίων, ἐπὶ δὲ τὸ χωρίον ταλάντου. *In dotem octogenas ſe Minas, vel octona millia drachmarum dediſſe dixit: et adpoſitis indicibus ſignificat in pignus ſe cepiſſe, domum quidem, vicenum Minarum, vel bis mille drachmarum; praedium vero, minarum ſexagenum, vel ſenum millium drachmarum,* vno verbo *talenti.* Eadem in oratione poſt paulum: τοὺς ὅρους ἀπὸ τῆς οἰκίας ἀφαιρεῖ: *pignoris indices tollit ab aedibus.* Et mox: Καίτοι δῆλον, ὅτι, τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκίας ὅρους εἰ δικαίως ἔθηκε, καὶ ὄντας ἀληθεῖς, δικαίως καὶ τοὺς ἐπὶ τοῦ χωρίου τέθεικεν. Deinde: Αὐτὸς γὰρ ἀνεῖλε τοὺς ὅρους. Ad calcem eiuſdem orationis: συστῆσαι φῆς ὅρους, σὸν εἶναι τὸ χωρίον; In oratione πρὸς Σπουδίαν ſub initium: Καὶ τελευτῶν διέθετο ὅρους ἐπιστῆναι χιλίων δραχμῶν ἐμοὶ τῆς προικὸς ἐπὶ τὴν οἰκίαν. Et aliquanto inferius: περὶ μὲν γὰρ τῆς οἰκίας εἴ φησιν ὑπ' ἐμοῦ πεισθέντα Πολύευκτον προστάξαι τοὺς ὅρους στῆσαι τῶν χιλίων. Ab his cauſſis ὁρίζεσθαι, ἀφορίζεσθαι, προορίζεσθαι, pro *dare in pignus*, idem princeps orator dixit. Contra Onetorem II. Oratione: Δῆλον τοίνυν, ὅτι δισχιλίων μὲν ὡρισμένος τὴν οἰκίαν, ταλάντου δὲ χωρίον. Poſt non longe: τί γὰρ βουλόμενος δισχιλίων προωρίσω τὴν οἰκίαν; Idem alio loco; ὅσοις αὐτοῦ ἡ οὐσία ἀφωρισμένη ἦν. Eſt igitur Amioti hallucinatio vix ferenda, cui aliquot alias mihi haud nuper notatas libenter ſubnecterem, ſi facere non eſſet religio, quod deſultores ſolent; hoc eſt, a Plutarcho in eius interpretes ſi non pigeret incurrere.

ANIMADVERSIO X.

Aſſem ex argento fuiſſe, in Plutarcho mendoſe legi. Addita κατ' ἐκβολὴν *et ſaltuatim paucula, quae Plutarchum et rem nummariam illuſtrant. Aſſium pondus et ratio ad denarios.* Ἀσσάριον, Σηστέρτιον, Δηνάριον. *Denarius aeris. Antoniniani aurei. Aurelianei argentei. Philippei aerei. Lucae* δηνάρια δύο. *Marci* λεπτὰ δύο. *Denarius et Solidus Francorum vetus, hodiernus. Alia vellicatim.*

In CAMILLO, pagina 525. I.

Ὦφλε (Κάμιλλος) τὴν δίκην ἐρήμην τίμημα μυρίων καὶ πεντακισχιλίων ἀσσαρίων ἔχουσαν, ὃ γίνεται πρὸς ἀργυρίου λόγον, χίλιαι δραχμαὶ καὶ πεντακόσιαι. ἀσσάριον γὰρ ἦν τὸ ἀργύριον, καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάριον. Aeris vel aſſium quindena millia, denarium vel drachmarum ſeſquimillenum ἀντάξια recte facit Plutarchus. Etſi neque Camilli temporibus, neque plus centenis vicenis poſt annis nummi ex argento aliqui, nedum denarii Romani fuerint, cum quibus illi aerei permutarentur. Nam Camillus in exilium abiit A. V. C. CCCLXIII. vt conſtat, et argenteus nummus cudi Romae coeptus A. V. C. CCCLXXXV. qui ante primum bellum Puni-

Punicum quintus fuit, Q. Ogulino Gallo, C. Fabio Pictore Coss. ex Plinio, sed emendato, libro XXXIII. cap. III. Zonara II. Annalium, et aliis. Est igitur hic loquutus noster προληπτικῶς. Deinde rationem habuit proportionis, quae aes inter et argentum prima Romae placuit, et ex qua deni aeris vel asses, qui primum librales, id est, vnciarum duodenum; sextantarii deinde, vel vnciarum duum fuerunt, in singulos denarios imputati sunt: id quod obtinuit ad vsque annum DXXXV. quo et vnciales vel vnciae vnius facti sunt asses, et eam ad denarium rationem habere coeperunt, quae est vnius ad sexdecim: hoc est, senis denis assibus eius ponderis, denarius, qui septies in argenti vncia fuit, est aestimatus. Septem et viginti post annis adhuc imminuti sunt asses, et semunciales solum fuerunt, neque tamen illam ad denarium analogiam senamdenariam amiserunt. Nisi quod circiter Augusti principatum duodecies in vno denario as esse coepit, id est, duodenis assibus vnus denarius valuit. Post paulo, et sub mediis Imperatoribus, quartam duntaxat vnius vnciae partem asses appenderunt, et denuo in argenteum denarium, drachmae Atticae tunc ἰσοστάσιον, senideni sunt assignati. Horum quadrantes etiam interdum asses dictos esse ab auctoribus accipimus, quales IV. et LX. vnius denarii, vel drachmae, pretium habuerunt: et tales omnino concipiendi veniunt, quoties apud quosdam scriptores, Assium LX. fuisse denarium, et assem sexagesimam fuisse vnius denarii Romani partem legimus. Nec obstat, quod LXIV. istius generis asses denarius collegerit: tum enim, vt fere alibi πλατυκῶς et rotunde, non ἀκριβῶς, ipsi loqui voluerunt. Haec raptim, et ὡς ἐν παρόδῳ notata voluimus, fusissime a viris doctis pridem et variis occasionibus explicata; partim vt lectorum curiositati aliqua ex parte indulgeamus, partim vt tyrones ab istis Plutarchi verbis in errorem induci se minime patiantur.

Quod autem sequitur, ἀσσάριον εἶναι τὸ ἀργύριον, mendum est manifestissimum, vt ante nos monuit Scaliger, cui et manifestissimam medicinam minima mutatione, vniusque literulae vel denariae notae additione facias: scribendum enim: Ἀσσαρίων γὰρ ι ἦν τὸ ἀργύριον: *Assium* vel *Assariorum* X. *erat argenteus denarius. erat* recte, vt patet ex supra dictis. Assarium autem intellige nummarium, non στατικὸν et ponderale. Tum enim duarum drachmarum est; et eius duplum, Dupondium, quatuor, vt docet Cleopatra in Cosmeticis: Ἀσσάριον ἔχει δραχμὰς β′. Δυπόντιον δὲ ὁμοίως ἄγει δραχμὰς δ′. *Assarium pendit drachmas duas: Dupondium similiter trahit drachmas quatuor;* intellige itidem στατικὰς, et pondus, non aliquem nummum declarantes. Assarium itaque ambigui significatus: Assarius non item; semper enim de nummo κατηγορεῖται. At Graeci neutro genere semper vsurpant, siue de nummo, siue de pondere dicatur, τὸ Ἀσσάριον. Sic denarius et Sester-

tius

tius nummi, ab iisdem τὸ δηνάριον, τὸ σηστέρτιον nominantur. Quanquam et σηστέρτια numero plurium illis sunt idem, quod sestertia Latinis, hoc est, mille nummi sestertii. Patet ex loco Fabii Plutarchici, quem infra lustramus et corrigimus. Vide Iosephi Scal. Dissertationem de Re Nummaria.

Huc tanquam symbolam alia quaedam conferimus, quae non omnibus obuia sunt. Denarius nisi aetati Plutarchi, at saltem non ita magno post interuallo ἀντὶ τοῦ χαλκισμοῦ, *pro exigua stipe*, vt hodie in Gallia, fuit vsurpatus. Valeriani certe temporibus, hoc est, sesquialtero nati Christi Domini seculo, hunc ipsius denarii vsum maxime receptum fuisse scimus ex Flauio Vopisco, apud quem in Aureliani vita, capite nono extremo, scribit Imperator Valerianus ad Albinum praefectum Vrbis: *Decernes Aureliano ad sumtus aureos Antoninianos diurnos binos, argenteos Philippeos minutulos quinquagenos, aeris denarios centum. Antoniniani aurei* Antonini iussu primum conflati certo quodam pondere atque bonitate fuerant, quales cum recepti semel placuissent, retenti sunt ab insecutis principibus simul cum appellatione, excepto duntaxat, quod vultum et nomen, qui postea formati sunt, non Antonini, sed eius Imperatoris, qui formari iussisset, referebant. De *Philippeis argenteis* idem licet existimare, nec non et de Philippeis aereis et argenteis Aurelianeis; de quibus mentio apud eundem Vopiscum in Probo: *Huic igitur dari iubebis* (verba sunt eiusdem Valeriani Augusti ad Muluium Gallicanum praefectum praetorio) *aureos Antoninianos centum, argenteos Aurelianeos mille, aereos Philippeos decem millia.* Illi aurei, aliique omnium ferme Imperatorum vsque ad Principes Christianos didrachmales, puto, fuerunt, hoc est, singuli nostrorum binorum Solatorum, vel aurei gemini Castiliani (duplum Pistoletum vulgus appellat) pondus et temperaturam habuerunt. Eos quini viceni minutuli argentei Philippei, vel Aurelianei, proportione sesquiduodecupla, vt apparet, aequauerunt: hi siquidem fuere drachmales, id est, aureis dimidio leuiores, vel granorum Romanorum LXIII. qui est modus drachmae Atticae, nostri aurei Solati, Castiliani Pistoleti simpli, et Regalis Hispanici, siue Castiliani, nisi quod hic minus vno granulo appendit. Graeci ἀργύρια λεπτὰ vocant, eoque λεπτὸν, sicut et δραχμή, ab Hesychio dicitur ἑξακισχιλιοστὸν ταλάντου, *pars sexmillesima Talenti Attici vnius.* Sic et λεπτὸν saepe ἀντὶ δραχμῆς, et minutum, aut minutulum, vel minutulum argenteum pro denario positum sub aetatis mediae principibus, homines eruditi recte nuper ostenderunt. *Aereos Philippeos* aut *aeris denarios* quod attinet, video esse, qui singulos illos vnciae pondus obtinuisse, quaternos argenteo minutulo, centenos aureo antedicto respondisse contendunt. Quod vt verum aliquo tempore fuisse nihil dubito, sic haudquaquam servatum

vatum ſemper eſſe, planum habeo, vel ex eorum inſpectione, qui adhuc plurimi ex aere denarii circumferuntur, et mox exempli appoſitione clarum facio. Eos obſeruatur dictos aliquando, *denarios* ἁπλῶς, interdum *aereos* vel *aera*, *folles*, *follaerales*, *ſeſtertios* vel *ſeſtertios aeris*: quibus et aliis eiuſdemmodi vocibus, nullo fere diſcrimine, auctores citimae vetuſtatis abutuntur. Itaque S. Ambroſius δύο δηνάρια, de quibus mentio apud Lucam cap. x. verſ. 35. *aera duo* Latine paſſim reddidit. Exhortat. ad Virgines ſub finem: *Ad hominis ſanitatem ille Samaritanus duo aera ſtabulario dedit, quibus vlcera curaret illius a latronibus vulnerati.* Epiſtola LXXVI. ad Studium: *Iſta ſunt duo aera, quae Samaritanus ille Euangelicus ad eius curanda vulnera, qui incidit in latrones, ſtabulario dereliquit.* Sed in hoc fallere, atque ab Euangelica ſententia abire nonnihil videtur, quod aereos iam Lucae aut potius Chriſti Seruatoris temporibus denarios fuiſſe innuit, nec alios a pio illo Samaritano in aegroti et ſaucii alimoniam atque curationem erogatos: cuius tamen eximium σπλαγχνισμὸν et munificentiam Dominus depraedicat, nec ſane alios intelligere denarios poteſt, quam qui ea aetate vſitati erant, omnes ex argento, aereis multis oblocabiles. Nihil ambigo, quin ex aeui ſui et Dominici vel Auguſtaei ratione Ambroſio mens et manus aberrauerit.

Quod autem aeui poſterioris denarii de ſtipe minutiſſima, et longe tenuiore, quam volunt, qui quaternos illos Atticae drachmae ſiue minuto argenteo faciunt ἰσοδυνάμους, fuerint aliquando vſurpati, ſic videatur aliquis bene poſſe demonſtrare. In Euangelio ſecundum Marcum XII. 42. Καὶ ἐλθοῦσα μία χήρα πτωχὴ ἔβαλε λεπτὰ δύο, ὅ ἐστι κοδράντης. Λεπτὰ χαλκία, *minuta ex aere*, vel aereola non dubie intelligenda veniunt, qualia octona vnus obolus, duodequinquagena vna Italica drachma, vel antiquus Romanus denarius argenteus exaequabant: ſiquidem bina vnum quadrantem (oboli) efficiunt. Iulius Pollux lib. IX. cap. VI. Ὁ μέντοι ὀβολὸς ὀκτὼ χαλκοῦς εἶχε, καὶ οἱ μὲν δύο χαλκοῖ τεταρτημόριον. *Obolus quidem habuit octo aereos*, ſiue *chalcos: et duo aerei quadrans dicti ſunt*, nempe quod eſſent oboli quarta pars, vel potius quod quarta oboli argentei parte valerent. Cleopatra in Coſmeticis: τὸ Ἰταλικὸν δηνάριον ἔχει δραχμὴν α. ἡ δραχμὴ ὀβολοὺς ς. χαλκοῦς μή. *Italicus denarius habet drachmam vnam, drachma obolos ſex, chalcos* ſiue *aereola octo et quadraginta.* Sed doctiſſimus et accuratiſſimus D. Hilarius, illa Marci λεπτὰ δύο, *duos denarios* interpretatur. *Duos*, inquit, *denarios viduae inopis acceptiores Dominus habet copioſis diuitum nummis.* Igitur Hilarii, hoc eſt, Conſtantini, et aliorum primorum principum Chriſtianorum temporibus, dictus de minutiſſimo aere denarius, nec niſi octauae vnius oboli argentei, vel duodequinquageſimae antiqui Romani

denarii parti reſpondit. Eandem hiſtoriam de duobus minutis a vidua paupercula miſſis in gazophylacium, habet D. Lucas XXI. 2. vbi et Syrus interpres δύο λεπτὰ, *duas octauas*, nempe oboli, conuertit. Accedat et D. Ambroſii auctoritas, qui paſſim iſta δύο λεπτὰ, *aera duo* interpretatur. Libro de Viduis: *Nec deſpexeris hanc mulierem in gazophylacium duo aera mittentem.* Ratio, quam ibidem paululo ante attulit, ſane aureis exſcribenda eſſet apicibus. *Vberior eſt enim nummus e paruo, quam theſaurus e maximo: quia non quantum detur, ſed quantum reſideat, expenditur. Nemo plus tribuit, quam qui nihil ſibi relinquit.* Libro IX. Epiſtola VII. *Chriſtus duo aera mulieris viduae etc.* Sic in fine libri Ad Virgines, in II. De Poenitentia, et alibi.

Magno itaque errore ſe obſtrinxerunt, nec minorem Hilario auctori accuratiſſimo adfinxerunt, qui ab eo λεπτὰ δύο Euangelii, *duos denarios* argenteos, drachmae Atticae ἰσοδυνάμους, eoque vnciae argenti quartam partem, interpretata nuper prodierunt. Nam λεπτὰ, ſiue *minuta*, tametſi ἀργύρια quoque, *argentea* interdum fuerint, eaque drachmalia, vt ante diximus: et illa bina vnius vnciae, quae octonum drachmarum fuit, quadrans eſſe potuerint: ne tamen hic talia concepiſſe D. Hilarium exiſtimemus, tam vſus Denarii ἀντὶ τοῦ χαλκισμοῦ, vel ſtipe, aut aereolis, eius temporibus et ante paſſim receptus, ſicuti docuimus, quam ſenſus et mens ipſius hiſtoriae ſacrae manifeſtiſſime vetant. Voluit enim ſignificatum Chriſtus Dominus, homines rectae voluntatis, quantumuis egenos, et munuſcula tenuiſſima, puta nummulos aereos, ſupremo Numini offerentes, citius, quam qui mente non ſatis caſta multum argentum vel aurum deferunt, litaturos. Hinc et DD. Cyrilli atque Chryſoſtomi eadem illa viduae λεπτὰ, ὀβολοὺς interpretantium, lapſus plane gêminus euinci poteſt: ſiquidem eos intellexere obolos, vt quidam putant, qui cum drachmis omnino iidem fuerunt, et pro his apud quoſdam e ſcriptoribus aetatis mediae interdum vſurpantur. Sin autem (quod citius crediderim) vulgares obolos cogitauerunt, quos ſenos Attica drachma continebat, eo dicta ἑξώβολος: adhuc minus ferendi ſunt, quoniam ex D. Marco illa duo λεπτὰ, quadrans fuerunt, et quadrantis appellatio duobus obolis eius generis conuenire nulla ratione poteſt. Sed illos magnos Doctores culpae, arbitror, ſubducet, qui dixerit, primo conſilium tantum illis fuiſſe declarare, quid iſta λεπτῶν donatione affirmatum voluerit Chriſtus, quod non alia Graeca voce pecuniaria commodius, quam ὀβολῷ, facere potuiſſent: non vero, quanti praeciſe λεπτὸν eſſet valoris atque indicationis: deinde in Graecia, ſicut Romae, ſub Imperii vtriuſque principibus totius rei nummariae rationem admodum vagam fuiſſe et arbitrariam, non ſtatam et conſtantem, hoc eſt, illorum temporum obolos atque denarios, neque pon-

dere,

dere, neque temperatione, aut metalli dignitate illis antiquis aequales exſtitiſſe.

Similiter vetus Francorum denarius ex argento fuit, drachmae Atticae, vel argentei Caſtiliani ἀντίῤῥοπος. Eorundem vetus ſolidus aureus fuit, et didrachmalis initio fortaſſis, qualis Romae ſub Caeſaribus ad principes Chriſtianos vſque fuiſſe comperitur: deinde ſextularis, hoc eſt, ſextulam, vel ſextam vnciae Romanae partem ad libellam trahens, ſiue ponderis granorum LXXXIV. quales in Codice Iuſtinianeo et Theodoſiano intelligendi ſunt, nec non et apud Aimonium in vita Clodouei primi noſtri Chriſtiani regis. Ambo vero, denarius, et ſolidus Francicus, ſenſim ac ſemper in deterius imminuti, quo nunc decreuere? Ille hodie nummulus eſt ex aere totus, vſque adeo minutus, vt in Marca vna centies quinquagies ſexies inſit: ſolidus autem hodiernus nummus eſt argenteus et ſubaeratus, librae octonariae, ſiue Marcae pars altera et centeſima: quod eſt dicere, centeni bini ſolidi ex vna marca conficiuntur, et ſingulis (quod temperaturam notamque bonitatis attinet) tres aeris partes et pluſculo amplius admixtae ſunt, vt argenti quarta pars non tota (fere tamen) reſtet. Illi quini edictali aeſtimatione Henrici III. argenteo Caſtiliano ſunt oblocabiles, ſinguli vero duodenis denariolis aereis ſupradictis. Sed talia plura operis alius ſunt.

ANIMADVERSIO XI.

Quod neque ſit veriſimile, Gallos ſolius vini amore illectos in Italiam demigrauiſſe: neque verum, eoſdem a Camillo Roma pulſos, et caeſos, vt narrat Plutarchus. Gallorum laudatiuncula. Gallici nominis terror priſtinus in Romanorum animis inſidens. Polybius εἷς ἀντὶ μυρίων *in his Gallorum rebus. Nulli ſcriptorum non dubitanter dictum, Gallos vini amore captos tranſiiſſe Alpes. Iuſtinus, Callimachus, et Callimachi ſcholiaſtes contra Bodinum defenſi, nec ab eo intellecti. Mira Bodini* παρανα-γνώσματα. *Iuſtino et Polybio manifeſte conuenire. Strages Gallorum Delphica. Brenni duo. Gallorum victoriae poſt ſtragem Delphicam in Thracia et Aſia. Byzantii Gallorum ſtipendiarii. Orientis et Occidentis victores Galli a D. Hieronymo appellati. Vaticinium Apollinis nondum nati, de Gallis apud Callimachum, Scholiaſtis Callimachi reprehenſio.*

In eodem CAMILLO, pag. 557. vlt.

Αὐτοὺς τρέπεται πολλῷ φόνῳ καὶ λαμβάνει τὸ στρατόπεδον ὁ Κάμιλλος. τῶν δὲ φευγόντων οἱ μὲν εὐθὺς ἀνῃρέθησαν καταδιωχθέντες, τοὺς δὲ πλείστους διασπαρέντας ἐπεκθέοντες ἐκ τῶν πέριξ κωμῶν καὶ πόλεων ἔκτεινον. Ante paulo pag. CCC. ὀψὲ δ' οἴνου γευσάμενοι τότε πρῶτον ἐξ Ἰταλίας διακομισθέντος, οὕτως ἄρα. θαυμάσαι τὸ πόμα, etc. Supra

verum

verum illud prius dictum Plutarcho, supra veri fidem, hoc posterius, mihi non est difficile indicare. Censoriam itaque virgulam asserendae veritatis et virtutis auitae gratia distringo libens in eum, inque quos alios cunque scriptores, qui ante et post Plutarchum id vtrumque vel inuidia, vel ignorantia, literis prodiderunt. Credatne aliquis, qui non sit iniquo, vel exulcerato animo in Gallos, neque iudicium accusatorum in reos pro aliquo praeiudicio valere patiatur, Gentem, quae animosissima, et fortium facinorum appetentissima semper habita est, solius dulcedine vini allectam primum in Italiae Alpibus subiectam planiciem venisse, locaque plurima occupauisse: deinde vero victrices eius legiones ab hoste fracto et consternato caesas ad vltimam internecionem? Nam constat apud omnes Graecos et Latinos, nullius alterius gentis plures colonias in varias orbis terrae partes solius honoris ac belli gerendi desiderio expeditionem suscepisse: non alterius metu, quod ait in extremo Iugurtha Crispus Sallustius, Italiam omnem aeque contremuisse: Romanos alia omnia virtuti prona credidisse, cum Gallis pro salute, non pro gloria, certare consueuisse; quos arma expedire quotiens Romae nuntiatum sit, repente e vestigio decretum tumultum, indictum iustitium, itum ad saga, nullo adspectu beneficii, honoris, aetatis, sicut auctor est II ἐμφυλίων Appianus, nec in hoc eodem libro infra pag. CCCXXXIII. ausus est noster diffiteri. Vt si fortuna Gallis fauisset aeque ac Romanis, his haud dubie imperii clauum illi extorquere potuissent.

Sed pugnent coniecturis, quibus τεκμήρια καὶ ἀποδείξεις, *argumenta necessaria et insolubilia*, non suppetunt. Adduco ego vnum testem, sed grauissimum et locupletissimum, quibus esse debeat εἷς ἀντὶ μυρίων, siquidem ab aetate propius abfuit, quam vllus alius, qui de hac re scripsit: neque aliquam pro Gallis aduersus Romanos mentiendi causam habuit, et cum primis φιλαληθέστατος vel cum dispendio existimationis suae, aut illius parentum patriaeque, vni litandum veritati semper duxit. Is est Megalopolitanus Polybius, qui primo et altero volumine Historiarum, clarissimis et indubitatis argumentis docet, Gallos Senones captam et incensam Vrbem Romanis suapte sponte tandem reddidisse, foedereque inito in suas sedes victores remigrauisse, scilicet interueniente casu, qui domum eos reuocabat, quod Veneti ipsorum fines cum infesto exercitu ingressi nunciabantur: Γαλάται δὲ κατὰ κράτος ἑλόντες αὐτὴν (τὴν Ῥώμην) κατεῖχον, πλὴν τοῦ Καπιτωλίου. πρὸς οὓς ποιησάμενοι Ῥωμαῖοι σπονδὰς καὶ διαλύσεις εὐδοκουμένας Γαλάταις, καὶ γινόμενοι πάλιν ἀνελπίστως τῆς πατρίδος ἐγκρατεῖς, καὶ λαβόντες οἷον ἀρχὴν τῆς συναυξήσεως, ἐπολέμουν ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας. Et libro II. Μετὰ δέ τινα χρόνον μάχῃ νικήσαντες Ῥωμαίους, καὶ τοὺς μετὰ τούτων παραταξαμένους, ἑπόμενοι τοῖς φεύγουσι τρισὶ τῆς μάχης ἡμέραις, ὕστερον

ὕστερον κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην, πλὴν τῦ Καπιτωλίυ· γενομένυ δὲ ἀντισπάσματος, καὶ τῶν Οὐενετῶν ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, τότε μὲν ποιησάμενοι συνθήκας πρὸς Ῥωμαίυς, καὶ τὴν πόλιν ἀποδόντες, ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν.

Sed vel ipsi contrariae opinionis assertores, quasi conscientiae stimulis agitati, mendacium tam manifestum affirmate tradere religioni habuerunt: eaque causa in famam, quae mater fabularum est, suam illam narrationem retulerunt. T. Liuius, qui commenti huius pater possit appellari, libro v. *Eam gentem* (Gallorum) traditur fama *dulcedine frugum*, *maximeque vini*, *noua tum voluptate captam Alpes transisse* etc. Plinius Hist. Nat. lib. XII. cap. I. Produnt, *Alpibus coercitas*, *et tum inexsuperabili munimento Gallias*, *hanc primum habuisse caussam superfundendi se Italiae.* Noster praedicto loco: Λέγονται τὴν αὐτῶν ἀπολιπόντες, etc. et mox: Ἄῤῥων λέγεται γενέσθαι, etc. Nisi forte Poëtarum exemplo, quod incredibile atque παράδοξον iri visum praesentiebant, fama comprobare voluerunt. Vtrumcunque sit, benedictis si certassent, audiissent bene: Nunc quia, quae voluerunt, dixerunt, quae non volunt, par est audiant. Φιλεῖ γὰρ γλῶτταν ἐκχέας μάτην Ἄκων ἀκύειν, ὃς ἑκὼν εἴπῃ λόγυς. *Etenim solet*, *qui dicta temere iecerit*, *Audire nolens verba*, *quae dixit volens.* Vti porro Caecias nubes, ita trahit mendacii huius occasio alterum, quod cum honore aliorum quorundam veterum scriptorum adversus vnum e Criticis neotericis libenter studiosae iuuentuti develabo. Damnat erroris Iustinum Historicum, Callimachum, et eius Scholiasten Ioan. Bodinus, quod Brenni copias Italia vastata in Graeciam influentes spoliato Delphorum templo fulgure percussas omnino interiisse commemorant. Opponit supra laudatum Polybium, quem ait docere, easdem copias incensa vrbe ad Hellespontum vsque progressas, et locorum opportunitate pellectas circa Byzantium constitisse, Thracibusque deuictis regnum vsque ad Clyari tempora tenuisse. En quantae nugae in quam paucis verbis? Ait libro XXIV. Iustinus, Gallos abundanti multitudine, cum eos non caperent terrae, quae genuerant, trecenta millia hominum ad sedes nouas quaerendas, velut ver sacrum misisse. Ex his portionem in Italia consedisse, quae et vrbem Romanam captam incendit: portionem autem aliam Illyricos sinus ducibus auibus per strages barbarorum penetrauisse, et in Pannonia consedisse: ibi domitis Pannoniis per multos annos cum finitimis bella gessisse: hortante deinde successu, diuisis agminibus, alios Graeciam, alios Macedoniam, omnia ferro proterentes, petivisse: Ne verbulum quidem habet hic Iustinus, vnde ipsum intelligere, copias, quae Italiam vastauerant, postea in Graeciam irrupisse, inferre aliqui possimus. Imo planissime dicit, in Italia consedisse, qui Romam incenderant; Graeciam vero petivisse

viſſe illam aliam Gallorum portionem, cui Pannoniae obuenerant. Addit, Brennum, quo duce pars Gallorum in Graeciam ſe effuderat, cum lectis ex omni exercitu peditum ſexaginta quinque millibus, Delphici templi ſpoliationem auſum aggredi, periiſſe, ne vno quidem relicto ex tot armatorum millibus, quos ipſe ad id ſacrilegium ſecum eduxerat. Quibus nihil modo non contrarium habet tota Polybiana hiſtoria, vt potius eadem omnia contineat clare vſque adeo, vt mirer offendere in tanta luce quenquam potuiſſe. Lib. I. paulo poſt initium: Μετὰ δέ τινα χρόνον, Ταραντίνων διὰ τὴν εἰς τοὺς πρεσβευτὰς τῶν Ῥωμαίων ἀσέλγειαν, καὶ τὸν διὰ ταῦτα φόβον, ἐπισπασαμένων Πύῤῥον τῷ πρότερον ἔτει τῆς τῶν Γαλατῶν ἐφόδου, τῶν τε περὶ Δελφοὺς φθαρέντων, καὶ περαιωθέντων εἰς τὴν Ἀσίαν. Libro II. ſimiliter τῆς Γαλατῶν περὶ Δελφοὺς διαφθορᾶς meminit. Et lib. IV. Οὗτοι δ᾽ ἐκίνησαν μὲν ἅμα τοῖς περὶ Βρέννον ἐκ τῆς οἰκείας. διαφυγόντες δὲ τὸν περὶ Δελφοὺς κίνδυνον, καὶ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, αὐτοῦ κατέμειναν, διὰ τὸ φιλοχωρῆσαι τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον τόποις, et quae ſequuntur. Quod autem Polybius neque Brennum, neque Gallos eoſdem intelligit, qui vaſtata Italia Romam incenderunt, nimis aperte ipſe teſtatur, primo et ſecundo voluminibus, ſignificans, veniſſe in Graeciam duce Brenno eos, quibus de loquitur, Gallos, anno poſt Pyrrhi aduentum in Italiam, hoc eſt, CIX. annis poſt alterius Brenni et aliorum Gallorum expeditionem aduerſus Romanos. Nam captam a Graecis Romam anno ſui conditus CCCLXIV. et Pyrrhum a Tarentinis accitum in Italiam anno eiuſdem vrbis CCCCLXXIII. omnes hiſtoriae clamant.

Fuerunt igitur Brenni duo, alter antiquior, cui Romae ἅλωσις accepta fertur: alter iunior, inter praecipuos duces expeditionis centeſimo et nono poſt anno ſuſceptae in Graeciam, qui et *Prauſus* audiit, Strabone indice lib. IV. Geographicorum: Ἐπεὶ καὶ τὸν ἄλλον Βρέννον τὸν ἐπελθόντα ἐπὶ Δελφοὺς Πραῦσόν τινες φασί. Huius ignoratio, vt arbitror, in tam putidos errores Bodinum praecipitem egit. Neque pugnat cum Iuſtino Polybius, ſcribens, Gallos ſtrage Delphica defunctos, ad Helleſpontum vſque duce Comontorio perueniſſe, conſtitiſſeque circa Byzantium: deinde Thracibus deuictis, ac regni ſui ſede Tulae inſtituta, vltimum Byzantiis periculum creauiſſe, vt hi annui muneris ſpecie terna aut quina aureorum millia (ſena aut dena noſtrorum Solatorum aureorum millia ea ferme aequauerunt) initio pendere neceſſe habuerint, interdum et denum millium (noſtrorum millium circiter vicenum) numeratione vaſtationem agrorum ſuorum redimentes: tandem vero etiam LXXX. annua talenta (quadragena ſcutatorum Francicorum millia) ſtipendii nomine a ſe exigi vſque ad tempora Clyari coacti pati fuerint. Nam Iuſtinus tantum ait, vltima occiſione occiſos eos omnes, qui Brennum ſecuti Delphos petiuerant. Caeteri, quos longe ampliore numero Brennus

nus poſt ſe reliquerat, (eius erat exercitus CL. millium peditum, XV. millium equitum, quod ibidem notat Iuſtinus) audita ſuorum clade, alio arma conuerterunt, etiam in Aſiae continentem non magno interuallo poſtea immigrare auſi, vbi et pulcherrimas victorias reportauerunt, et quas, prope dixerim, voluere terras, ſui et nominis et mancupii fecerunt, vt eſt ab eodem Iuſtino proditum initio libri XXV. et alii omnes hoc ipſum confitentur ὁμοθυμαδόν. *Orientis*, eapropter, *Occidentiſque victores*, D. Hieronymo appellati. *Aeterno quondam dedecore Romanum laborabat imperium, quod, Gallis cuncta vaſtantibus, fuſoque apud Alliam exercitu, Romam Brennus intrauit. Nec priſtinam poterat abolere ignominiam, donec et Gallias genitale Gallorum ſolum, et Gallograeciam, in qua conſederant Orientis Occidentiſque victores, ſuo imperio ſubiugaſſet.* Locus eſt in libro ad Gerontiam viduam de Monogamia ſub finem. Neque Callimachus et eius Scholiaſtes, quod Bodinus comminiſcitur, Brenni copias Italia vaſtata in Graeciam influxiſſe narrant. Poëta quidem Callimachus hymno IV. qui eſt εἰς τὴν Δῆλον, verſu centeſimo ſeptuageſimo primo, et deinceps, inducit Apollinem in vtero profugae matris, quaeritantis, vbinam terrarum tantum partum ederet, (nam irata Iuno ipſam, quia ex Ioue grauidam, vndique depellebat) iam vaticinantem ac praedicentem fore, vt Celtae, ſiue Galli, ab occaſu venientes, Gigantea proceritate formidabiles, multitudine grandini aut ſtellis, quando plurimae in coelo micant, non impares, in terram Graeciam irrumpant: ac tandem pars apud Delphos, in Aegypto pars, Ptolemaeo Philadelpho imperante, occidant atque interimantur. Haec ſumma vaticinii Apollinis, quod verſibus decem et ſeptem, hymno, quem dixi, concepit Callimachus. De Brenno alterutro, nedum de vaſtata a Gallis Italia, nulla mentio. Scholiaſtis verba ſubſcribimus: Βρέννος ὁ τῶν Γαλλῶν βασιλεὺς, συναγαγὼν τοὺς Κελτοὺς ἦλθεν ἐπὶ Πυθῶνα, βουλόμενος τοῦ Θεοῦ τὰ χρήματα διαρπάσαι. πλησίον δὲ γενομένων, ὁ Ἀπόλλων χαλάζῃ χρησάμενος, ἀπώλεσε τοὺς πλείους αὐτῶν. ὀλίγων οὖν περιλειφθέντων, Ἀντίγονός τις φίλος τοῦ Φιλαδέλφου Πτολεμαίου, προξενεῖ αὐτοὺς αὐτῷ, ὥστε ἐπὶ μισθῷ στρατεύεσθαι. καὶ γὰρ ἔχρησεν ὁ Πτολεμαῖος τούτου στρατεύματος. οἱ δὲ ὁμοίως ἠβουλήθησαν καὶ τοῦ Πτολεμαίου διαρπάσαι τὰ χρήματα. γνοὺς οὖν συλλαμβάνει αὐτοὺς, καὶ ἀπάγει πρὸς τὸ στόμιον τοῦ Νείλου τὸ λεγόμενον Σεβεννυτικὸν, καὶ κατέκλυσεν αὐτοὺς ἐκεῖσε. In hoc ſcholio, vt apparet, de Italia ne γρὺ quidem. Eſt quidem Brenni mentio: ſed vnde infert Bodinus, eum intelligi, cuius auſpiciis Romam Galli ceperunt, et Italiam deuaſtauerunt? Sine dubio errandi cauſſa illi fuit, plurium vno, Brennorum ignoratio. Quod autem poëta Gallos, qui cladi Delphicae ſuperfuerunt, omnes in Aegypto interituros praedicit, hac cauſſa id facit, vt conciliet ſibi Ptolemaeum Philadelphum, Regem Aegypti, cuius temporibus fuit aequalis, et a quo

a quo ſublata quaterna Gallorum millia, iis fere cauſſis, quas attulit Scholiaſtes, (in hoc vero late decipiens, quod Poëtam ſecutus, et paucos ſtragi Delphicae ſuperfuiſſe, et omnes, qui relicti fuerant, ab iſto Ptolemaeo funditus exſtinctos fabulatur) auctor eſt primo libro περιηγήσεως τῆς Ἑλλάδος, qui Ἀττικὰ dicitur, Pauſanias.

ANIMADVERSIO XII.

Locus T. Liuii a Plutarcho male redditus. Seſtertii pro aſſibus ab eodem inſcite poſiti. Animaduerſa haec Plutarchi menda Budaeo et Othomano, ſed non reſtituta. In eius communionem fruſtra vocatus a Scaligero librarius. Ablepſia Sigonii.

In FABIO, pag. 683. 3.

Θέας δὲ μουσικὰς καὶ θυμελικὰς ἄξειν (ηὔξατο) ἀπὸ σηστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, ἔτι τριτημορίου προσόντος. τοῦτο τὸ κεφάλαιόν ἐστιν, ὀκτὼ μυριάδες δραχμῶν, καὶ δραχμαὶ τρισχίλιαι πεντακόσιαι ὀγδοήκοντα τρεῖς, καὶ δύο ὀβολοί. Plerique viri magni recte ſuſpectum de mendo hunc Plutarchi locum habuerunt. Budaeus ante omnes libro III. de Aſſe; ſed ipſe minime reſtituit: Othomanus dum vulnus tollere voluit, auxit. A Ioſepho Scaligero librarius inique vapulauit. Nos vitium, quantum quantum ineſt, vni Plutarcho totum adſcribendum iudicamus: ſiquidem hanc Hiſtoriam a T. Liuio tranſtulit, ſed emendato, qui de hoc eodem voto Fabiano loquens Annali XXII. vbi omnia pariter ternario numero nuncupata ſunt, ita poſt alia verba ſubdit: *Eiuſdem rei cauſſa ludi magni voti aeris* CCCXXXIII. *denariis, triente.* Vulgati codices τὸ CCCXXXIII. *denariis* non habent, errore manifeſto, vt optime vidit Scaliger: nam Sigonio, cuius maxime intererat, id ne oboluit quidem. Quinimo Plutarchum illud Liuianum, *Aeris* CCCXXXIII. *millibus*, *triente*, ſic, vt credidit, vertentem: ἀπὸ σηστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, καὶ δηναρίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, quia tolerauit, nec detulit; ſibi ſuſpicionem rei nummariae a ſe non ſatis intellectae procul dubio mouit. Nam ſi τὸ σηστερτίων de minoribus ſeſtertiis acceperis, ſummam Plutarchi Liuiana mirum quantum excedet, quod clauſis vel in totum Homericis oculis liquet: ſin autem de maioribus, quibus ſcilicet ſingulis milleni minores opponuntur, Plutarchica Liuianam, ſiue correctam, vt nos cum Scaligero legimus, ſiue vulgatam, nec emendatam, eoque mutilam et decurtatam, plus nimio quoque ſuperabit.

Eſt igitur et Plutarchi hallucinatio non minima, (ſi tamen alium auctorem, quam T. Liuium non ſecutus eſt) *aereos nummos*, σηστερτίους, ἀντὶ ἀσσαρίων praeciſe interpretantis. *Praeciſe*, inquam: Nam CCCXXXIII. HS. neutrius generis, non maſculini, hoc eſt, ſeſter-

ſeſtertia, non ſeſtertios, intellexiſſe Plutarchum, luce clarius habemus ex eo, quod illam ſummam, et ſimul CCCXXXIII. denarios aere Graeco interpretaturus, octoginta tria millia, quingentas octoginta tres drachmas exacte repoſuit. In ſingulas autem Graecorum drachmas quaternos ſeſtertios Romanos, et viciſſim; in ſeſtertia vero ſingula drachmas ducenas quinquagenas ex mente Plutarchi eſſe omnino taxandas, *Credere tam fas eſt, quam dubitare nefas.* Ridicule igitur Scaliger ridiculum eſſe cenſuit, in hoc Plutarchi loco, poſtquam CCCXXXIII. ſeſtertiorum mentio facta eſt, totidem denarios pro minore ſumma ſubiici. Sunt enim reuera CCCXXXIII. denarii ſiue drachmae, ſumma longe ac longe minor, quam CCCXXXIII. ſeſtertia, quae hic intelliguntur, et CCCXXXIII. millium ſeſtertiorum, ſiue LXXXIII. millium CCL. drachmarum ἀντάξια ſunt, vt et coeco patet. Igitur σηστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν, et σηστερτίων τριακοσίων τριάκοντα τριῶν χιλιάδων, eandem plane ſummam conſtituunt: Nec debuit Librario Scaliger imputare, quod τὸ χιλιάδων hic deſideratur. Quae tamen vox erit haud dubie adhibenda, ſi ἀσσαρίων ἀντὶ σηστερτίων repoſuerimus, vt Plutarcho et T. Liuio omnino conueniat.

Sunt porro CCCXXXIII. millia ſeſtertiorum, et denarii CCCXXXIII. Romanorum, vel Graecorum LXXXIII. drachmae, ſi huius temporis aeſtimationem ſequi volumus, vicies mille octingentae nonaginta ſex librae Turoneae paululo minus, quaternis drachmis, ſiue denariis, (nam hic cum Plutarcho confundimus) in ſingulas libras imputatis. ternae autem librae Turoneae, vel duodeni Regales Caſtiliani, Scutatum Francicum conſtituunt. Aeris autem vel Aſſium CCCXXXIII. millia, CCCXXXIII. denarii, etiam iuſta, et, vt Graeci appellant, argyrognomonica ſupputatione taxati, libris iiſdem Turoneis non pluribus, quam centenis nonagenis, reſpondent. Summae igitur Plutarchicae et Liuianae diſcrimen erunt decies mille octingentae ſex librae Turoneae, vel Scutati Francici ter milleni ſexceni bini, aut non longe ſecus.

IAC. PALMERII
AD
PLVTARCHI VITAS ANNOTATIONES.

p. 535. pen. Geraeſtus eſt Euboeae promontorium, inſulae totius extremum, et prominens Aegeum et Cycladas verſus, cum vrbe cognomine, vbi non eſt veriſimile Theſſalos appuliſſe, qui numquam in re nautica excelluerunt. Ergo lege Κέρησσον ex Pauſania in Boeoticis, vbi ea Theſſalorum expeditio memoratur: item ex eodem Plutarcho lib. de Herodoti malignitate,

vbi de hac eadem pugna contra Theſſalos et Latamiam loquitur, et prope Theſpias eam accidiſſe innuit: ſuit autem Cereſſus locus excelſus et munitus in Theſpienſium ditione.

p. 557. 9. Sequutus eſt hoc loco Plutarchus Titum Liuium, vt ſui Camilli, cuius vitam ornare inſtituerat, gloriae grato Romanis mendacio velificaretur. Rualdus doctus equidem et acri iudicio vir, et qui Plutarchum illuſtrandum et caſtigandum non ſine multis doctrinae adminiculis aggreſſus eſt, ad hunc locum multa dixit, nec tamen ſatis multa. Nam cum T. Liuium aretalogum et Romanorum mancipium mendacii ſategerit hoc loco arguere, id quidem fecit, ſed, vt mihi videtur, nimis ſtricte et quaſi ad alia properans; poterat enim eum pluribus telis obruere, et hanc fabulam ex hominum memoria radicitus euellere: et Polybium quidem cum citat, optime facit: eſt enim rerum Romanarum fide digniſſimus auctor, qui duobus tantum aut circiter ſeculis aberat ab vrbis captae temporibus. Sed de illo auctore celeberrimo id, quod oblitus eſt dicere Rualdus, notabo, T. Liuium fere omnia a Polybio accepiſſe, ſaepe paginas integras illius auctoris ſuo operi intexuiſſe, adeo vt interpretis Polybii ſaepiſſime vice fungatur, eius tamen ſuppreſſo nomine fere vbique, et ſi quando accidit, vt eius meminerit, eum citaſſe cum elogio ieiuno et mehercules inuido, rerum Romanarum non contemnendus auctor: vnde ſequitur, Liuium malignitate quadam cum aſſentatione erga Romanos et odio erga Gallos aliter eam hiſtoriam tradidiſſe, quam a Polybio, veraci et libero auctore, acceperat. Sed vt poſt Rualdi meſſem aliquod ſpicilegium in eius agro faciam, aliquid etiam de meo ad id argumentum afferam, et tanquam triarius e ſubſidiis in primam aciem contra Liuium aduolabo, et ex ipſius Polybii pharetra telum depromam acutiſſimum, nempe ex libro II. vbi Gallos Boios et Inſubres, vt auxilium a Gaeſatis Tranſalpinis impetrarent, his rationibus vſos inducit: ἀναμιμνήσκοντες δὲ τῆς τῶν ἰδίων προγόνων πράξεως αὐτὰς, ἐν ᾗ ἐκεῖνοι στρατεύσαντες, οὐ μόνον ἐνίκησαν μαχόμενοι Ῥωμαίους, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν μάχην κατέσχον ἐξ ἐφόδου αὐτὴν τὴν Ῥώμην· γενόμενοι δὲ καὶ πάντων τῶν ὑπαρχόντων ἐγκρατεῖς, καὶ τῆς πόλεως αὐτῆς μῆνας ἑπτὰ κυριεύσαντες, τέλος ἐθελοντὶ, καὶ μετὰ χάριτος παραδόντες τὴν πόλιν ἄθραυστοι καὶ ἀσινεῖς ἔχοντες τὴν ὠφέλειαν, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθον; ea ſic Latine reddidit Caſaubonus: Maiorum res geſtas illis in memoriam reuocantes, qui expeditione ſimili ſuſcepta non ſolum proelio Romanos vicerant, ſed etiam a pugna Romam ipſam occuparant, bonis deinde illorum omnibus potiti, vrbe etiam ipſa per ſeptem menſes in ſua poteſtate detenta, poſtquam ſua ſponte et beneficii loco eam victis tradidiſſent, illaeſi atque incolumes in ſuam patriam reuerſi fuerunt. In qua verſione oblitus eſt Caſaubonus interpretari haec verba ἔχοντες τὴν ὠφέλειαν, quae tamen litem decidunt, habentes emolumentum,

id

id eſt procul dubio aurum, quod ex pacto acceperant. At ſi vera fuiſſet Gallorum ad internecionem vſque deletorum clades, quam tragice narrat Liuius, certe Boiorum illos legatos, ab eius negotii mentione maxime abſtinuiſſe decebat, quippe quod contra eorum propoſitum Gaeſatas a petita ſocietate plurimum deterrere valebat, et ridicula fuiſſet eorum exhortatio, et magis ridiculus Polybius, qui eos ita dicentes introduxit, niſi Gallorum victoria omnibus nota et conſtanter eo tempore credita fuiſſet. Itane credibile eſt, Polybium Africani et Laelii amicum et contubernalem, virorum patriae amantium et gloriae gentis ſuae cupidorum, qui procul dubio multa Romanorum acta ab eorum ſermone didicerat, et qui ſua ſcripta eorum cenſurae ſubieciſſe dicitur, auſum fuiſſe talem narrationem ſuis paginis inſerere ſine maledicentiae nota, et Romanorum odio. Si contraria fama, vel dubia tantum, ad eorum virorum aures perueniſſet, Exul nempe Polybius ſolo Romanorum auxilio fultus, ſine lare, ſine diuitiis, Romanos vt auro redemtos ad poſteros traducere ſine auctoribus fide dignis impudentiſſimo mendacio tentauit? Id certe putare foret abſurdiſſimum. Sed nunc Trogum Pompeium audiamus, virum Romanum; is lib. XXVIII. Aetolos Romanorum legatis ſic reſpondentes inducit. Aduerſus Gallos vrbem eos ſuam tueri non potuiſſe, captamque non ferro defendiſſe, ſed auro redemiſſe. Orationem etiam Mithridatis ad milites breuitate militari conſpicuam idem Trogus hiſtoriae ſuae inſeruerat, et eam in ſuo compendio Iuſtinus integram intexuit, qua veluti telo trabali transfigitur tradita a T. Liuio fabula: ea ſic habet lib. XXXVIII. Mithridates ait, ſe audire populos Tranſalpinae Galliae Italiam ingreſſos, maximis eam plurimiſque vrbibus poſſidere, et latius aliquanto ſolum finium, quam in Aſia, quae dicitur imbellis, eoſdem Gallos occupaſſe, nec victam ſibi ſolum dici Romam a Gallis, ſed etiam captam, ita vt vnius illis montis cacumen tantum relinqueretur, nec bello hoſtem, ſed pretio remotum. Haec vltima verba T. Liuium iugulant, a Trogo ciue Romano ſatis antiquo prolata. Nunc vero prodeat Suetonius Liuio poſterior tempore, et videamus, quomodo illius mendacio adſtipuletur. Is in Tiberio cap. III. ſic ait de Tiberii maioribus: Druſus hoſtium duce Drauſo cominus trucidato, ſibi poſteriſque ſuis cognomen inuenit. Traditur etiam propraetore, ex prouincia Gallia retuliſſe aurum, Senonibus olim in obſidione Capitolii datum, nec, vt fama, extortum a Camillo. Sic Suetonius pro fama et nudo rumore Livii fabulam explodit. Nam quamuis in eo forte fuerit vanus Druſus, dum talem honorem ſibi arrogauit, tamen nunquam eam gloriam affectauiſſet, niſi omnibus conſtitiſſet, aurum illud a Gallis in patriam ſuam aſportatum fuiſſe. Sed nunc Liuium ſuo ipſius telo configamus: ecce parum ſui mendacii memor Samnites

tes in Hetruſcorum aduocato conſilio ita differentes inducit: Vnam ipſis ſpem in Hetruſcis reſtare, ſcire, gentem Italiae opulentiſſimam armis, viris, pecunia eſſe, habere accolas Gallos, inter ferrum et arma natos, feroces cum ſuopte ingenio, tum aduerſus Romanum populum, quem captum eſſe auroque redemtum haud vana iactantes memorent. Certe nihil expreſſius dici poteſt. Paulus Oroſius certe, dum eam hiſtoriam narrat, de Camillo non meminit. Ideo certiſſimum eſt, nec de eo in eo negotio Trogum mentionem feciſſe: omnia enim fere ex Trogo habet Oroſius, qui ſic habet in fine libri II. de Romae captu. Vniuerſam reliquam iuuentutem, quam conſtat vix mille hominum fuiſſe tunc, in arce Capitolini montis latitantem, obſidione concludunt, ibique infelices reliquias, fame, peſte, deſperatione, formidine, terrent, ſubigunt, vendunt. Nam mille libris auri diſceſſionis pretium paciſcuntur. et caetera, quae vide. Vapulet ergo fabricator talis mendacii ſeu aſſertor, T. Liuius, Romanorum adulator, et Galli nominis inimicus; vtpote Patauinus domo, vrbe ſemper Gallis vicinis infeſta, quod ipſe fatetur lib. X. inde ſuum in Gallos odium, quod vbique teſtatur. Vapulet, inquam, et Rualdo, et mihi, et quicunque hiſtoricam veritatem amat. Elegantiae quidem et nitoris laudem a me non inuito accipiet, fidei vero et veracitatis nequaquam, et dum vapulabit, ſpectator adſit Plutarchus, qui hoc loco eum male ſequutus eſt, et Polyaenus, qui eius mendacii teſtes manifeſte falſi, et qui inter ſe diſcordes, vt et cum Liuio, tali fabulae fidem magis derogant, quam adſtruunt.

p. 603. 11. Nullus fuit Thucydides Mileto oriundus, quod ſciam. Itaque repono non dubitans τοῦ Μελησίου. Thucydides ille Meleſii filius fuit, qui Pericli in reipublicae Athenienſium adminiſtratione aduerſabatur, vt videre eſt apud Ariſtophanis Scholiaſten in Acharnis.

p. 606. 6. Lege τοῦ Οἴηθεν: tres pagi ſiue demi fuerunt in Attica, quibus hoc aduerbium conuenire poteſt, Οἶον ſcilicet, Deceleicum dictum, Hippothoontidis tribus, Οἶον Ceramicum, Leontidis, et Οἴη, ſiue Ὄη, Pandionidis: quinam vero Demus ex his tribus fuerit Demonidis iſtius patria, incertum eſt. Putarem tamen, eum potius fuiſſe natum ἐν Οἴῃ, in Oea Pandionidis tribus. de aliis enim magis dicitur ἐξ Οἴου, quam Οἴηθεν.

p. 622. 10. Vertunt omnes interpretes, pauones ſubmittere, vel ſubiicere. Sed ita vertendo nullus exit ſenſus commodus, et eſt ſententia obſcuriſſima. At ego minima mutatione ex his tenebris me expedio, et lego ταωνὰς retracto accentu in vltimam ſyllabam, vt ſit ταωνῆ, pauonis ſpolium, cutis ſcilicet cum plumis. Nam, vt dicitur λεοντὴ, leonis ſpolium cum iubis et pilis, ἀλωπεκὴ, pellis vulpina, αἰγὴ, caprae exuuium, τραγὴ, παρδαλεὴ, ἀρκτὴ, γυπὴ, λυκὴ,

λυκῆ, γαλεῆ; ſic, vt credo, Plutarchus vſurpauit ταωνὰς, vt ſignificaret ταώνων δορὰς, quae ſcilicet ob colorum elegantiam et plumae mollitiem ſubiiciebantur mulieribus loco ſtragulae veſtis. Nec mirum, ſi ea vox alibi non occurrit, nam et res ipſa omnino extraordinaria, et rara. In re noua, et quae numquam forte alibi euenit, vſus eſt Plutarchus voce rara, forte et ab ipſo formata, ſed analogiae vſitatiſſimae. Ad hunc locum illuſtrandum et firmandam meam ſententiam videtur facere Tertulliani locus lib. de Pallio, qui ſic habet: quamquam et pauo pluma veſtis et quidem de cataclitis, imo omni conchylio depreſſior. Vbi vox de cataclitis Latinis inſolita non poteſt aliter intelligi, quam de iis plumis, quae ad accumbendum ſunt vtiles ob mollitiem et elegantiam, ſcilicet ab origine Graeca deducitur ea vox, ἀπὸ τοῦ κατακλίνεσθαι, quod cum Plutarcho conſentit.

p. 639. 3. Nomen mulieris eius quaeſiui, et tandem inueni. Ea fuit filia Megaclis: nam Lyſias in Alcibiadis accuſatione ait, ei fuiſſe Megaclem ex matre proauum. At huius Alcibiadis iunioris fuit Hippareta mater, vxor nempe Alcibiadis famigerati illius ducis, iunioris Alcibiadis accuſati patris, Hipponici filia. Supereſt igitur, vt mater Hipparetes, Hipponici vxor, fuerit Megaclis filia, vt fuerit Megacles proauus Alcibiadis iunioris. Quod ſi fides ſit Aemilio Probo, ſeu Cornelio Nepoti, in Alcibiade, nomen eius mulieris fuit Dinomache: nam ibi Periclis priuignus dicitur fuiſſe Alcibiades, et mater Alcibiadis Dinomache dicebatur, Megaclis filia: quod ſi verum eſt, trium virorum fuit vxor ea Dinomache, nempe, primum Cliniae, ex quo Alcibiadem genuit, poſtea Hipponici, et tandem Periclis. Sed Hippareten ex alia vxore Hipponicum genuiſſe neceſſe eſt: non enim licebat Graecis ducere ſorores ὁμομητρίους, id eſt, vterinas, ſed tantum ὁμοπατρίους, paternas. Sic igitur procedit illud ſtemma:

Megacles — Agariſte — Xanthippus

Dinomache — Clinias — Hipponicus — Pericles — Ariphron

Alcibiades — Hipparete

Alcibiades iunior a Lyſia accuſatus.

IO. IAC. REISKE
AD
PLVTARCHI VITAS ANNOTATA.

P. 2. 1. fort. τὴν γνῶσιν αὐτῶν ἐν τοῖς ἐσχάτοις μ. premere, obſcurare, obumbrare fugientia ſuam notitiam terrarum loca. h. e. tuam ignorantiam occultare, cauere, quo minus conſtet illorum locorum rationes te non tenere. idem eſt ac ſi dixiſſet τὴν ἑαυτῶν ἄγνοιαν ἐπισκιάζοντες περὶ τὰ διαφεύγοντα τὴν ἑαυτῶν γνῶσιν.

3. 2. περὶ] fort. παρὰ. in conſcribendis verſanti mihi vitis inter ſe comparatis excellentium virorum.

3. 6. poſt ἐκδόντες videtur εὐδοκιμήσαμεν, aut, ſi mauis, ηὐδοκιμήσαμεν deeſſe. approbata fuit lectoribus atque placuit plauſumque tulit opera a nobis poſita in enarrandis Lycurgi Numaeque vitis. tum ſequitur ἐδοκοῦμεν. ideo viſi nobis fuimus non minus recte facturi, ſi ad Romulum vſque procederemus aſcendentes in temporum gradibus, cuius Romuli ad aetatem iam tam prope acceſſiſſemus. τῷ Ῥωμύλῳ προσαναβῆναι idem eſt atque, μέχρι πρὸς τὸν Ῥωμύλον ἀναβαίνειν διηγούμενον.

5. 4. λόγῳ cohaeret, non cum ἐκκαθαιρόμενον, ſed cum ὑπακοῦσαι. velim nobis euenire, vt hiſtoria e temporibus fabuloſis repetita, a faecibus ineptarum et mendacium traditionum repurgata, ſanae rationi obſecundet. h. e. exuat atque reſpuat ea, ſi quae ſanae rationi aduerſantia in ea occurrant; dictatis bonae mentis concedat, veraeque atque fide dignae formam induat hiſtoriae. Aut ſi mauis λόγῳ tacite iterandum a lectore quoque, et vtrique vocabulo, tam ἐκκαθ. quam ὑπακ. accommodandum erit.

vlt. mutandum ſi quid ſit, de quo haud decernam, malim ſic legi καὶ μέγα ξὺν τῷ δυνατῷ καὶ τὸ συνετὸν ἔχοντες. ſiue vocabulum δυνατὸν potentiam imperii, efficaciam rerum gerendarum, ſiue facundiam, linguae tyrannidem, et ingenii vim acrem, ſignificat.

6. 6. Sententia verborum, nonnihil, vt eſt vniuerſa Plutarchi oratio, obſcurorum, haec videtur eſſe; multa cum de Theſeique Romulique tradantur exceſſu parum credibilia, et ad tragicam ſolummodo pompam compoſita, tamen ex iis hoc vnum certa fide poſſe colligi, ambos in ciuium cuiuſque ſuorum odia offenſioneſque incurriſſe. An ita potius reliquit Plutarchus (non enim pronuncio, ſed quaero) εἴ τι τῶν μάλιστα τραγικῶς εἰρῆσθαι δοκούντων ὄφελός ἐστι πρὸς ἀλήθειαν ἐκδέχεσθαι. ſi quid eorum, quae in primis ad tragicam magniloquentiam exaggerata videantur, ad veritatem hiſtoricam interpretari refert.

8. f. Θησέως οὖν τὸ μὲν π.

7. 6. μίαν γε τέτων] subaudi τῶν γνωμῶν. quod vocabulum latet in altero, γνωμολογίας.

8. 3. νοήσας] scil. τὸν χρησμὸν, vel τὸν νῦν τῦ χρησμῦ.

ibid. malim ἢ νὴ Δί' ἠπάτησε. aut (si mauis potius, medius fidius haud aduersabor) decepit, vel callidis strophis induxit.

12. 9. φρόνημα] magnum et excelsum animum, cum intelligentia veri et prouidentia rerum in futurum expetendarum, coniunctum, non vanis rebus fluxisque, sed veritate fundata, ideoque tuta et a periculis secura.

13. 10. fort. δυνάμεως, πρὸς τὸ ὠμότητι — cohaeret hoc τὸ cum βιάζεσθαι et διαφθείρειν.

11. f. βιάζεσθαι ἀεί τι καὶ δ.

pen. ὡς τὰς πολλὰς ἐπαινῦντας] hi duo accusatiui sunt accusatiui absoluti. ac si plerique laudent pudorem et iustitiae studium —

14. 5. f. ἐπιθεὶς αὐτὸς αὐτῷ.

pen. f. πράττοντί τι καὶ λ.

15. 1. f. καὶ ὡς ὗτος [Themistocles puta] εἶπεν, ὡς [id est ὅτι] et quemadmodum Them. prae se tulit, tropaeum Miltiadis sibi somnos eripere. vel etiam sic poterit legi. ἔπαθε. δι' ὃ καὶ εἶπεν.

16. 1. πέδιλα] subaudi e proximo ἀναίμακτα. possit tamen fieri, vt huic quoque vocabulo Plutarchus addiderit nescio quod conueniens epithetum. Mihi quidem sic nude positum haud satis placet. num ἀνεπισήμαντα, nullo nobili facinore insignitos.

11. aut sic leg. ἐκείνῳ μὲν ὗν τῦτ' ἐπίδειξις ἦν φ. (redit autem τῦτο ad δέρμα pellem leonis) aut illo modo, quem malim, τ. δ. τῦ λέοντος, ὃ ἐκείνῳ μὲν ἐπίδειξις (sine ὗν.) quae leonina pellis illi quidem, Herculi puta, gestanti documento erat, quam vastae molis belluam confecisset Hercules.

19. 3. dubito de formatione vocabuli λῃστρὶς, rectene, an secus habeat. ordinaria forma a λῃστὴς hoc fert, vt λῃστὶς dicatur, sine ρ. quaerendum iam, et dicent grammatici quaerentibus, vtrum λῃστρὶς quoque vsurparint veteres, eo modo formandi, quo e ποιητὴς, ποιήτρια, et ex αὐλητὴς et ψάλτης, αὐλήτρια et ψάλτρια effecerunt. Fortasse quoque sit, qui sic malit interpunctum, λῃστίδα, (vel λῃστρίδα,) γυναῖκα φονικὴν —

7. πρὸ τῆς Μεγαρικῆς] poteſtne hoc idem significare, atque πρὸς τοῖς ὁρίοις τῆς Μεγ. an leg. est πρὸ τῦ ἐπιβῆναι τοῖς ὅροις τῆς Μεγ. an denique προμαχόμενον [aut προλοχῶντα] τῆς Μ.

21. vlt. Spiritum extremi vocabuli, qui in vulgatis lenis est, cum aspero mutaui. nam αὐτὸν facile subaudiatur, αὑτὸν, cum aspero, subaudiri nequit. idem est ac si dixisset, ἀναγκάσας αὐτὸν, cum coëgisset eum, ἀπισῦν ἑαυτὸν semet ipsum exaequare lectis. Minutos nempe imponebat Procrustes lectis protractioribus, quos vt implerent, artus eorum tormentis extendebat. proceros contra

contractioribus lectis imponebat, quos ne excederent, artus eorum amputabat.

22. 1. ὥσπερ τὺς ξένυς ἐκεῖνος] scil. ἠνάγκασεν ἀπισῦν τοῖς αὐτῦ κλιντῆρσι.

23. 4. Inconsentaneum est, Plutarchum eodem versu idem vocabulum modo pro medio, modo pro passiuo vsurpasse. quamquam extra dubium est, v. βιάζεσθαι vtroque modo vsurpari. praeterea dura est dictio, et, diligenter si pensites, futilis adeo; quippe idem cum praemissis praedicans. versus quintus eadem prorsus iterat, quae quartus modo dixerat, si vulgatae adhaerescimus. Age contendamus Plutarcho sententiam in os dare saltim tolerabilem, ad hunc ferme modum. οἷς μὲν ἐβιάζοντο τὺς ἄλλυς, τύτοις ἐκείνυς καὶ αὐτὸς βιαζόμενος quibus modis alios confecissent, iisdem ipse eos debellans.

5. τρόποις stare nequit, si Plutarchum a crimine tautologiae liberare volumus. Aut ergo ἐν δὲ ταῖς τροπαῖς [vel μετατροπαῖς] leg. est, aut ἐν δὲ τοῖς τροπικοῖς. Sunt autem τὰ τροπικὰ [scil. ἐναλλάγματα] siue solis annuae conuersiones brumales et aestiuae, siue subitae ventorum conuersiones; quorum illud astronomis, hoc nautis in vsu fuit.

6. pone πάσχοντας aut addendum, aut certe, si potest, subaudiendum est ἐπιτίμια, aut ἐπίχειρα.

9. δεομένυ potest ferri, ipso rogante, ipsius rogatu. mallem tamen in accusatiuo δεόμενον, vt planius et mollius. *rogantem lustrant.*

24. 7. αὐτῇ] ipsa, sola, inscio Aegeo, eoque procul. sic dedi meo arbitratu, pro vulgari αὕτη. in continenti dedi τῦ μὲν Αἰγέως de meo. nam vulgati libri pro particula μὲν dant alteram minus hic conuenientem δὲ.

8. ὡς ξένον cohaeret cum ἑστιῶντα, non cum ἀνελεῖν, quem vt hospitem coena hospitali esset excepturus, dum id faceret, mediis in epulis veneno tollere.

vlt. sententia subiicit ὡς ὀξυτέραν [vel ὡς ἐπιτηδειοτέραν] τέμνειν. Saepe fit in epulis, vt, cum carnes sunt prosecandae, is, cuius eae partes sunt, siue is est, qui conuiuas aere suo genialibus dapibus excipit, siue alius quicunque, de cultro suo queratur, vt hebetato. Ibi conuiuarum quicunque alius suum ei offert, affirmans eum acutiorem esse. Tale quid in hoc quoque conuiuio inter Aegeum et Theseum euenisse, comminiscamur. Aegeus volebat carnem assatam in paropside propositam, paulo grandiorem, quaecunque fuit, bouilla, an ferina, concidere. Sed culter eum suus destituebat. Ibi Theseus, vt homo cultior et vrbanior, ei suum cultrum offerebat, periculum facturo, num esset acutior.

25. 4. δεχομένοις (in datiuo) de meo dedi, pro vulgari δεχομένυς in accusatiuo. Aliquem alicui γνωρίζειν notum facere, dicunt graeci.

graeci. h. e. nomen tuum ad tertium aliquem proferre, vt si pater aliquis, filium ad rectorem ludi literarii adductum, his verbis magistrum compellet: Ego sum sutor calcearius, vel sartor vestiarius. quem vides mecum puerulum, vir optime, is filius meus est. tum γνωρίζει ὁ πατὴρ τὸν υἱὸν τῷ διδασκάλῳ. Sic Aegeus quoque ciuibus Atheniensibus filium Theseum, ad eos productum, cum affirmasset, suum esse, commendabat, gratanter acceptantibus.

26. 6. f. Αἰγεὺς, καὶ αὐτὸς θετὸς γ.

8. πάλιν] rursus, pari modo, vt ipse quoque Aegeus aduenticius atque insititius fuisset.

27. 2. τε deest Iuntinae et Ald.

28. 2. Δελφινίῳ] num Δελφίῳ vel Δελφικῷ.

5. ἑκαλήσιον] subaudi ἱερεῖον, victimam Hecalo Ioui et Hecalae heroinae consecratam.

8. malim in aor. 1. φιλοφρονήσασθαι ob praemissum ἀσπάσασθαι.

10. ἐπὶ τὴν μάχην] cum tauro Marathonio puta.

29. 7. προστάξαντος cohaeret cum ἐπικηρυκευσάμενοι, sed tum paret deesse ἀνῃρηκότος. oraculum praeceperat Atheniensibus, vt cum Minoë bonam in gratiam redirent. nam ἀνῄρηκεν, futurum praedixerat, vt Minoe placato, mala eorum publica remitterent.

8. δεηθέντες] scil. τυχεῖν συνθηκῶν, vel ποιήσασθαι συνθήκας.

vlt. αὐτοὺς cohaeret cum ἀποθνήσκειν. ipsos plerumque exspirasse, sponte sua, nulla vi aduentitia.

30. 9. malim ἐποιεῖτο, in medio.

13. καὶ ἥμερος] repete tacite e praemissis οὐκ. καὶ οὐχ ἥμερος. alias legi quoque possit καὶ ἀνήμερος.

ibid. ἀλλὰ καὶ bene si habet, ita debet accipi, ac si οὐ μόνον esset praemissum atque sic scriptum. οὐ μόνον ἀνεπιεικὴς καὶ ἀνήμερος ἀνὴρ, ἀλλὰ καὶ — neque dubito similes locos reperiri. videor tamen mihi obseruasse Plutarcho morem loquendi hunc esse, vt ἅμα καὶ vel ἅμα δὲ καὶ vsurpet; quod hic quoque eum vsurpasse, nullus dubito. v. paulo ante p. 18. pen. et 27. 8.

31. 9. ἔοικε γὰρ] haec particula γὰρ hic loci, non, pro solito suo more, ante dictorum rationem reddit, sed redundat elegantiae modo, nostris auribus parum sensibili, neque linguae nostrae satis explicabili, et ad quem sensus nostri satis excitati acresque haud sint. Respondet latino *nempe* vel *nimirum*, francico *Oui*, cum per se quasi stat, sententiamque, absoluit, nostro *freylich. Es kommt freylich wohl so raus, es hat allerdings* [vel *doch wahrhaftig*] *das Ansehn, als wenn* — Particula γὰρ hic indicat Plutarchum ab enarratione rerum gestarum paululum deflectere ad disputatiunculam philosophicam de damno, quod immanitas et acerbitas odiorum atque implacabilitas ei afferat, si quis, abutens potentia sua, inferiorem nimis duriter premat, nimisque saeue exagitet,

exagitet, eoque facto ingenium eius ad excogitandum modos vltionis acuat. Par fuerat, ait, atque e re Minois, Athenienses mitius castigasse. Nam sic effugisset insecutam infamiam. Nemo enim facile simultates inultus cum gente suscipiat dicaci atque literata, quin ipsum imprudentiae suae poeniteat. Eiusmodi homines iniurias sibi oblatas maledicentia probrisque aeternum mansuris vlciscuntur.

31. 14. ἐπικρατήσαντες] probris suis in Minoem coniectis obruentes ab Homero Hesiodoque congestas in eum laudes. verbum vsurpatum de eo, qui clamore suo voces aliorum opprimat, vt exaudiri nequeant. *überschreyen.*

32. 5. παρέχειν] subaudi τὰς παῖδας. quamquam fuit cum de παρελθεῖν suspicarer. *accedere ad sortiendum oporteret eos, quibus liberi essent.*

10. ὑπερορᾷ dant Iuntina et Aldina.

33. 7. f. αὐτὸν δὲ τὸν Μινώταυρον. Conf. versum 11. nam Minotaurus homo est, non bellua.

ibid. παραγενόμενον (in aor. 2.) de meo dedi, pro vulgari παραγιν. in praesenti.

antep. ἔδωκεν] Aegeus puta.

34. 4. αὐτῶν] Thesei puta, gubernatorisque atque reliquorum nauigationis consortium.

9. καὶ γὰρ] addit hoc ad declarandam magnitudinem amicitiae, quae Theseo cum Sciro fuit. Scirus enim Theseo comitem huius nauigationis addiderat ipsum suum e filia nepotem Menestheum, qui in numero fuit illorum ἠϊθέων Iunggesellen, iuuenum nondum coniugatorum, quos Theseus in Cretam duxit.

35. 5. verba sic videntur ordinanda κατέβαινεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν ἕκτῃ μηνὸς ἱσαμένου.

14. Iuntina et Aldina dant τὸν λίνον. in masculino.

37. 3. περιττῶς] argute, belle, scite, festiuiter.

6. pone πλείονας deest siue ζυγοὺς, siue τοίχους, siue tale quid. ordines, transtra quina remigibus implenda. aut δεκάδας τῶν πέντε πλείονας. plus quinquaginta viros.

pen. post μόνον aut in hac regione deest τοσούτους ἐπιβάτας ἔχοντα, aut ἐν τοσούτῳ ἀνδρῶν πλήθει, aut σὺν τοσούτῳ ἑταίρων ἀριθμῷ. Ad περιπλεῖν subauditur τὴν θάλασσαν, aut τὰ παραθαλάσσια.

38. 1. παρὰ τὰ δόγματα] subaudi τὰ κοινὰ, aut ταῦτα.

8. ὄντα dedi de meo, in accusatiuo, pro vulgari ὄντι. qui datiuus esset ad Theseum rediturus. atqui debet ad Daedalum redire. Ergo accommodandus erat hic quoque casus praemissis ὄντα et προσήκοντα, qui casus ad Daedalum redeunt; vt κἀκείνῳ ad Theseum. Mater Thesei erat Aethra, mater Daedali Merope.

9. ναυπηγίᾳ, et τῇ bis, de meo dedi, pro vulgari ναυπηγίαν, et τήν.

38. pen.

38. pen. ἐν Θυμοιταδῶν] ſubaudi δήμῳ. Θυμοιταδῶν dedi, per οι in ſecunda ſyllaba, de meo ſenſu, pro vulgari Θυμαιταδῶν, per αι.

39. 1. ad ἑτοίμων nihil addi opus eſt, ſed ſolummodo ſubaudiendum πάντων τῶν ἀναγκαίων. aut τῶν πλοίων. vel tale quid.

9. ἐποιήσατο de meo dedi, pro vulgari ἐποίησε. graeci ποιεῖν φιλίαν non vſurpant, ſed ποιεῖσθαι.

40. 5. ἔνιοι δὲ] ſubaudi φασὶν. etſi mallem hoc addi.

9. malim τῶν μυθολογ. cum articulo.

13. ἔχοντα] ſubaudi μεθ' ἑαυτῦ.

41. 7. μικρὺς ἀνδριαντίσκυς bene habet. Exemplis non caret haec res, vt diminutiua cum v. μικρὸς copulentur. E. c. in vita Catonis maioris capitis primi in calce μικρὸν οἰνάριον. Sic Paeanius initio metaphraſeos Eutropii dixit ἐλάχιςον πολίχνιον ἐπὶ τῦ ὄρυς τῦ Παλλαντίυ κατεςήσατο.

pen. τὴν μὲν] ſcil. πρεσβυτέραν.

42. 4. τῇ μὲν γὰρ] ſcil. προτέρᾳ. illi vetuſtiori. Neſcio quoque, an legendum ſit ὐχ ὁμοίας δὲ (vel μέντοι) τῇ προτέρᾳ. verum tamen non ſimiles illis honoribus, qui vetuſtiori habentur.

43. 1. συνηρμοσμένων vitioſum eſt in Iunt. et Ald.

6. καὶ de meo addidi. quamquam Plutarchus verba, ni fallor, ſic fuiſſet concinnius ſtructurus. ἐκλαθέσθαι μὲν τὸν κυβερνήτην, ἐκλαθέσθαι δὲ καὶ αὐτὸν [ipſum Theſeum] ὑπὸ χαρᾶς.

44. 7. γενομένων (in aor. 2.) de meo dedi, pro vulgari γινομ.

45. 5. num ἐρίῳ μὲν καὶ αὐτὸν ἐςεμμένον. ob inſequens ὥσπερ τότε τὴν ἱκετηρίαν. quemadmodum etiam ille ramus oleae, quem Theſeus e portu ſoluens, cum in Cretam proficiſceretur, ſupplicationis ergo depoſuerat, lanea vitta fuerat reuinctus. v. cap. 18.

vlt. φέρειν bene habet. infinitiuus hic eſt illo de genere infinitiuorum, qui vices imperatiui gerunt. ſubauditur σε βυλόμεθα. aut μέμνησο *memento*. aut, *volumus te ferre nobis ficus*.

46. 1. ἀναψήσασθαι] id eſt ἐπὶ τῷ vel πρὸς τὸ ἀναψ. *quo illinamur*. quo vngamur. vel quo vngamus, ſiue corpora noſtra, ſiue panes. nam vt nos butyrum pani, aut ſimilagini illinimus, ita illi oleum pani ſuo illinebant. Hoc eſt illud apud Ieſaiam. *mel et butyrum comedet*. butyrum iſtorum oleum. quare etiam Arabes eodem vocabulo سمن שמן butyrum deſignant, quo Hebraei oleum.

2. καθεύδῃ non improbo. anus puta mea, vetula mea. *damit ſie* [meine alte, nemlich, das iſt, meine Hauſplage, meine Saufbulle] *voll und dichte, und wohl bezechet, ſchnarche*.

47. 5. 6. αὐξόμενος λόγος ἀμφιδοξύμενος eſt diſputatio vtramuis in partem controuerſiae obnoxia, ex eo, quod res, de qua agitur, identidem creſcat. ἀμφιδοξύμενος ἐν τῷ αὔξεσθαι vel παρὰ τὸ αὐξάνεσθαι.

11. num περὶ τὴν κόμην καὶ εἰς (vel πρὸς) λειότητα καὶ εὔχροιαν ἀλοιφαῖς. tametſi fateor, locum hunc mihi diſplicere, vt male tornatum.

47. vlt. διαφέρειν] subaudi τούτων.

48. 3. ἀμπέχονται οἱ τοὺς ὁ. lege cum articulo.

5. τὸν μῦθον] fabulam de Bacchi cum Ariadna coniugio.

49. 3. f. τέως γὰρ σποράδας, aut ἀπέφηνεν, ὡς τέως σπ. quo ducit lectio Bodleiani, τοὺς τ. σπ.

7. f. καὶ τῷ δήμῳ δημοκρατίαν.

10. f. τοὺς μὲν ἑκόντας ταῦτα ἐπ.

pen. sic interpunxi ὅπου νῦν ἵδρυται τὸ ἄστυ, ibi loci, vbi nunc situm est Asty, sic dictum, seu arx, τήν τε πόλιν — vulgatae sic dant interpunctum. ὅπου νῦν ἵδρυται, τὸ ἄστυ τήν τε πόλιν — eique modo intersținguendi accommodata quoque est latina interpretatio. Huius distinctionis auctor est Aldina. In Iuntina neque apud ἵδρυται, neque apud ἄστυ quicquam est distinctionis.

50. 7. Iuntina et Ald. dant πολέεσσι. oraculi sententia videtur haec esse: pater meus in vrbe vestra multis ciuitatibus fixit limites ipsis fatales futuros. quae ciuitates si conentur vestram bello appetere, naufragium gloriae facient. quare noli animo angi. quamuis enim patriae tuae cum multis calamitatibus conflictandum sit, nunquam tamen iis succumbet, sed vt inflatus vter natabit super vndis, et aequora peruagabitur.

vlt. non videtur analogicum esse verbum ποντοπορεύεσθαι, sed potius ποντοπορεῖν. num ergo ποντοπορήσεις in actiuo, aut si malis, in medio, ποντοπορήσῃ.

51. 2. ἱστοροῦσιν ambiguum est sitne tertia perf. plur. praes. indic. *narrant*, *perhibent*, an datiuus pluralis particip. praes. *quaerentibus*, *sciscitantibus*.

7. f. ad ἄτακτον addendum erit γ'.

antep. malim τοῖς ἄλλοις πολίταις πάντα εἰς ἴσον κ. reliquis ciuibus omnia communicari.

52. 3. Ἀθηναίων est in Iuntina.

11 et 13. vtroque loco pro τὰ, quod vulgatis insidet, dedi de meo τὸ, quod siue ad ἐπίγραμμα, siue ad τρίμετρον (scil. ἔπος) redit. qui ὁ μὲν et ὁ δὲ legi volunt, hi δυσὶ τριμέτροις pro masculinis habent, et ὁ τρίμετρος (scil. στίχος) assumunt.

53. 1. καὶ τὸν ἀγῶνα] subaudi τὸν ἐν Ἰσθμῷ. vel potius adde.

2. ὡς δι' ἐκεῖνον] subaudi ἄγουσιν οἱ Ἕλληνες.

ibid. καὶ δι' αὐτὸν] id est οὕτω καὶ δι' αὐτόν. quamquam vtique planius foret, si sic scriptum esset.

8. τῆς Πιτθέως] subaudiendum videtur, non θυγατρὸς, sed ἀδελφῆς.

ibid. οἱ δὲ Σίννιν, οὐχὶ Σκίρωνα] scil. υἱὸν εἶναι Κιναίθου καὶ Ἡνιόχης.

9. τοῦτον] Sinnin. ἐκεῖνον] Scironem.

54. 3. στρατεύσαι Iuntina.

8. μετ' αὐτοῦ] cum Hercule puta.

9. ταύτῃ Iuntina.

54. 11.

54. 11. poſt φυλάνδρυς deeſſe videtur ὐκ ἀποςρέψασθαι, vel ὐκ ἀποδιῶξαι, vel tale quid.

13. εἰς deeſt Iuntinae.

55. 2. Σολόεντα dat h. l. Iuntina. verum paulo poſt ab hoc exemplo diſceſſura. Aldina dat Σολόοντα.

5. τὴν μὲν] Antiopam puta. τὴν πεῖραν] hoc poſterius τὴν de meo addidi.

9. ᾐσθημένον] quis primus ita correxit? vetuſtae edd. vt Iuntina, Aldina, Cratandr. dant, ſed vitioſe, ᾐσθημένυ.

14. ἡγεμόνας] ſcil. τῆς ἀποικίας.

56. 11. malim ἐπιδιαβάσαι παρῆλθον. ſcil. εἰς Ἀθήνας. eas, cum ſuper Boſporo Cimmerio, glacie concreto, traieciſſent ex Aſia in Europam, ad Athenas vſque proceſſiſſe.

vlt. τῷ φόβῳ] quis primus ita dedit? Iunt. Ald. Crat. dant τῷ Φοίβῳ.

57. 4. ἐπιςρέφειν] conuerſum, protenſum, porrectum fuiſſe.

6. νίκην] ſic de meo dedi pro vulgari ἥκειν. illo in tractu, vbi nunc eſt aureum Victoriae ſimulacrum.

8. καὶ quis primus addidit? quod in I. A. Cr. non eſt.

9. f. τὰς πύλας, τὰς παρὰ —

11. μέχρι καὶ] ſic tranſpoſui arbitratu meo vocabula in vulgatis ordine inuerſo exhibita.

pen. τὸ δεξιὸν] ſcil. κέρας. at enim vero praemiſſa docent, τὸ εὐώνυμον h. l. eſſe legendum. dextrum Amazonum cornu pepulit Athenienſes, hi contra ſubmouerunt ſiniſtrum illarum. ſi nempe πρὸς τῦτο, quod verſu 6. legitur, ad proximum τῷ δεξιῷ verſu 5. refertur, non ad remotius τὸ εὐώνυμον verſu 4.

vlt. τετάρτῳ δὲ μηνὶ] ſcil. ab hac pugna, ſiue ab Amazonum in Atticam inuaſione.

58. 4. 5. locum hunc non expedio.

12. παρὰ] malim περὶ.

59. pen. ταύτην] Phaedram puta.

61. 10. πείσας] ſic prima correxit Aldina vitium Iuntinae σπείσας.

62. 1. quis primus dederit ἐπέδωκε, me fugit. ego ex I. et A. ἀπέδ. reſtitui.

2. non conſequitur ex h. l. Herculis res geſtas a Plutarcho memoriae proditas eſſe. γέγραπται, dubium relinquit, quis ſcripſerit, ipſene Plutarchus, an alii. deſignat vniuerſe, ſi quid vſquam Herculis factorum a quoquam literis fuit conſignatum.

6. f. καὶ αὐτὸς ταῦτα λ. *ipſe Theſeus haec aiens.*

9. ἔχων vitioſe dat Iunt. pro εἶχεν. recte Aldina prima dat εἶχεν. et paulo poſt ambae dant πειθόμενος pro πυθ.

63. pen. ποιησάμενον redit ad Theſeum, αὐτῷ ad Herculem.

64. 4. ἀλλήλοις (in dat.) recte legitur in Iuntina. Aldina prima vitioſe dedit ἀλλήλυς. quod inſecutae deinceps reddiderunt.

64. 13. αὐτῶ reuocaui ex I. A. fiue quod ipſe pater Helenae, Tyndarus, vltro filiam Theſeo cuſtodiendam tradidiſſet vel commiſiſſet. vulgo legitur αὐτῷ. quod, vt et αὐτήν, ſubaudiri facile poteſt, in αὐτῶ autem, *ipſo Tyndaro, ſponte ſua,* magna vis ineſt, quae neque ſubaudiri poteſt, neque diſſimulari debebat.

65. 3. ἐπακολουθησάντων] ſic eſt in Stephanica. Iuntina, Ald. dant ἔτι ἀκολουθ.

vlt. Φερσεφόνην dant I. A. Steph. quo fit, vt neſciam, a quonam inductum ſit Περσ.

66. 10. τοὺς τε δυνατοὺς] bene hanc habere lectionem, documento ſunt inſequentia τούς τε πολλοὺς verſu antep.

13. συνείρξαντα πάντας ὑπηκόοις] ſic correctum et diſtinctum exhibet h. l. Stephanica. vetuſtiores, I. A. ſic dant: συνείρξαντα, πάντως ὑπηκ.

67. 3. ὁ πόλεμος] ſic recte Ald. et omnes deinceps. ſola Iuntina vitioſe dedit ὁ πόλεως. in nullo meorum reperi τῶν νεωτερισμῶν. E lectione Iuntinae colligas in libris quibuſdam fuiſſe ῥοπὴν τῆς πόλεως τῷ νεωτερισμῷ προσέθηκε τὸ τῶν Τυνδαριδῶν, ſcil. πρᾶγμα. negotium Tyndaridarum.

12. οἱ Λακεδ.] articulo carent I. A.

ibid. malim ὁμοῦ τι τὴν χώραν. ſic ſolent vſurpare, ὁμοῦ τι. *propemodum, ferme.*

68. pen. Ἀθήνας eſt in omnibus ſuperioribus editionibus.

69. 12. Φαμὲν in editorum nullo reperi.

70. 7. Δημοφῶντος reuocaui e I. A. pro Δημοφοῶντος, quod e Stephanica in reliquas poſteriores permanauit.

71. 5. ἀπόλλυσθαι dicitur, qui carceris ſqualore, illuuie, frigoribus, ſpurcitie, paedore, inedia, deſidia, morbis contabeſcit.

13. εὐθὺς] num αὖθις, *iterum, denuo.* vulgatam ſi ſeruamus, referenda erit, non ad βουλόμενος, ſed ad ἐνέπεσε. *ſtatim incidit.*

pen. vetuſtarum editionum lectio facili negotio expediri et confirmari poteſt, ad hunc modum legendo: οὓς μὲν ἀπέλιπε μὴ μισοῦντας αὐτὸν, quos diſcedens reliquiſſet odio ſui vacantes, aut ſe non exoſos, εὑρίσκων τῷ μὴ Φοβεῖσθαι τὸ μισεῖν προσειληφότας. reperiens a reditu, eos non modo nulla ſui formidine contineri, ſed praeterea quoque odium in ſe concepiſſe.

vlt. quae lectio e Bodleianis profertur, ea in omnibus Stephanica antiquioribus edd. legitur. vide modo dicta. pro μισεῖν malim μῖσει in datiuo ſing. a μῖσος.

72. antepen. οὖν abeſt a Iunt. prima dedit Aldina.

pen. reuocaui ἐζήτει e Iuntina, pro ἐξῄτει, quod Aldina inuexit, huic loco parum conueniens; quod ſi ſeruetur, conſtare nequeat cum ἀπολαβεῖν.

73. 11. fallor, an Plutarchus pro compoſito ἀνεκομίσαντο, dedit ſimplex

ſimplex ἐκομ. prima ſyllaba facile potuit e fine proximi vocabuli βασιλείαν iterari.

74. 4. f. ὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅμως Κίμων. *at nihilominus tamen Cimon.* crebro vtitur Plutarchus hac dictione ὐ μὴν ἀλλὰ καὶ. vt paulo poſt p. 75. 3. et T. II. (ed. Lond.) p. 341. 11.

vlt. βοηθητικῦ] ſic primus dedit Stephanus. βοηθηκῦ dant Iunt. et Ald. βοηθικῦ Baſil.

AD ROMVLVM.

76. vlt. δρμίσασθαι] ſic Stephanica. vetuſtiores dant δρμήσασθαι.

77. 7. τε πειρώμενοι] Stephanica et ſecundum eam vulgatae dant πεπειραμένοι. Praetuli lectionem e Bodleianis proditam, ad quam accedit quoque lectio vetuſtarum omnium editionum, πεπειρωμένοι.

8. malim ἄλλας τε τιμὰς ἀπονέμειν, et verſu 12. ἀσπάσασθαι in aor. 1. et πεφιλοφρονῆσθαι (in praeterito paſſ.) aut etiam φιλοφρονήσασθαι.

10. accipienda ſunt verba, ac ſi conſtructa hoc ordine eſſent τὰς γυναῖκας ἀσπάζεσθαι τὺς συγγενεῖς καὶ οἰκείυς mulieres oſcula dare maribus cognatis et familiaribus.

78. vlt. ὀνομασθῆναι videtur e duabus lectionibus eſſe conflata, altera ὀνομάσαι, altera ὀνομῆναι (a verbo ὀνομαίνειν).

79. 1. τῆς Τρωάδος ἐκείνης] Romae puta, mulieris illius, de qua paulo ante commemorauerat. Fuit ergo filia matri cognominis.

80. antepen. Διοκλῆς ὁ Πεπαρήθιος] articulum de meo addidi.

penult. f. καὶ ἑτέρων περὶ τύτων ἕτεραι διαφοραὶ aliorum quoque [praeter Dioclem et Fabium Pictorem] his de rebus aliae, h. e. diuerſae, multifariae traditiones.

81. 2. νείμαντος — ἀντιτιθέντος] bene habet, idem ſignificans, atque ſi dixiſſet, νείμαντος ἐν τῷ [vel διὰ τῦ] ἀντιτιθέναι.

82. 12. ὅτι καὶ] Iunt. et Ald. dant ὅτι δὲ καὶ. vnde colligatur olim in libris Pl. h. l. fuiſſe lectum ἐπειδὴ καὶ νῦν — *quandoquidem nunc quoque* — vel ὅτι δὴ καὶ ν.

83. 2. ἐνδιαζόντων etiam dant Iunt. et Ald.

84. 6. αὐτῇ] num τῇ πρώτῃ. Calendis Aprilis. nam vt αὐτῇ iteretur poſt ταύτῃ, quod ſufficere poterat, neceſſe nil eſſe video.

ibid. f. καὶ Λαρεντῖνα, ſcil. *ſacra.* Graecos per α longum ſeu productum efferre latinorum *au*, res nota eſt.

86. vlt. aut φρόνημα in ſingulari eſt leg., aut ibi ſeruato plurali, quia de duobus agitur, etiam τόλμας et ἀνεκπλήκτυς erit leg. ſed prius vtique rectius eſt.

87. 11. ἀπονίαν] in Iuntina eſt ἀπόνοιαν, in Aldina ἐπονίαν. quod ad vulgatam a Stephano, ni fallor, profectam, proxime accedit.

87. pen. ἀνασχόμενοι] Amulii paſtores puta. αὐτοὺς] paſtores Numitoris.

89. 4. num συνεπευθύνοντος ἐπ' ἀρχάς. dirigente ad principia.

5. ἐπινοίᾳ καὶ τύχῃ] videtur hendiadyoin eſſe, pro ἐπινοίας τύχῃ ſecunda quadam ſorte ſubitae cogitationis, vel ſuſpicionis ſolertis, citae et vero conſentaneae, tangentis verum. ἐπίνοια eſt ἐπιβολία τῆς ἐννοίας ταχεῖά τις καὶ ἰθεῖα κατανόησις.

12. poſt παῖδας vtique praeſtaret ὄντας legi, quam abeſſe.

pen. f. πιστὰ, τοῦ κρίνειν ἧκε νῦν ὁ κίνδυνος.

90. 2. τρεφόμενοι et κείμενοι quo referantur, cum non appareat (nam cum ἀκούομεν hos nominatiuos copulari, et interiecta omnia pro parenthetis haberi, vereor ne nimis durum et impeditum ſit) ſuſpicor non nihil in hac regione deſiderari.

4. bene habet iſta dictio ἔστι δὲ ἡ σκάφη καὶ σώζεται. eſt ſcapha (vel ſcaphium) et ſalua ſupereſt. non ſolum ſupereſt, ſed etiam ſalua. ſolent iſta ſecum copulari εἶναι καὶ σώζεσθαι. Idem eſt ac ſi dixiſſet σῶα ἔτι περίεστιν ἡ σκάφη μετὰ γραμμάτων, χαλκοῖς ὑποζώσμασιν ἐγκεχαραγμένων. vna cum literis h. e. inſcriptione inſculpta taeniis vel laminis aut bracteis illis aeneis, quibus illa ſcapha vel ille alueolus veluti ſuccinctus eſt. *mit der Auffſchrift, die in die ehernen Bänder eingegraben iſt, womit dieſe Mulde gleichſam umgirtet iſt, oder die darüm gelegt ſint, wie halbe Reifen.*

15. ſiue ſeruatur μὴ, ſiue omittitur, ſemper tamen vitioſus hic locus videtur eſſe. Tollamus, ſi placet, μὴ mente et fictione. legendum tum erit ad hunc modum ὅσον προσέχοντας μικρὸν συμφρονεῖν. quantum ſatis eſſet ad cernendum, adhibita mediocri attentione. Sin autem μὴ ſeruamus, deerit ποιεῖν, ad hunc modum. ὅσον προσέχοντας ποιεῖν μὴ μικρὸν φρονεῖν. quod attentione vtentes ad ſpirituum celſitatem erigeret. Nam alias conſtructio labat.

91. 9. διαφυλάξας de meo dedi (nam alias non conſtat ſibi conſtructio) pro vulgari διεφύλαξεν.

12. τοῦτο π. τ. I. φέρων] hac de re nuncium ad Iliam ferens venire. h. e. eo ſe huc veniſſe, quo Iliam certiorem faceret, liberos eius adhuc ſupereſſe, et vitam paſtoritiam agere procul Alba. nam τοῦτο malim ad rem hic enarratam referre, τὸ σώζεσθαι et εἶναι νέμοντας, quam ad ſcapham, et φέρων de re accipere, quae ore, verbis perfertur ad aures alterius, quam de re, quae manibus perfertur, et alteri in manus datur.

92. I. ὡς αὐτὸν] id eſt πρὸς αὐτόν. ſic dedi de meo, pro vulgari εἰς αὐτόν. Sexcenties εἰς et ὡς inter ſe perperam commutantur.

10. ἑκατοστύας Stephano debetur. I. A. dant ἑκατοστείας.

93. 10. malim cum articulo, τιμὰς τὰς πρεπούσας. hic certe loquendi mos eſt.

15. νὴ Δία de meo dedi, pro vulgari ἰδίᾳ. aut ſedes habere

commu-

communes vtique cum his purgamentis humani generis, quamvis turpiſſimum eſſet.

94. 6. μαντεύματι πυθοχρήστῳ] ſubaudi ἀκολούθως, aut ἑπόμενοι, aut πίσυνοι, aut tale quid. vel idem ſignificat datiuus h. l. atque διὰ μάντευμά τι πυθόχρηστον.

15. Ῥεμώνιον h. l. etiam in Iunt. et Ald. eſt, verum p. 96. verſus finem in ambabus legitur Ῥεμωρία. pene vt Dauiſius voluit.

95. 8. e lectione, quae e duobus Bodleianis profertur, effecerim λυμαίνεταί τι ψυχὴν ἔχον. quae mihi lectio non videtur eſſe contemnenda.

96. 9. quid ſibi velit ἐνταῦθα h. l. non video, et ſuſpicor nonnihil de pugna hac de re coorta deeſſe.

11. ὁ μὲν οὖν Κέλερος ἐς τ. dant Iuntina et Ald.

12. ἐς Τυῤῥηνίαν μετέστη] Sed cur Roma aufugiens, in Tyrrheniam ibat? ecquem metuebat Remi vltorem? non credibile potius eſt eum diu penes Romulum fuiſſe, tribunum cohortis Celerum, a Romulo diu poſt necem Remi inſtitutae? quid ergo? ſuſpicabimur legendum eſſe ἐκ Τυῤῥηνίας μετέστη. ex Hetruria Romam transmigrauerat. forte quod domi ſecurus non eſſet.

13. quae de Metello Celere, primo ſic dicto, hic narrat, eadem in vita Marci Coriolani, vbi de origine cognominum diſputat, refert.

97. 5. f. ἔβαλλον [aut συνέβαλλον] εἰς ταὐτό.

7. ad κέντρῳ ſubauditur τούτῳ τῷ βόθρῳ. quaſi dixiſſet ὥσπερ κύκλος κέντρῳ περιγράφεται, οὕτω καὶ ὁ τῆς πόλεως οἰκιστὴς περιέγραψε τὴν πόλιν [h. e. τὸν αὔλακα, vt in continenti appellat] τούτῳ τῷ βόθρῳ.

vlt. f. οὐκ ἦν ἂν ἐκ δεισιδαιμονίας non licuiſſet ipſis, qua erant ſuperſtitione (vel pro ea, qua praediti erant ſuperſtitione) —

98. 1. id eſt τῶν μὴ καθαρῶν μὲν, ἀναγκαίων δέ. Verum an potius dedit τῶν γε ἀναγκαίων, καίτοι μὴ καθαρῶν.

6. ἔθυον] ſubaudi ἐν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ.

99. 2. Ῥωμαῖον dat Iuntina. βιβλιακώτατος (vel βυβλ. vt dant Iuntina et Aldina) cur appelletur Varro, num ob lectionis exſuperantiam, an ob numerum librorum ab eo conſcriptorum, de rebus geſtis Romanorum exponentium, in dubio relinquam, item cur philoſophus appelletur, et num praeſtet potius τὸν φιλολόγον legi.

5. θεωρίας ἕνεκα] non quaeſtus faciendi, neque ad imponendum credulitati leuis popelli.

101. 15. τῶν ἐν συγκλήτῳ τελούντων ſi bona eſt lectio, quae in Iuntina quoque et Aldina cernitur, deeſt τὸ σύστημα, vel tale quid.

vlt. προσηγόρευσεν] Romulus puta. ſic dedi de meo. vulgatae dant in plurali προσηγόρευσαν. Singularem hic loci plurali praeferendum eſſe docent inſequentia, αὐτῷ et διῄρει, et ὀνομάζων, et ἐνεποίησεν.

102. 1. ὄνομα σεμνότερον] appellatio honorifica, σεμνότητος σημαντικόν. comparatiuus h. l. nihilo plus ſignificat quam poſitivus. αὐτῷ idem valet atque παρ' αὐτῷ penes eum. Sententia haec eſt, Romulus hanc appellationem Senatoribus eo contribuebat, quo eos a plebeiis diſtingueret.

2. ἑτέροις de meo dedi, pro vulgari ἑτέρες. Sed aliis quoque ὀνόμασιν, appellationibus, patronorum puta atque clientum, potentiores opibus, ab inferioribus atque infirmioribus diſcernebat.

4. f. ſic diſtinguendum eſt: ἐκείνες, illos, potentes puta, *patronos* appellabat, τέτες δὲ, *hos vero*, plebeios puta, pauperem et inopem popellum, *clientes*. niſi ſi vis ἐκείνες ad propius redire, vt ſtatim in continenti pari modo, ἔτοι ad τὲς δυνατὲς redit, tametſi priore loco nominatos, et ἐκεῖνοι ad τὲς πολλὲς, tametſi poſteriore loco dictos. quod ſi ſic ſtatuas, nihil erit hic loci vitioſum.

103. pen. αὐτὲς ἡμερωσαμένες de meo dedi pro vulgari αὐτοῖς ἡμερωσαμένοις. quod quamquam nego prorſus tolerabile non eſſe, tamen illi poſthabeo, propterea quod ſecundum vulgatam melius αὐτὸ τοῖς ἡμερωσαμένοις conueniret. Foret haec ſententia vulgatae. vbi cicuraſſent vxores, ſibique amicas et familiares reddidiſſent, ipſam iniuriam illis datam eſſe creaturam quodammodo principium conſuetudinis mutuae cum Sabinis. noſtram autem coniecturam vbi ſequaris, incumbet vis emphaſeos in vocabulum αὐτὲς, et erit haec ſententia. ipſos Romanos, vxoribus caritate ſui obſtrictis, eſſe effecturos, vt quae fuiſſet iniuria Sabinis oblata, ea ex ſe conſuetudinem et caritatem mutuam gigneret. ἡμερῶσθαι eſt aliquem, qui antea ferus fuiſſet, cicurem, manſuetum, tuique amantem atque ſtudioſum reddere. vel hoc modo reddes ſententiam. vbi benignitate tractationis mulieres ſibi propitias reddidiſſent atque deuinxiſſent, fore, vt facinus hoc erga Sabinos vſurpatum, iniquum vtique illud atque violentum, fieret initium coalitionis et quaſi conglutinationis cum ipſis.

6. poſt ἱπποδρόμων forte deeſt ὢν.

7. poſt ἀγῶσιν addi velim ὁρᾶται. nam alias dicendum fuiſſet ἀνακαλύπτεται. aut ſi voluiſſet ἐστιν omittere ſubaudiendum, debuiſſet potius ἀνακεκαλυμμένος dicere.

9. καὶ de meo addidi.

110. 7. κατήρτισεν bene habet. parti, et vt ita dicam membro cuique conueniens quodque genus armorum adoptabat. Verbo καταρτᾶν, ſi verbum eſt, hic nullus eſt locus, ſed, ſuſpendendi notionem ſi adhibere Plutarchum iuuiſſet, παραρτᾶν ille potius videtur vſurpaturus fuiſſe. verum is ſine dubio v. καταρτίζειν h. l. vſurpauit.

pen. malim ὀπίμα (ſyllaba minus) vbi e proximo ſubaudiendum eſt ἐπωνομάσθη, aut ἐπονομασθῆναι.

111. 9.

111. 9. οὐκ αὐτοὶ] particulam infitiantem, qua vulgatae h. l. carent, de meo addidi. tropaea non ipſi ſuis humeris ferentes, contra quam Romulus fecerat, qui ſuum ipſe tulerat, pedes incedens, ſed habentes iis impoſita curribus, quibus ipſi inſidentes in vrbem inuehebantur.

113. 2. bene habet προδιδόντας. ſe ſolere arridere iis, atque comiter eos habere, blanda oratione, hilari fronte, excipere, officiis proſequi eos, qui proditionis operam ſibi condicant, aut nauent, vel qui proditione fungantur adhuc, nondum autem ea defuncti ſint.

7. δέονται] ſcil. οἱ ἄνθρωποι. etiam Latini ſolent tertiam perſonam pluralis numeri vſurpare, perſonae nomine diſſimulato, vbi *homines* ſubauditur. nihil hic deeſt.

13. τὸ αὐτὸ] articulum τὸ omittunt Iunt. et Ald.

vlt. σκηπτούχῳ in datiuo dedi de meo. Bryanus σκηπτοῦχου dederat. Conſtructio haec eſt ἡ στέρξασα γενέσθαι λέκτρα [h. e. γυνὴ vel γαμετὴ] σκηπτούχῳ [id eſt τῷ βασιλεῖ] Κελτῶν. quam cum iuuiſſet cum rege Celtarum in matrimonio cohabitare, domicilia patrum non ſeruauit.

115. 3. κειράμενοι procul dubio verum eſt, ſignificans, non ſolum tondenda coma luctum teſtati, ſed vniuerſe quoque lugentes. Siue more illo vſi ſunt Celtae, ſiue minus, ad rem id nil facit. potuit poëta graecus morem ſuae gentis barbaris illis fictione arbitraria contribuere. Pro ἐκτὸς ἔθεντο, quod Aldina recte dedit, vitioſum ἔνθεντο dat Iuntina. Pro ἀρειμανέων dant Iunt. et Ald. ἀρειμενέων.

4. pro κόσμον, quod recte dat Aldina, κόρην reperitur in Iuntina.

8. τὰ λείψανα] ſic edd. omnes, praeter Londinenſem, vitioſe καὶ λ. dantem.

117. 2. ἐν βραχεῖ] οὐ βρ. Iuntina.

5. ὀλίγου non cohaeret cum δεήσαντος, ſed ſtat per ſe, adverbialiter, idem ſignificans atque παρ' ὀλίγον. paene, tantum non. cum parum abſuiſſet, vt Romulus caderet.

8. εἰς τὰ ὅπλα] imo vero εἰσδὺς τὰ ὅ. arma indutus, armatus. Aut ſi εἷς (participium ab ἕννυμι) idem ſignificare poteſt atque ἐνδυσάμενος, ἀμφιεσάμενος, tum recte habebit locus, modo εἷς cum aſpero et graui exaretur.

11. περιχεομένης de meo dedi, (quamquam perinde quoque περικεχυμένης poteram dare) pro vulgari περιεχομένης.

17. στράτωρος Iuntina vitioſe. recte Ald. στάτ.

119. 16. γαμετὰς de meo dedi, pro vulgari γαμητὰς. quod eſſet a nominatiuo ſing. ὁ γαμητὴς, qui eſt *maritus*. ſententia vero vxores poſtulat, quae ſunt γαμεταὶ, a nom. ſ. ἡ γαμετή. In Iunt. et Ald. cernitur γαμιτὰς per iota, errore aequaliter ad vtramque partem prono.

119. 11.

119.11. πρὸς οἰκείους] sic dedi de meo, pro vulgari καὶ οἰκείους. Constructio haec est ἐχρῆν ὑμᾶς παύσασθαι μαχομένους πρὸς ἀνθρώπους ὄντας ὑμῖν οἰκείους. oportebat vos bellandi finem facere aduersus eos, qui vestri sunt necessarii. Facere hoc vos oportet, qui per nos facti sitis eorum, partim soceri, partim aui. καὶ si seruetur, ὄντας sit superuacaneum post γεγονότας.

120. 1. τὰ de meo addidi, et versus proximi 2. in calce τοὺς e Iuntina et Aldina.

16. προσκατελέχθησαν de meo dedi, pro vulgari προσκατειλ. In Iunt. et Ald. legitur προσκατηλ.

121. pen. ἅπαντας] omnes patricios puta. quid si tamen ἅπαντα in neutro? negotia omnia.

122. 10. ὄν τι] num ἕν τι.

124. 3. f. ἀποφοιβαστικήν. ob insequentes genitiuos, id est τὴν εἰωθυῖαν ἐμμέτρους χρησμοὺς ἀποφοιβάζειν. quae soleret oracula carmine illigata iactare.

9. παρηλίων dat Iuntina.

16. κενὸν de meo dedi, pro vulgari κοινὸν, quod qui tueri contendent, his ita erit interpretandum. perinde grauis est eorum auctoritas, qui Lupercalium originem a lupa, Romuli et Remi nutrice, repetunt, quam eorum, qui a Lycaeis Arcadicis. Quam expositionem, ne meo quidem iudicio repudiandam, si probamus, legendum tum erit, addito καὶ, ad hunc modum. δύναται γὰρ καὶ ἀπὸ —

125. 2. αὐτοῖς] id est πρὸς αὐτοὺς ad eos, Lupercos puta. οἱ μὲν — pars eorum — ἕτεροι δὲ — alia vero pars.

6. ἐν διαζώματι bene habet. idem est, ac si dixisset μετὰ περιζώματος. vnus eorum quisque gerit circa lumbos subligaculum. caetera nudus est.

14. ὑπέσχε defendi potest, si lupa cubans humi fingitur, vber dedisse puellis super incubantibus. malim tamen ἐπέσχε. quod in illa re est vsitatius, et hoc conuenit magis, quod lupa stans fingitur vber dedisse puellis infra cubantibus, et e mamillis pendentibus.

126. 10. αὐτῶν dant Iunt. et Ald. perinde est, vtram lectionem praeferas.

11. ἐκφέρουσι bene si habet, idem valebit atque ἐκ τῶν ἱερῶν ἐκφέρουσιν ἔξω εἰς τοὺς καθαρμοῦ δεομένους. Suspicatus aliquando fui de περιφέρουσι. circa coronam circumstantem, vel concionem circumferunt.

127. 4. ἐπ' οἰωνῶν] addendum videtur τηρήσει. tum δεῖ de meo addidi.

5. Παλατίῳ dant Iunt. et Ald.

6. περὶ reuocaui ex iisdem, pro παρὰ vulgari.

11. καὶ τέκνων] copulam de meo addidi.

128. 4.

128. 4. num καὶ μέχρι γε χρόνων.

129. 13. ἀσμένῳ (in datiuo) dedi de meo, pro vulgari ἀσμένως aduerbio.

14. τῶν δὲ πραγμάτων] bene habent haec verba, quorum haec eſt ſententia. rationis adhuc vſurpatae in gerenda rep. et in pace publica tuenda, nihil mutauit Romulus.

antep. dictio dura, et mihi quidem obſcura, ὡς θεῷ χρώμενοι, εἰς πᾶσαν εὔνοιαν θαυμάζοντες. quid eſt θεῷ χρῆσθαι εἰς πᾶσαν εὔνοιαν; quid εἰς πᾶσαν εὔνοιαν θαυμάζειν; expediant alli. Num οἱ δὲ ὡς θεῷ χρώμενοι, καὶ πᾶσαν ἔννοιαν [ſcil. αὐτῦ] θαυμ. omnemque eius cogitationem. h. e. nulla non eius viſa et conſilia et coepta admirantes, vel ſuſpicientes. vel καὶ εἰς πᾶν [id eſt ἐν παντὶ] σὺν εὐνοίᾳ θαυμάζοντες. omnique in re cum beneuolentia admirantes.

vlt. πέμψαντες αὐτῷ] id eſt πρὸς αὐτὸν πρέσβεις καὶ δῶρα.

130. 1. εἷλεν] ὅπλοις puta.

14. videtur eſſe ſententia, nonnullam quoque ſecum ferens ſterilitatem fructuum horaeorum, et infoecunditatem pecorum. Alias malim in plurali legi ἀφορίαις et ἀγονίαις. aut leg. eſt εὐφορίας et εὐγονίας. et ſic dedi de meo.

pen. ἀναγκαῖα πάθη ſunt mala diuinitus immiſſa, vel a natura rerum importata, vt mortes, ſiccitates, ſterilitates. Ad haec mala humano generi ineuitabilia acceſſiſſe ait Plutarchus aliud malum voluntarium, ſuperſtitionem.

132. 7. f. τὸ φιδήνας.

13. f. φιδηναίων.

133. 6. ὅπυ bene habet. refertur ad ἄπιςον praemiſſum. concludit ſic. Ariſtomenis facinus ſi portentoſum et incredibile eſt, qui tercentum hoſtes ſolummodo vno die ſua manu cecidiſſe dicitur, quanto magis erit ridendum et in fabulis habendum, quod de ſtrage a Romulo edita iactant, quem aiunt vno die ſeptem hominum millia ſua manu peremiſſe. Vitia typographica, ſi tanti eſt, e Iuntina et Aldina haec notabis τετροσχιλίων et ἑκατὸν φόνια.

10. integre ſic dixiſſet ὐκ ἠνέσχοντο πολιορκεῖσθαι, ὕτω μεγάλης συμφορᾶς αὐτοῖς προσγενομένης. aut breuius μεγάλης συμφορᾶς γεγευμένοι.

11. δεηθέντες] ſcil. ὁμολογίας καὶ φιλίας τυχεῖν.

pen. prout vox πάγος vel pagus accipitur, poteſt interpretatio ἑπταμόριον probari. Si pagus eſt agri portio, recte habet ἑπταμόριον, tractus ſeptem portionibus μόραις conſtans. alias legi poſſit ἑπταλόφιον, ſi πάγος idem valet atque λόφος. verum nihil potius mouendum eſt in lectione vulgata h. l.

134. 7. malim aut προσάψαντες aut ἀνάψ.

135. 14. ἔτι καὶ νῦν Ἕλληνες] Sic ordinaui arbitratu meo vocabula, ſedem ſecundi atque tertii inuertens, contra atque in vulgatis eſt.

136. 1. vulgatae hic dant ἐδίδαξε δὲ καὶ. ego vocem mediam arbitratu

arbitratu meo expunxi. quod alias conſtructio ſit labatura. ἐπεὶ δὲ — iam ſequitur apodoſis ſententiae ἐδίδαξε καὶ —

136. 8. ἐκείνου] id eſt παρ' ἐκείνου ab eo, Romulo puta. Sic dedi de meo, pro vulgari ἐκείνους.

antep. ἐνέπεσε] Senatus puta. Paulo ante verſu 11. dat Iuntina cum Aldina ἀποδιδοὺς in partic. praeſ.

137. 1. οὐδέν, (ὡς εἰπεῖν) βέβαιον — paene dixerim nihil certum relinquens.

6. πύστιν] inquiſitionem, inueſtigationem per interrogationes. ſeu locum et oportunitatem quaerendi. ſic dedi de meo, pro vulgari πίστιν.

138. 16. πειθομένους de meo dedi, pro vulgari πυθομένους.

139. 3. ταραττομένων etiam a Iuntina et Aldina abeſt, ſine magno ſententiae diſpendio.

vlt. ἐκεῖθεν ὄντας cur loco depellatur, cauſae nil video. *illinc*, coelitus. ἀπὸ τῶν θεῶν, quorum mentionem in continenti fecerat.

140. 10. Προικονν. dant Iunt. et Ald. quae ſcriptio perinde frequentatur.

141. antep. ſic diſtinguendum et leg. videtur. μυθολογοῦσι fabulis iactant, παρὰ τὸ εἰκὸς ἐκθειάζοντες τὰ τῆς θνητῆς φύσεως λαχόντα τοῖς κόμποις. res mortalem naturam ſortitas nugacibus praedicationibus aequiparantes immortalitati diuinae.

142. 2. λεκτέον de meo dedi, pro vulgari ἐατέον. Dicendum nobis eſt, ſectantibus ſecuritatem.

4. δι' αἰῶνος] praepoſitionem de meo adiddi. De πάντων, vtrum hoc, an πάντως, in aduerbio, praeſtet, adhuc mecum ambigo.

5. ἐκεῖσε δ' ἄνεισιν.

143. 1. αὔη] *arida, ſicca*, ſic ſcripſi de meo, pro vulgari αὕτη. *ſicca mens, eſt optima.* Hoc de Heracliti effato, memoriae obuerſatur obſcura quaedam noſcitatio, ac ſi in Obſeruationibus Miſcell. Amſtelod. diſputationem copioſiorem legiſſem. vocabulum ξηρὴ quod vulgatae inter ψυχὴ et ἀρίστη interponunt, deleui, quod eſt ſcholium vocabuli Heraclitei αὔη. Quod ſi Plutarchus ipſe interpretatus eſt, locus ita eſt exarandus αὔη γὰρ ψυχὴ (ἡ ξηρὰ) ἀρίστη.

3. f. περίπλεως αἵματος oblita et madens cruore.

4. f. δυσέξαρτος ab ἐξαίρειν. ſublatu, eleuatu eſt difficilis. non de aſcenſione hic, ſed de ſublatione in altum agitur.

7. f. τὰς ἀρεταῖς ἀσκητὰς ψυχὰς, mentes virtutibus exornatas — in numerum deorum referri, κατὰ φύσιν, natura ita ferente, quia ſic natae ſunt, vt hanc conditionis mutationem ſuſcipiant. 2.) καὶ θείαν δίκην ſecundum voluntatem diuinam, ex effato dei, qui legem hanc ſanxit mentibus, vt gradatim ex inferioribus ordinibus ad altiores aſcendant.

pen. dubie dat Iuntina τέλεων (ſic) vt legi quoque poſſit τελέως,

τελέως, quod quamquam ad ſententiam idem dicit, vſitatius tamen eſt. nam caeteroquin τέλεον adnerbialiter vſurpari poſſe, nemo inficiabitur.

144. 13. Κυρινείῳ de meo dedi, pro vulgari Κυρίνῳ.

145. 2. Μάρκε, Λέκιε, Γάϊε] ſic dedi de meo, pro vulgari Μαρκίλλε καὶ Γαΐε.

146. 8. συνεβέλευσε (in aor. I.) dant Iunt. et Ald.

14. χρήσασθαι] ſcil. ὅπως βέλοιντο. pro lubitu. alias leg. ſit καὶ καταχρήσασθαι (vel καὶ διαχρ.) κοιμωμένες τὲς πολεμίες.

147. I. alius dixiſſet aut συμπεσόντες, aut ἐπιπεσόντες. verumtamen vtitur Plutarchus alibi quoque verbo ἐμπίπτειν pro iſtorum alterutro.

4. ἔξω] ſubaudi τῶν οἰκιῶν. foris, extra domos, in ſemitis, vel angiportibus.

11. ὡς ἐπὶ θάλατταν bene habet. nemini non conſtat, veteres paganos conſueuiſſe ſtatis diebus annuis ſimulacra numinum ſuorum ad mare, aut ad fluuios deducere, ibique lauare, et e lauacro rurſus cum pompa in vrbes et templa reducere. notus hymnus Callimachi in lauacrum Palladis. Conf. etiam Plutarchi locus ille, in Alcibiade, vbi de reditu Alcib. in patriam exponitur.

12. προτέρῳ λόγῳ] eſſe ſacrum hoc luſtrale, vel februum.

13. ἀμφότερα τὰ πάθη] et Romuli exceſſum, et conſternationem atque trepidationem populi Rom. ab inſultu hoſtis neſcio cuius.

148. 5. ἐφ' ἑαυτῦ bene habet, idemque prorſus ſignificat, atque quod Bryanus ei ſubiectum ibat.

149. 5. ἐφ' ὅσον] praepoſitione carent Iunt. et Aldina, nec non verſu 8. vocabulo μάχῃ.

150. 5. εἰ δ' ἐκείνη] reſtitui hanc lectionem ex iiſdem, pro vulgari εἴ γ' ἐκείνη.

pen. ἐκεῖνο] ſcil. τὸ δημαγωγὸς εἶναι adulator plebis eſſe. τῦτο δὲ] ſcil. τὸ τύραννος εἶναι.

153. 4. bene habet voc. ἑτέρες. in alios conferunt, non in Romulum.

7. malim ἀνεκάθισε. rurſus collocauit.

antep. τὴν ἐ. θ. ὁδὸν] ſic, in accuſatiuo, de meo dedi. nam σπεύδειν ὁδὸν, iter corripere, cito viam pergere, vſurpatur, non ὁδῦ. vulgatae dant τῆς ἐ. θ. ὁδῦ.

155. I. ἣν] mum ὅσην.

6. Σκαρβίλιος etiam in Iuntina eſt.

7. τὴν γυναῖκα] articulum de meo addidi.

156. 3. videtur locus ita eſſe integrandus. Ἀφίδνας ἀπολέσαντας, [qui accuſatiuus ad *Atbenienſes* redit] μόλις ὑπ' οἴκτε τῶν πολεμίων εὑρέσθαι *impetrarent*, προσκυνήσαντας καὶ θεὲς ἀνειπόντας αὐτὲς, [Dioſcuros puta,] μὴ παθεῖν — adoratione Dioſcuris praeſtanda, honore-

honoreque diuinitatis in eos conferendo, vt, quae fata Troes subierant, eadem ipsi [Athenienses] ne subirent.

56. 11. διαφορὰν] subaudi τοῖς ἀνδράσι. magnam creat discrepantiam in fortunis huius paris virorum.

AD LYCVRGVM.

157. 8. προσφέρων restitui e Iuntina et Aldina, pro vulgari προφέρων.

158. 4. λέγει et κατὰ desunt Iuntinae.

159. 1. et 5. Προκλέυς est in Iuntina, sed cum virgula transversa super ο, vt constet eam quoque Πατροκλέυς designasse, vt est in Aldina, explicatis literis.

161. 13. γενέσθαι de meo dedi, pro vulgari ἔσεσθαι.

162. 1. ὠνόμαζον Stephanus dedit, siue suo fretus ingenio, siue codicibus mstis, quibus vtebatur. In Iuntina et Aldina est ὠνομάζουσι. vnde debebat ὀνομάζουσι (per omicron) effici.

antep. λέγεται vt amputandum vncis inclusi.

163. 1. num τοὺς παρόντας. sed leue hoc est.

7. ὄντι] malim ἰόντι, *eunti*.

ibid. πειρώμενον in nominat. sing. gen. neutrius, ob praemissum φθονοῦν, dedi de meo, pro vulgari πειρώμενοι, in nom. plur.

164. 8. malim τοὺς μὲν ἐζήλωσε (scil. νόμους.) aut si τὰ seruetur, leg. sit νομίμων (pro νόμων.)

165. 6. καὶ αὐστηραῖς] particula copulans deest Iuntinae, recte addita ab Aldina.

166. 1. ταῖς π. ἡ. κ. ἀ. διατριβαῖς (in datiuo plur.) dedi de meo pro vulgari τῆς et διατριβῆς. διατριβαὶ h. l. sunt loci, quibus lectorum animi immorantur.

3. malim compositum ἐξεγράψατο, curabat sibi a librariis exscribi. *er nahm Abschriften davon, liess sie abcopiren.*

7. post καὶ μάλιστα videtur περισπούδαστον deesse.

11. malim καὶ ἐκχωρίσαντα.

13. f. ταῦτα μὲν οὖν Αἰγύπτιοι (in nominatiuo) scil. φάσκουσιν. οἷς ἔνιοι — Pro ἑλληνικῶν συγγραφέων legitur in Iuntina et Aldina ἑλλήνων καὶ συγγρ.

pen. aut ἄνδρα σπαρτιάτην leg. est, aut latet aliud nescio quid vitii in voc. σπαρτ. quam suspicionem vitiosa lectio quoque codicis SGermanensis mouet.

167. 2. ῷ deest Iuntinae et Aldinae. quod si omittitur, leg. erit διαφέρον in participio gen. neutrius. Iam intelligitur, quid sibi velit coniectura in Vulcob. reperta, quae absurda videatur necesse est iis, si quos defectus articuli ῷ fugiat. Nimis supine conscriptus est, a quocunque est, ille variantium lectionum index, per omnes Plutarchi editiones exiguo cum fructu lectorum iactatus.

167. 6.

167. 6. num χρήσεσθαι in futuro.

9. post ἔργον addendum videtur ὄν.

168. 1. προσήγετο (in medio) conciliabat sibi, ad se alliciebat, de meo dedi, pro vulgari προσῆγε. in actiuo.

antep. πρὸς τὸν χ. (in mascul.) vitiose dant Iunt. et Ald.

169. 2. prout accipitur voc. ἀγαθὸς, ita aut stabit οὐκ, aut cadet. Vtrumque recte dictum videri potest, siue affirmantis, siue infitiantis modo efferatur. Ἀγαθὸς si est et habetur commodus, facilis, aequus, mitis, placidus, sedatus, ciuilis, tum recte seruabitur οὐκ. Sin autem fortem, strenuum, acrem, iusti et honesti tenacem, significari volemus, tum facile οὐκ abesse patiar. Nullus equidem video, quid hac in sententia sit reprehendendum. Cur bonus esse negetur is, qui non modo bonis asper non est, sed ne malis quidem?

170. 7. εἴη δ' ἄν τι] subaudi πρᾶγμα, aut ἰσχυρὸν, vel ἄξιον λόγου, vel tale quid aliud. καὶ τὸ τοῦ ἀριθμοῦ] subaudi ἴδιον. propria haec huius numeri ratio. nescio, an ipso adeo in numero abscondita quaedam vis insit.

9. num post ὢν excidit voc. πρῶτος.

pen. num Συμανίου et Συμανίας *Summani* et *Summanae*. id est ὑπάτου et ὑπάτης.

171. 3. οὕτως] in eiusmodi fragmentis, praesertim e dialecto, cuius paene nihil tenemus, coniecturam exercere cum sit perquam fallax, periclitabor coniecturam, quam reprobari haud aegre feram. forsitan ita refingi possit haec rhetra. οὓς [quos reges atque seniores] τὰς βωλὰς εἰσφέρειν [scil. χρὴ εἰς τὸν δῆμον. fas est deliberationes in plebem inferre, h. e. rogationes proponere concioni] καὶ ἀφιστάναι. concionem rursus dimittere, peractis negotiis, δάμῳ δ' ἀγορίαν ἦμεν καὶ κράτος. ius iubendi atque vetandi plebis esse, auctoritatemque ratum quid irritumue reddendi.

172. 3. suspiceris Plutarchum existimasse, Spartanos vocabulo ἀπελλάζειν (pro ἐκκλησιάζειν) ideo esse vsos, quod Apollo ipsis coeundi in concionem auctor fuisset. Laconicae dialecti peritiores, quam ego sum, disceptabunt, num verbo illi cognationis aliquid sit cum κελλάζειν aut ἀγελάζειν. Nam hic loci significat, id quod loci ratio docet, non, coire in concionem, sed conuocare, conciere.

7. οὐθὲν γὰρ] Iuntina vitiose dat ὅθεν καὶ.

14. ἠφεῖτο de meo dedi, siue ab ἀφιέναι, siue ab ἐφιέναι. pro vulgari ὑφεῖτο.

penult. αἱροῖτο dedi de meo, pro vulgari ἔροιτο. *populus pravum si sciscat scitum.*

vlt. ἀποστατῆρας] siue *libratores*, ἀπὸ τοῦ ἱστάνειν, a librando, vnde *statera*, et *statica*, siue *rectificatores*, qui curuum ἀποστήσωσι, rursus stans, rectum, rigidum reddant. non videtur Plutarchus in veram etymologiam incidisse.

173. 1. ἀφιστάναι in actiuo, lege. dimittere, discessum imperare. nam ἀφίστασθαι est discedere.

3. f. ἔπεισαν δὲ καὶ αὐτοῖς ἐπιτρέπειν τὴν πόλιν. ciues oratione permouerunt, vt sibi remp. permitterent gerendam.

4. Τυρταῖος] Sic recte Aldina. vitiose Iuntina τριταῖος.

8. βασιλεῖας dant Iuntina et Aldina. accentus satis indicat a βασιλεὺς id esse repetendum, non a βασιλεία.

13. post ἰσχυρὰν videtur οὖσαν deesse. Constructio haec est, ὁρῶντες σπαργῶσαν, οὖσαν ἄκρατον, id est διὰ τὸ εἶναι ἄκρατον. videntes ferocientem, vtpote quae esset haud contemperata.

vlt. πρώτων de meo dedi, pro vulgari πρῶτον.

174. 9. ὁ abest a Iuntina et Ald.

12. οἳ] ad quosnam redit, populosne, Messenios et Argiuos, an ad eorum reges? Ad reges procul dubio. Verum iam dubitandi locus venit, si regibus agrorum portiones fuere ampliores, quam popularibus, ecquaenam illa fuerint supra, quae Plutarchus ait cum ciuibus paria atque aequalia regibus fuisse.

13. ἐκείνων] scil. τῶν ὄχλων.

15. οὐκ-εὐπείθια] sic exarandum curaui, cum interiecta lineola, ambo vocabula quasi copulatura in vnum corpus. vt si dicas *obediendi non-facilitas*, pro *difficultas*. Idem est ac si dixisset. διότι αὐτοὶ μὲν, οἱ βασιλεῖς δηλονότι, ὕβρισαν, οἱ δ' ὄχλοι οὐκ εὐπειθεῖς παρεῖχον ἑαυτούς.

175. 6. ἐπιφερβομένων de meo dedi, pro vulgari ἐπιφερομ. Dicitur aliquis ἐπιφέρβεσθαί τινι, seu, quod idem est, φέρβεσθαι ἐπί τινι, alicuius carnibus pasci, in eius damnum et detrimentum pasci, alimentis, non marte suo quaesitis, sed alteri detractis. vt quod vni accedat, id alteri decedat. pauperes h. l. dicuntur ἐπιφέρβεσθαι τῇ πόλει remp. depasci, vires, succos et sanguinem eius exhaurire, exinanire. *am Staate zehren, ihn abnagen, ausmergeln.*

11. ἐξ ἀρχῆς] quasi nullos antea fundos habuissent homines olim locupletissimi.

pen. κλήρους abest a Iuntina, sed dedit Aldina.

176. 5. nimis enormis est discrepantia numero 70. cum numero 12. quam vt videri possit h. l. in numeris aberratum non esse.

9. ἱκανὴν de meo dedi, pro vulgari ἱκανῆς. redit enim, non ad τροφῆς, sed ad εὐεξίαν et ὑγίειαν.

13. Laconicam similem videri patrimonio amplissimo, cuius hereditatem fratres numero quamplurimi, recens, seu paulo ante modo, inter se creuissent. *darein eine zahlreiche Brüderschaft sich so eben getheilt hätte, so daß die gemachten Haufen noch so da stünden, und zu sehen wären.*

177. 3. προσῆλθεν de meo dedi, pro vulgari προῆλθεν.

178. 2. κοινῷ bene habet. moneta communis est ea, qua nulli non

non vtuntur populi, aurea, argentea, aenea; ἴδιον autem νόμισμα, moneta propria erat ferrea, Spartae propria, qua nullus alius populus vtebatur. E coniectura Bryani καινῷ exſiſteret abſurda illa ſententia, nouum monetae genus, ferreum, Sparta expulſum a Lycurgo eſſe, et vna cum eius expulſione artes quoque reliquas neceſſario fuiſſe expulſas. qua ſententia nulla alia magis et a veritate rei et a mente Plutarchi abhorret.

178. 6. ſi φορτηγὸς probetur, neceſſe quoque ſit ἐμπορικὴ in foeminino genere legi. verum bene habet vulgata.

pen. in vulgatis eſt ἐγκατῳκοδομȣμένης. quod cum plane nihili eſſet, atque aut ἐγκατοικοδομȣμένης inde efficiendum in praeſenti, aut ἐγκατῳκοδομημένης, in perfecto, praetuli poſterius.

179. 4. malim ſic legi δυσωπȣ̃ντα τῇ χρόᾳ ἀπεκρύπτετο τὴν ὄψιν. et colore ſuo terrentia taediumque creantia occultabant adſpectum ſui. aut ſic δυσωπȣ̃ντα τῇ ὄψει [id eſt τῇ προσόψει,] ἀπεκρύπτετο τὴν χρόαν adſpectu ſui terrentia celabant colorem ſuum. ἄμβων vrcei eſt illa ora, vbi venter amplior, velut in ſemet recurrens ex ambagibus, incipit ſeſe in anguſtius orificium colligere.

180. 1. Iuntina δὲ omiſit, ſed exhibuit Aldina.

2. poſt ἢ deeſſe videtur θαυμάζειν.

3. malim ὑπὸ σκότȣς, vt ſolentius, in genitiuo.

5. malim καὶ τὰ σώματα.

pen. δεομένην de meo dedi, vt ad πλησμονὴν referatur, pro vulgari δεομένων.

181. 15. quia de v. γενέσθαι ſubire poterat dubitatio, num Plutarchus potius compoſitum παραγενέσθαι dediſſet, ideo reliqui χαλεπῶς. praeſertim cum non liquidiſſime approbata ſit auctoritas illius paris codicum, quorum alter ſigno A. ſeu Anonymi, alter ſigno V. ſeu Vulcob. citari ſolet. χαλεπῶς παραγίνεσθαι πρός τι eſt difficulter, aegre accedere ad aliquid, h. e. cedere, aſſentiri, victas manus dare, ei ſe accommodare et obſecundare.

182. antep. prius ȣ̃τε deeſt Iuntinae atque Aldinae.

183. 3. βάθος de meo dedi, pro vulgari πάθος.

5. περὶ] malim πρὸς. vehementi amore atque admiratione viri exardeſcebat.

7. ἐκεῖνος deeſt Iuntinae quoque. prima dedit Aldina.

184. 5. ὑπαρχόντων] ſcil. αὐτῶν, τῶν συσσιτίων δηλονότι.

7. Foret ad hunc modum φ natum e digammate Aeolico.

pen. κυνηγῶν] imo vero κυνηγήσας, non in praeſenti tempore, ſed praeterito.

vlt. ὀψήσειε in Iuntina quoque eſt, vnde permultae lectiones in codicem Vulcobianum ſunt translataae, quo fit vt pro lectionibus Mſti habeantur, quae non ſunt, niſi merae lectiones editionis principis.

186. 1. φασὶ prima dedit Aldina, φησὶ dederat Iuntina, quod

referri possit ad Dioscoridem, auctorem reip. Laconicae, commemoratum p. 183. 14. Idem teneri velim ad p. 199. 4 vbi Iuntina dubie dat φκσὶ. quod tamen propius ad φησὶ, quam ad φασὶ accedit.

186. 4. ὁ δ' ἐκκρίνων de meo dedi, pro vulgari ὁ δὲ κρίνων. si quis candidatum excludendum censeret.

antepen. μηδὲ de meo dedi, pro vulgari μήτε.

vlt. κάρτα δεομένες, admodum, impense cupientes, a me profectum est, effectum e καταχεομένες, quod in Iuntina aliisque libris legitur. Aldina prima dedit κατατεταγμένες, quod ex ea in omnes insecutas dimanauit. κάρτα δεῖσθαί τινος idem est h. l. atque ἰσχυρῶς ἐπιθυμεῖν τινος, καὶ σφόδρα ἥδεσθαι αὐτῷ. In Aldina lectione veri si quid sit, efficiendum ex eo sit κατατεταμένες. sine γ. (a v. τείνειν) id est μετὰ κατατάσεως καὶ σπεδῆς.

187. 8. ἔχει] malim εἶχε.

10. post αὕτη deesse νόμοις ἐγγράφοις μὴ χρῆσθαι docent insequentia. quod si probatur, versu 11. pro ἐν leg. erit γὰρ.

13 βέβαια in neutro plurali dedi de meo, pro vulgari βεβαίαν. immobilia, firma manere, vtpote quae voluntatem propensionemque animi atque contentionem habeant loco vinculi longe robustioris atque stringentioris, quam est necessitas, vel coactio.

pen. ἣν ἡ παίδευσις ἐμποιεῖ τοῖς νέοις] reliqua e libris restitui, hoc vnum a me profectum est, quod καὶ omissum est, quod vulgatae ante ἣν collocant, in quibus sic legitur: ἰσχυρότατον τῆς ἀνάγκης, καὶ ἣν ἡ παίδευσις ἐποιεῖτο τοῖς νέοις. ἣν redit, non ad ἀνάγκης, sed ad προαίρεσιν. quam propensionem et quod studium animis iuuenum iniicit disciplina puerilis, in eorum quoque internum quendam et domesticum veluti legislatorem creans.

188. 1. fort. χρηματιστικά. contractus, quales condunt quaerendis facultatibus dediti. συμμεταπίπτοντα de meo dedi, pro vulgari μεταπ. (sine prima syllaba)

2. ἦν] id est ἡγεῖτο εἶναι. satius erat, penes eum puta. praestare autumabat.

5. γὰρ deest Iuntinae, sed soli.

9. ὀροφὴ h. l. non est tectum domus vniuersae, tegulis constratum aduersus imbres munimentum, sed laquear, tabulata oecos et triclinia desuper inumbrantia, et a puluere aliisue ponderosioribus, ne illabantur, defendentia. *nicht das Dach am Hause, sondern die Stubendecken, das Tafelwerk an den Decken der Zimmer.* Paulo post p. 189. 5. appellat στέγην τε οἴκε.

13. videtur πρῶτον gradum tueri posse, ob praemissum ὕστερον. aduerbiale h. l. est. primum, h. e. primo loco, ante omnes alios.

15. ὅτως abest a Iuntina, sed habet Aldina.

pen. malim χρυσᾶς. in masculino. nam κύλιξ masc. generis est.

189. 1. ἀνάγκη συναρμόζεσθαι de meo dedi, pro vulgari ἀνάγκη ἴσην ἁρμόζ.

9. f. πολεμίοις πολλάκις στρατεύειν, ἵνα μὴ ἀμύνεσθαι συνεθιζόμενοι.

11. fortaſſis bene habet vulgata. ſolent tamen potius ſic dicere τοῦ βασιλεύσαντος ὕστερον.

15. f. καλά γ' ἔφη.

190. 12. γινομένων etiam in Iunt. et Ald. legitur.

vlt. κόρων eſt a nominatiuo οἱ κόροι. id quod ipſe prodit accentus. cum pueris pariter puellas quoque adſuefecit. Pro πολιτεύειν nullus dubito πομπεύειν a Plutarcho relictum eſſe, vt ſagaciter odoratus eſt Bryanus.

191. 7. ἀνδραγαθία etiam in Iuntina legitur, cum qua SGermanenſi ſaepiſſime conuenit. vulgatam prima dedit Aldina.

pen. f. ἐθισμὸν ἀφελείας aſſuetudinem ſimplicitatis, omnem affectationem aſpernantis.

192. 1. μηδὲν ἧττον] ſubaudi ἢ τοῖς ἀνδράσιν.

15. γυμνοὺς περιιέναι] imo vero γ. περιεστῆναι. nudos [h. e. ſolis in tunicis] circum forum in orbem ſtare, coelibes puta. οἱ δὲ] ſcil. maritati.

193. 2. prius αὐτῷ, quod in vulgatis pone ἐπιόντι γὰρ legitur, expunxi, relinquens poſterius, contra quam in annotatione ad h. l. praecipitur. ὑπείξαντα (in aor. 1.) etiam in Iuntina et Aldina eſt. In illis τῆς ἕδρας articulum de meo addidi.

10. ὥσπερ ἀεὶ] ſcilicet νήφειν εἰώθει. ſobrius et mente conſtans, vt ſemper alias erat et eſſe debebat.

11. δεδειπνηκώς] id eſt ἀπὸ τοῦ ἐν φειδ. δείπνου, vel μετὰ τὸ ἐκεῖ δειπνῆσαι.

194. 4. ἐς ἡμέραν idem eſt atque ἐν ἡμέρᾳ λαμπρᾷ, φανερῶς. claro de die, ad ſolis lucem.

6. ἀλλὰ τοῖς] malim καὶ interponi.

195. 2. κοινωνεῖν de meo dedi, pro vulgari κοινωνίαν. ſanciendo, vt in numero rerum laudabilium et praeclararum haberetur, cum cura cauendi, ne quid proteruiae contumeliaeque et luxuriae atque intemperantiae in rem matrimonialem irreperet, tum benignitas et facilitas coniugum, qua et mariti ſinerent alios in communionem ſecum venire liberorum ſuis ex vxoribus quaerendorum, et vxores aliorum honeſtorum amplexus haud aſpernarentur, cum pace et conſcientia virorum. κοινωνία τεκνώσεως eſt, cum duo ex eadem foemina liberos vna quaerunt, παίδων autem κοινωνία eſt, cum tu pater es pueri, quem alterius vxor in domo mariti peperit, ex hoc appellatum, ex te ſuſceptum.

3. ταῦτα] negotium hoc liberorum procreandorum atque alendorum vna cum vxoribus.

5. ἀσπάσαιτο] ſcil. vxor eius amore ſtrenui adoleſcentis capta. poteſt tamen etiam de marito accipi.

195. 6. εἰσαγαγεῖν] hunc robuſtum et bene peculiatum iuuenem ad vxorem ſuam adducere. πλήσαντα videtur quidem prima ſpecie ad hunc iuuenem fortem et formoſum redire, ne tamen conſtructio nimis dura atque conturbata exſiſtat, ſatius ſit ita accipere, vt deſignetur maritus, qui Cicisbeo ſuo veniam det, aut mandet, vt vxorem ſuam generoſo ſemine impleat.

7. αὐτοῖς] marito, qui negotium prolis ex vxore ſua procreandae alii permittit, et vxori, ex alio grauidae factae, et alii parienti. verumtamen vt fateor, quod ſentio, dura nimis haec dictio, vt in vulgatis iacet, ad aures meas accidit; vt ſuſpicer leg. eſſe καὶ τὸν [id eſt τοῦτον] πλήσαντα. et hunc, iuuenem puta — αὐτοῖς εἰσποιήσασθαι. nam vt πιμπλάναι σπέρματος γενναίου de vetulo effoeto marcido corpore dicatur, abhorret.

10. poſt ἄνδρα videtur deeſſe ἐὰν αὐτῇ. oratione maritum adducere, vt ſe ſinat cum eius vxore coire.

196. 1. malim verba ſic ſtructa legi ἵππους τοῖς κρατίστοις τῶν ὀχέων [a nominat. ſing. ὀχεὺς] ὑποβιβάζουσι. Mas foemellam ſui generis impraegnans eſt ὁ ὀχεύς. τὸ ὀχεῖον eſt vehiculum. quod ſi tamen ὀχείων bene habeat, erit ad ὀχεῖον ſubaudiendum θρέμμα. vt ſit animal τῇ ὀχείᾳ deſtinatum, ſeu foecundationi.

13. εἰπεῖν eſt in Iunt. et Ald.

pen. ἐκλίνει] imo vero κλείνει. taurum occidit illum ingentem, qui capite colloque ſuper Taygetum traiecto Eurotam exhaurit, et ſic ſiti nos enecat.

197. 11. τὸν videtur delendum, vt perperam e fine nominis proprii Ταΰγετον iteratum.

198. 6. Ἀμύκλαν dant Iunt. et Ald.

10. οὐδ᾽ ἐμμισθίοις de meo dedi, pro vulgari οὐδὲ μισθίοις.

vlt. παρίσατο [antepenacute] dedi pro vulg. παριστᾶτο. v. p. 200. pen.

199. antepen. In Iuntina, ſed ſola, legitur τῆς τοιαύτης φωνῆς καὶ φιλανθρωπίας. quo quid efficiendum ſit, aut num plane eliminanda ſint illa duo vocabula, vt Aldinae curator etiam eliminauit, exiſtimandum et ſuſpicandum cuique relinquo. Num pertinet hoc φωνῆς ad inſequens controuerſum et dubium vocabulum λυκόφονας.

200. 7. καὶ μᾶλλον reſtitui e Iuntina. vulgares, Aldinam ſecutae, particulam καὶ omiſerant. atqui Plutarchea eſt dictio καὶ μᾶλλον, pro *in primis*, *maiorem in modum*. v. T. III. p. 382. pen. edit. Londin.

201. 13. fort. πρὸς ταῖς πληγαῖς καὶ τὸ πεινῆν. In Iuntina et Aldina legitur πεινεῖν. alia quaecunque furans, ſolummodo ſcutica caſtigatur, alimenta vero furans, praeter ſcuticam, etiam fame luit.

pen. poſt πανουργεῖν deeſſe videtur εἰσὶ δ᾽ αὐτῶν οἱ πλεῖστοι ἰσχνοί. plurimi eorum ſunt macilenti.

202. 5.

202. 5. τὸ αὐτὸ] scil. τὸ ὀλιγοσιτεῖν. paucitas alimentorum reddit corpora 1) macilenta. 2) procera. 3) agilia. 4) formosa.

10. idem est ac si dixisset, διότι ἡ ὕλη, διὰ τὴν ἑαυτῆς ἐλαφρότητα, μᾶλλον κρατεῖται [id est δαμάζεται, καὶ μορφοῦται] ὑπὸ τοῦ τυποῦντος αὐτήν.

pen. ἀλώπεκος abest a Iuntina, sed habet Aldina.

204. 4. ἀποκρινόμενος videtur H. Stephani coniectura esse. In Iuntina et Ald. est ἐπιμελόμενος. quae lectio non aspernandam hanc ferre videtur sententiam: secordem se tardumque et peruersum gerens in curanda re, quae ipsi mandata esset, eum puniebat — Quare nullus dubitaui lectionem hanc vetustorum et probatorum librorum reuocare.

10. Iuntina et Aldina vitiose dant ἀπετίμ.

antep. ἐγκεχριμένου dat Iuntina, sed Aldina recte ἐγκεκριμ. quod est vocabulum agonisticum. ἐγκρίνεσθαι dicebatur is, qui probatus ad certamen gymnicum admitteretur. hinc verbum vsurpabatur vniuerse de iis, qui aut quae probarentur.

pen. ἀντερᾶν h. l. non id significat, quod vulgo solet, amantem amore mutuo remunerari, sed in puero puellaue amanda cum alio quopiam certare, aemulari, riualis esse. quod si ita est, videtur post οὐκ ἦν deesse ἔριδος καὶ ζηλοτυπίας πρόφασις. illa duorum pluriumue in amore eiusdem formosi corporis communio non erat apud Spartanos, vt est apud alios populos, materia contentionis et aemulationis.

205. pen. μόλις ego equidem haud repudiem, dummodo cum τούτοις copuletur. vtrouis modo, siue seruetur, siue omittatur et cum τούτοις mutetur, semper exsistit sententia, non tolerabilis modo, sed venusta quoque; scilicet haec, si μόλις cum τούτοις permutatur. Atqui tamen his ensiculis ad hostes vsque pertingimus. vel, atqui tamen hi ensiculi ad hostes vsque pertinent. Sin autem μόλις seruas, eique τούτοις adiungis, (nam pronomen abesse nullo pacto potest) exsistit haec sententia. Atqui tamen hostes nostri hos ensiculos tam reformidant, et tam procul refugiunt, vt aegre possimus ad eos peruenire, quo eos his ensiculis feriamus.

206. 4. καὶ γὰρ ὁ Λυκοῦργος αὐτὸς] hunc verborum, qui in Iuntina est, ordinem, praetuli ordini, quem vulgares ex Aldina praeferunt καὶ γὰρ αὐτὸς ὁ Λυκ.

6. tria illa vocabula περὶ τὰς πολιτείας mallem abesse, aut saltim περὶ τῶν πολιτειῶν legi, vt in continenti sequitur περὶ τῶν θυσιῶν, et τὸ περὶ τῶν ἀθλημάτων.

pen. κωλῦσαι de meo dedi pro vulgari κωλύσαντα. In Iuntina et Ald. est κωλύσαντος. quorum neque genitiuus, neque accusatiuus habet, quo referatur. Ad infinitiuum vero potest e proximo ἔφη subaudiri. Vlterius progredi in emendando ausus ideo non sum, quia quae sint certamina, in quibus manus attollitur, et cur

 Lycurgo

Lycurgo displicuerint, haud teneo. alias nullus dubito sic esse legendum ταῦτα μόνα κωλῦσαι μὴ ἀγωνίζεσθαι. Lycurgus ciuibus aiebat eo solo interdixisse certaminum genere, in quo manus sursum tollitur. Num ad Atheniensium χειροτονίας et turbulentias fori atque concionis respexerit, an solummodo ad Pancratium, haud liquet.

207. 5. ἄντις restitui e Iuntina, pro ἄτις, quod ex Aldina in vulgares dimanauit. deinde leg. esse suspicor ἀνδρείοις τείχεσι, καὶ οὐ πλινθίνοις, ἐστεφάνωται. si quod oppidum virilibus moeniis [h. e. corporibus fortium virorum] non latericiis, septum sit.

6. περὶ μὲν οὖν] addidi οὖν e Iunt. et Ald.

208. 14. ποιοῦντι] sic Aldina. ποιοῦντες dedit Iuntina.

209. 10. εἶχε de meo dedi, pro vulgari ἔχει.

210. 1. Mirarer iudicium Plutarchi, dictum infrunitum, sale et sensu communi carens, in scite acuteque dictis referentis, nisi aliunde constaret, non acerrimum, neque subtilissimum id ei fuisse. Eiusmodi facetiae calendariis popello rusticano consecratis digniora sunt, quam posteritate, famaque auctoris scriptis egregiis nobilitati.

6. cum vidisset quosdam, aluum exonerantes, insidere sedilibus. Spartani ergo latrinis nil vtebantur, sed suris ipsi suis insidebant, necessario hoc officio fungentes, prorsus vt Arabes scenitae.

pen. vtrum praeferam, vulgatum εὐζηλίας, an quod e Vulcobiano refertur, ἀζηλίας, ambigo; quorum illud significat studium dictionis imitatione dignae, aut ad bonum et probabile exemplum conformatae; hoc fugam affectationis in dicendo. cui posteriori sententiae fere melius cum insequenti καθαριότητος munditie dictionis conuenit.

211. 5. f. ὡς εὐδαιμονιζομένων. ob insequentia.

6. f. ἐπαγγελία τε πρὸς ἀρετὴν adhortatio ad virtutem, καὶ μεγαλαυχία πρέπουσα τ. ἡ. aut sic ἐπαγγελία καὶ μεγ. πρὸς ἀρετὴν προτρέπουσα, πρεπόντως ταῖς ἡλικίαις.

7. προσενέγκασθαι restitui e Iuntina, conuenienter mori Plutarchi loquendi, de quo ex indicibus constabit, pro vulgari προενεγκ. quod ex Aldina promanauit.

11. ποτ' ἦμες dant Iunt. et Ald.

pen. πολλῶν dant eaedem. sed κρείσσονες e Iuntina Vulcobianus retulit.

212. 13. ἕρπει bene habet. *ars fidicina it obuiam ferro.* h. e. poëtica cum laude militari contendit de paritate (vel et de praestantia) gloriae. ἄντα componi cum ἕρπει potest, cum ῥέπει nequit.

penult. f. ἀναμιμνήσκειν εὐχόμενος, ὡς ἔοικε — supplicans Musis, vt iuuentuti Spartanae in memoriam reuocare velint disciplinam,

ciplinam, qua pueri fuissent imbuti, καὶ τῶν ῥήσεων (nam ita leg. videtur, non κρίσεων) et gnomas poëtarum; quo ad manum, et in promtu ipsis sint artes illae pueriles, et illae gnomae tenellis eorum animis olim instillatae. huc enim redeunt illa ὦσι πρόχειροι et παρέχωσι, non ad Musas.

213. 8. ante λιπαρὰν potest ὥστε vel ἐπὶ τῷ subaudiri. malo tamen suspicari post λιπαράν τε desiderari σπουδάζοντες.

pen. ἅμα hic loci redundans vitiose, mox recursurum versu vltimo, loco oportuno, vncis inclusi, quibus delenda soleo indicare. Sic satis crebro h. l. et paene ad taedium iteratur hoc voc. quater.

214. 2. f. αὐτὸς δ' ἐξῆρχεν.

antep. γέγονεν ἀπὸ τῆς νίκης] Iuntina et Aldina dant γέγονε διὰ τῆς ν. a qua lectione quae magna fuerit Stephano ratio discedendi, haud video.

vlt. ἐκβεβαιώσασθαι] sic dedi de meo, morem loquendi suum, de quo indices docebunt, Plutarcho reddens. vulgatae dant ἐμβεβ.

215. 9. πολλῶν στρατειῶν ἔμπειρος non videtur significare posse πολλαῖς παραγεγονὼς στρατείαις. quare vulgatae στρατιῶν sufficiendum existimaui marte meo στρατηγιῶν. sunt autem στρατηγίαι artes imperatoriae, strategemata, astutiae bellicae.

11. νομὴν simplex dant Iunt. et Ald. item ἔστησεν simplex. eaedem carent copula καὶ versu 15. et versu vltimo dant vitiose ambae πρὸς, pro περὶ.

216. 15. τούτων sola dat Iuntina, quod ferri possit.

217. 1. post πραγματείαν videtur πολλὴν deesse.

9. ἐλευθερίαν, quod vulgatae dant, vitiosum, aut cum ἐλευθερίας erat mutandum, vt feci, auctore Bryano, aut cum ἐλευθερίων. ergo e moribus Spartanis, cessare, nil agere, hominum erat ingenuorum, liberaliter educatorum. Nae multos vereor eiusmodi hodie superesse nobiles Spartanos, egregie ad ignauiam eruditos, tametsi tam sint imbelles et pauidi, atque bellicosi et fortes olim erant Spartani. De ἀδολεσχίαν a Stephano dissentio.

218. 7. restitui μὲν e Iuntina, pro vulgari μὴ, quod in reliquas ex Aldina promanauit. respondet huic μὲν insequens δὲ in istis τὸ δ' ὅλον p. 219. 20.

8. ante ἀναστρέφεσθαι deest ἔδει aut ἐχρῆν.

219. 7. τὴν διάνοιαν] subaudi ταύτην.

9. malim φαιδρὸς. in adiectiuo.

12. αἶκα bis dant Iunt. et Ald.

220. 4. lectio e Vulcobiano relata, e Iuntina hausta est.

pen. τὴν ὄψιν] scil. et cooptantium in numerum sic dictorum senum, et cooptandorum.

221. 7. ποσοσοῦν dat Iuntina. quod etiam probari poterat.

13. post ταύτῃ aut σε, aut αὐτὸν deest.

221. 14. περιελθὼν] fcil. fana deorum.

pen. τυγχάνει (in indicat.) dant Iuntina et Ald.

222. 3. τὰ deeft ambabus.

4. αὐτὸς dederunt I. et A.

14. ἱερῶς] f. ἐν ἱερωσύνῃ, aut ἱερωμένης. ante ἱερῶς praepofui τῶν ex Iunt. et Ald. earum mulierum, quae vxores fuiffent virorum in facerdotio vita defunctorum.

ibid. malim προώρισεν. fine ς in praepofitione.

vlt. malim in actiuo κατεμίγνυε. Lycurgus puta.

223. 4. ἰόντας fufpectum mihi eft. num redundat, vt faepe videmus ἰὼν et φέρων et ἔχων redundare? an leg. eft πάντας? an λαθόντας?

7. διαφορὰς (in plur.) de meo dedi, pro vulgari διαφορὰν (in fing.) ciuilium inftitutorum diuerfitates. h. e. diuerfa, inter fe difcrepantia inftituta ciuilia.

12. ἀνάγκη καὶ λόγους] addidi de meo καὶ. λόγοι h. l. funt artes, ftudia.

pen. ὅπως] Iunt. et Ald. dant ὡς.

224. 7. ἐνειργασμένη de meo dedi, pro vulgari ἀνειργ. videtur ipfi adeo Platoni hanc de Lycurgo, formaque reip. ab eo inftituta, iniecifſe opinationem, vt illumque et hanc iniuftitiae, vel iniquitatis argueret.

9. ἄλλως] temere, praetextu aut nullo, aut quocunque tandem vano et commenticio.

225. 7. ἀναγκάσαντες (in aor.) dedi de meo, pro vulgari ἀναγκάζοντες (in praef.).

226. 1. Iuntina loco fecundi ἐλεύθερον dat ἐλευθέριον.

2. malim συντεθεωρηκέναι.

3. Iuntina et Aldina dant fimplex γενέσθαι. χαλεπότητας appellat exempla immanitatis erga Helotas.

4. malim μάλιστα δὲ μετά.

5. recte dicit Plutarchus Helotas vna cum terrae motu fortunis Spartanorum fuiffe infidiatos. hoc eft, oportunitate a terrae motu oblata Spartanis nocendi abufos, eamque celeriter arripuiffe.

8. τὸ de meo addidi.

227. 2. ἐκτεθραμμένης (per θ) dedi de meo, pro vulgari ἐκτετραμμ. non enim a τρέπω, fed a τρέφω eft repetendum. quod in praeter. perf. paff. θ adfcifcit, vnde θρέμμα.

6. poft οὕτως addi velim ὁ Λυκοῦργος, et verfu 7. pro ἐν ἔργῳ legi vno vocabulo ἐνέργου.

vlt. ἐμμενεῖν καὶ χρήσεσθαι (vtrumque in futuro) dedi de meo pro vulgaribus ἐμμένειν (in praef.) et χρήσασθαι (aor. 1.)

228. 16. πράξεως] Sententia eft, operam effe viro bono dandam, vt exitus e vita fuus non mera fit paffio, πάθος, fed actionum

actionum quoque in numero poſſit haberi, h. e. vt morte obeunda videatur facinus patraſſe nobile, reique publicae ſalutare.

229. 4. χρωμένη e Iunt. et Ald. reuocaui pro vulgari χρησαμένη.

230. vlt. κατέλυσε dant Iunt. et Ald.

231. 9. οὐκ ἐπαινούντων] particulam infitiantem, qua vulgatae carent, de meo addidi. miror eſſe, qui laudare Theopompi dictum cunctentur. Plutarchus ex ipſa Spartanorum docilitate parendi efficit, eos imperare noſſe; cum nemo imperare ſciat, qui parere neſciat.

12. ὑπομένουσι] ſubaudi homines, humanum genus.

14. μὲν] imo vero μέγιστον. Artium a viro principe diſcendarum ea eſt praecipua, vt inferiores habeat obſequioſos.

232. 8. τὴν deeſt Iuntinae, ſed habet Aldina.

10. poſt Stratonici nomen videtur ἀποβλέπων deeſſe, aut ſic leg. ἀποβλέποντες, ἴσα [aduerbialiter, pro ὡς] καὶ Στρατόνικος, ὃς ἐπισκῶψαι —

13. δέρεσθαι] vapulare, quippe qui, paedagogi Graeciae cum eſſent, et potuiſſent et debuiſſent adeo reliquorum peccata cauere atque cohibere.

233. 3. pone βίῳ, aut addendum, aut certe ſubaudiendum eſt οὕτω.

11. γράμμασι καὶ λόγοις (in datiuo) de meo dedi, pro vulgari γράμματα καὶ λόγους. ciuitatem, non ſcriptis literis, non verbis ore prolatis adumbratam, ſed reapſe repraeſentatam a ſe reliquit.

12. προενεγκάμενος item a me profectum eſt, pro vulgari προσενεγκ.

14. lectio e Vulcobiano relata, in illum translata fuerat ex edit. Iuntina.

234. 6. τοῖς ἀγαπῶσι] articulum addidi e Iunt. et Ald.

7. fort. μετὰ τὴν τελευτὴν, ἃ καὶ Λυκούργῳ, τῷ πάντων θεοφιλεστάτῳ —

12. ξένην eſt in Iuntina et Aldina. ξενικὴ ὁδὸς eſt via communis, regia, qua peregrini venientes ad vrbem, aut ex ea proficiſcentes commeant.

antep. διαδοχὴ h. l. non eſt generis, ſed nominis ſucceſſio, vel inſtituti, vt factum nouimus in ſcholis vel diſciplinis veterum philoſophorum, cum grex in locum defuncti magiſtri alium ſibi principem delegit, et huic rurſus alium, et ſic porro. Horum magiſtrorum vita defunctorum memoriis conſecrabant dies feſtos, annuos menſtruoſue, quibus gregales inter ſe congreſſi epulabantur, et carminibus cantandis laudes magiſtri praedicabant. Conuentus hi σύνοδοι appellabantur. Eiuſmodi ſodalitia medio aeuo in Germanica erant *die Calenderbrüderſchaften.*

235. 1. rurſus e Iuntina hauſta eſt lectio Vulcob.

AD

AD NVMAM POMPILIVM.

235. 1. καὶ περὶ τῦ Νυμᾶ] Nam de Lycurgi quoque aetate quaeritur et contenditur.

3. τῶν στεμμάτων] f. τινῶν σ. aut τῶν λαμπροτάτων στεμμ. tametsi familiae quaedam Romanarum nobilissimae stirpis suae processum vsque ad hunc Numam continua serie producunt.

antep. post ἀνδρῶν videtur εὐχέρειαν, aut ῥᾳδιουργίαν, aut ἀναίδειαν, aut βδελυρίαν, aut simile quid deesse.

236. 2. post δυνατὸν videtur οἰόμενοι aut simile quid deesse, et versu 4. post ἀποδοῦναι aut in hac regione, προσῆκον. aut quasi conveniat, institutionem Numae barbaro nescio cui tribuere, Pythagoram superanti.

5. καὶ, quod a Iuntina abest, ego equidem facile carebo, non item vocabulo πέντε. quod item ab eadem ed. abest. eadem dat γενεάς.

237. 5. Λακώνων est in Iuntina et Aldina. Ad Πυθαγόρυ subaudi τῦτυ aut τυδὶ. quamquam vtique satius foret id additum esse.

9. malim ἀναγραφομένυς. descriptos per vel secundum victores Olympicos, vel victorias Olympicas. nam perinde est ὀλυμπιονικῶν vtrum a masculino ὀλυμπιονίκης victor Olympicus repetas, an a foeminino ὀλυμπιονίκη victoria Olympica. Iudices huiusmodi victorum seu victoriarum appellabantur ἀναγραφαί. de quo Plutarchus ipse in continenti testatur.

antep. Ηλεῖον bene habet. Nam cum Olympia oppidum Elidis esset, multo magis est consentaneum, indicem victorum Olympicorum editum esse ab Eleo homine, quam a Delio. cui cum Olympia neque patriae necessitudo, neque vlla alia esset, et qui a documentis rerum longius abesset. Fac Hippiam Delium ab aliquo eorum commemorari auctorum, qui hodie supersunt. Num ideo silentium eorum statim arguet, Hippiam Eleum nullum fuisse? Et Hippiae nomen quid in se habet, cur Delio magis, quam Eleo, conueniat?

238. 3. post μηνὸς videtur nomen mensis Quintilis deesse.

11. χαλεπὴν δέ τιν' ὑπόνοιαν] sic dedi de meo. pro pronomine τινα, vulgatae dant τὴν articulum.

240. 1. ἀξιύντων potest probari, vt sit genitiuus absolutus. ipsis postulantibus, h. e. quippe qui postularent, aequum censerent. planior tamen foret oratio, si genitiuo datiuus ἀξιῦσι sufficeretur, qui datiuus aptus foret e Σαβίνοις praemisso.

241. 7. ἀπονοίαις est in Iunt. et Ald. et paulo post πρὸς ἀμφοτέροις. in datiuo, qui si praeferatur, praepositio πρὸς sit delenda.

10. malim ἐθέλοντες.

242. 2. παρασχεῖν] num πάσχειν. quam pati regem, ortu Romanum, ab illis, Sabinis, delectum. In Iuntina legitur Ῥωμαίοις in datiuo plurali. ῥωμαῖον ab Aldina profectum est.

242. 4. Iuntina dat ἀποικισάμενον, vitiose. vulgatam dat Ald.
pen. ἀνακηρυχθεῖσι] num ἀνακληρουχηθεῖσι. cum iis Sabinis, quibus portiones agri cum ciuibus Romanis aequae in ditione Romana fuerunt distributae vel assignatae.

243. 9. κάθειρξιν ex Aldina prouenit.

13. οὐδὲν de meo dedi, pro vulgari οὐδὲ.

244. 13. aut Νουμᾶς aut ἐκεῖνος est tollendum. nam alterutrum est superfluum. ego prius malui vncis includere.

245. 3. f. ἄλλων τε πολλοὶ πολλῶν.

246. 7. ὃς de meo dedi, pro vulgari οὐ. redit ille nominatiuus ad τύχοι. qui Hippolytus quotiescunque fretum traiiceret.

9. comma, quod in vulgatis pone χαίροντος cernitur, tollendo locum planum feci. cohaeret hic genitiuus cum infinitiuo ἀποθεσπίζειν. quasi numine sentiente atque gaudente oraculum fundere.

11. καὶ δ' αὖθ'] idem est atque καὶ δὴ αὖθις. ecce iterum.

12. aut καὶ delendum est, aut ante nomen Pindari ponendum. Pindari quoque carmina dicitur Pan adamasse.

247. 6. f. εἰκὸς οὐκ ἔστι. an tu negabis consentaneum esse, deos, etiamsi seria agentes, cum his esse versatos.

8. χρῆσθαι] subaudi εἰκός ἐστι. contra vero aies consentaneum esse, deos, ludicri ergo, poëtis, et lyricis quidem, nescio quae minurientibus, adfuisse? Si credibile est, vnquam hoc euenisse.

248. 6. malim in genit. plur. δεήσεων.

7. aut cum Stephano leg. est ἐν ἡσυχίᾳ, aut alias συμβεβιωκότος.

11. μήτ' ἄπεστι de meo dedi, pro vulg. μηδ' ἄπεστι.

12. ἔστι τι] addidi τι de meo.

14. f. τῷ γε βεβαιοτέρῳ.

vlt. quod Vulcobius e Iuntina et Aldina retulit ἐπιβουλεῦσθαι, aliud nihil est, quam mendum typographicum satis crebrum, pro vulgata.

249. 6. πόῤῥω βασιλεύειν] sic collocaui haec duo vocabula in vulgatis inuersa. sunt laudes viri a regnando multum distantis.

8. καὶ ὁ δεινὸς] rursus a me profectum est, pro vulgari ὁ δὲ δεινός. facile potuit καὶ in concursu cum ς elidi, et rursus potuit δὲ in concursu cum δεινὸς perperam iterari.

antep. συνήθεια] scil. bellorum, vel bellandi. quod idem quoque ad προθυμία subauditur. dicuntur haec e contrario istorum modo praemissorum, πολέμους ἀβουλήτους.

ibid. ἐγγέγονε de meo dedi, pro vulgari simplici γέγονε.

vlt. τἀμὰ dedi de meo, pro vulgari τἄλλα. studia mea nescio an deridiculo sint, qui profitear docere reuerentiam deorum, studiumque iuris aequi. τἀμὰ idem est atque ἐμοῦ τὰ ἐπιτηδεύματα. Et sic bene quadrat διδάσκοντος.

250. 5. Ῥωμαῖοι] legati duo Romanorum.

11. δόξαν ἀπ' ἀρχῆς] praepositionem de meo addidi.

250. 15.

250. 15. f. τὴν Ῥώμης ἀρχήν.

251. 3. malim ἔτι in praeſenti, ob inſequens ποθῦσι.

252. 5. προσφερομένων de meo dedi, pro vulg. προφερ.

vlt. προσφέρων item, pro vulg. προφέρων.

253. 3. f. οἳ ἐπέτρεψαν.

14. περὶ] f. ἐπὶ.

vlt. λεαίνας dant Iunt. et Ald. item articulus ante nomen Iobae deeſt.

254. 8. συςᾶσα dedi de meo, nam verſu vltimo δοκῦσα Vulc. et χρησαμένη verſu antep. Iuntinae debeo pro vulgaribus συςάντων et χρησαμένην et δοκῦσαν. Poſſent alias accuſatiui συςᾶσαν, χρησαμένην et δοκῦσαν referri ad πόλιν ποιῆσαι.

255. 3. ἐπηγάγετο alliciebat, de meo dedi, pro vulgari ἠγάγετο ſimplici. poterat quoque de προσηγάγ. cogitari.

14. πρὸς de meo dedi, pro vulg. περὶ. vocab. ἀγχιςεία ſervandum cenſeo. neceſſitudo, cognatio quaſi quaedam cum diis.

256. 2. f. ἄλλας σιωπῶ καὶ πολλὰς τερατώδεις — καὶ πράξεις, ἃς ἀναγγέλλυσι.

5. δόξα γόης idem eſt atque γοητείας μεςὴ, ἀπατηλή.

258. 3. δὲ arbitratu meo expunxi, vt καὶ e Iuntina addidi. vulgatae ſic dant. τὸ πρῶτον, ὗτος δὲ διεκώλυσεν.

pen. vulgatae dant οἰκοδομῦμενοι διετέλυν, καὶ καλιάδας. verum Iuntina et Aldina omittunt διετέλυν hoc loco, mox recurſurum loco conueniente.

259. 4. γε arbitratu meo ſuffeci in locum vulgaris τε.

5. malim ἀλφίτων: in plurali.

260. 2. τῦ ἀνδρὸς] Pythagorae puta.

8. fort. primum καὶ et poſterius τὸ ſunt delenda, et πιςῦσθαι legendum, cum latino interprete.

pen. ſententia haec eſt. nomen pontificum ſacerdotibus ideo eſſe datum, quo ſignificaretur exceptio rerum factu expeditarum, ſeu poſſibilium; quaſi pontifices hi ſint, qui faciunt ea, quae fieri poſſint. ὑπεξαιρεῖται excipiuntur ea, quae nominatim indicantur; caetera non nominatim expreſſa, excluduntur. ergo δυνατῶν recte habet.

261. 2. f. οἱ δὲ πλεῖςοι τὸ μάλιςα καταγελώμενον τῶν ὂν.

262. 4. nemo facile intelligat, quid lectio ſibi velit e Vulcobiano relata, qui neſciat in Iuntina legi ἐπιμελόμενος, per omicron, et in Aldina per omega, ἐπιμελώμενος.

9. τὸ πῦρ] haec duo vocabula deſunt Iuntinae.

12. παρατιθεμένυς et τὸν ἄκαρπον et συνοικειῦντες legitur in Iunt. et Ald.

263. 5. τὸ πῦρ] articulum de meo addidi. deinde aut ὃ delendum eſſe videtur, aut ſic legendum — ἠφανίσθη, ὃ φασὶ δεῖν. negant fas eſſe.

263. pen.

263. pen. ἀνακοπτομένας de meo dedi, pro vulgari ἀναπτομένας.
vlt. πρὸς τὸ κέντρον ſiue cum ἀνακοπτομ. ſiue cum ἀθροίζεσθαι poteſt copulari. Pro διακρίνει malim διακαίει perurit, excalefacit.

268. 8. f. αἱ προέμεναι τῶν ἱερειῶν τὴν παρθενίαν.

pen. et vlt. οὔτε τῶν τιμιωτάτων οὐδὲν, οὔτε τῶν πρώτων μοιρῶν] haec verba deſunt Iuntinae. οὐδὲν, οὔτε a me profectum eſt. nam vulgatae ſic dant οὔτε τῶν τιμιωτάτων, οὐδὲ τῶν πρώτων etc.

269. 2. ἑτέρᾳ] f. δευτέρᾳ. in ſecundario gradu. vel ἐν ἐνδεεστέρᾳ. quamquam prius malo.

13. μιᾶς dedi de meo pro vulg. μίαν.

270. antep. οἱ in maſculino dedi, pro αἱ vulgari, foemin. redit enim ad Feciales, non ad ἱερωσύνας. non de duobus ſacerdotiis loquitur Plutarchus, Saliorum atque Fecialium, ſed de ſolo Fecialium, quos inprimis ait de Numae pietate teſtari, non item Salios.

vlt. τοὔνομα] Ergone Plutarchus feciales a *pace* dictos autumabat. quaſi *peciales* eſſent. vt *depeciſci* dicitur. Inſequens autem ratiocinium viri non intelligo.

271. 6. μαρτυράμενοι in aor. 1. de meo dedi, pro vulgari μαρτυρόμενοι in praeſ. ob inſequens κατευξάμενοι.

12. δικαίαν in foeminino dedi de meo, redit enim ad ἀρχὴν principium belli. pro vulgari δίκαιον in neutro.

272. 6. ἄσπειστον de meo dedi, pro vulgari ἄπιστον.

274. 8. ἡ δ' ἀκμὴ] ſic de meo dedi, pro vulgari ἡ δὲ ἄλλη. ſaltationis vigor et ſumma vis, id quod eſt in hac ſaltatione praecipuum et incitatiſſimum, a pedibus peragitur, eſt pedum miniſterium. *das rechte, eigentliche Weſen dieſes Tanzes beſtehet in der hurtigen, munteren und künſtlichen Bewegung der Füſſe.*

pen. τῇ πυκνότητι non intelligo, niſi ſi ſtatuatur huic vocabulo hanc ineſſe ſignificationem, (quae vt ei inſit, vehementer dubito) propinquitatis, vel appropinquationis, acceſſus inter ſe. Foret ad hunc modum h. l. haec ſententia. lineae hae curuae ibi loci, vbi inter ſe propemodum ex aduerſo coeunt, inclinatae vel vergentes ad ſeſe mutuo. *da wo die Auſſchweiffungen von beyden Seiten eines Schildes am allernächſten zuſammenrücken.* ἀγῶνα (pro ἀγκῶνα) reperitur in Iuntina et Aldina. pro compoſito περιφέρονται malim ſimplex φέρονται.

275. 2. malim τὸ πρῶτον. aduerbialiter. primitus. a principio ſtatim, illa Ancilia ſic eſſe appellata ideo, quod ἀνέκαθεν h. e. coelitus eſſent demiſſa.

9. οἱ δὲ] imo vero ὃν δὲ. quem vero alii aiunt cantari Veturium Mamurium, alii aiunt eſſe veterem memoriam.

antep. ἐννοίᾳ, quod e Vulcobiano recitatur, e Iuntina in Aldinam a Vulcobio translatum eſt, id quod in ſexcentis aliis quoque euenit. vitioſum εὐνοίᾳ prima dedit Aldina. meditationi loci alicuius

alicuius e doctrina diuina repetiti apud eos vacans. h. e. cum ipsis locum eiusmodi aliquem disputatione agitans, excutiens, enucleans.

276. 1. malim ἐν δὲ ταῖς Σαλίων, καὶ ὅλως τῶν ἱερέων πομπαῖς. in processionibus Saliorum, et, vt rectius dicam, sacerdotum omnino omnium.

6. malim οὕτως ᾤετο καὶ ὁ Νουμᾶς.

10. τῇ] f. τοῖς. rebus ad religiones pertinentibus.

pen. προσυγχάνοντας] sic dedit Aldina. Iuntina dederat, ἐντυγχ. quod cur mutaretur, causae nil video fuisse.

277. 5. τοὺς πολλοὺς] articulo carent Iunt. et Ald.

12. in Iuntina et Ald. est δόξει. quod suspicionem de δόξειε subiicit. Loci huius perobscuram sententiam haud perspicio, nisi si haec fuerit. simulacra deorum vultu stant ad solem orientem conuerso. quae adorans facere nequit, quin vultu stet ad occasum solis conuerso, quo ergo solem quoque orientem, qui vocabulo τὸν θεὸν significari videtur, salutet, ab occasu sese versus orientem intorquet, et sic saepius in orbem sese circumrotat. Mihi vero, si licet in huiusmodi nugis argutari, et credibile si est, primos harum coeremoniarum magistros non solummodo ineptire et pueriliter ludere, sed rem sacram hoc mimo adumbrare voluisse, probabilior videtur haec causa circumrotationis in adorando. Nescientes, quanam in parte coeli, orientali, an occidentali, australi, an boreali, tum ageret id numen, quod quisque adoraret, ideo instituerunt sese adorantes circumagere, vt numen suum certissime reperirent, neque id posset, vbiubi esset, vultum suum effugere.

vlt. δι᾽ ἀμφοῖν] per salutationem illam geminam, tam numinis, numinumue, quod aut quae quisque identidem adorat, quam solis.

278. 11. fort. ὁμολογοῦν εἶναι ταῦτα λέγειν ἐθίζοντος. licet hoc quoque, cum iam dictis consentiens, affirmare, instituta haec esse profecta ab eo legislatore, qui nos voluisset assuefacere attentioni in congressibus cum diis seruandae.

280. vlt. malim ἱλήκιον. a verbo ἱλήκω *placo*.

281. vlt. sententia loci est, Terminum seruatum, seu termini conseruationem et tuitionem, esse repagulum opum, quod intra certos fines contineat illas opes Terminum seruantis. Motum autem terminum, seu termini migrationem, prodere atque arguere mouentis cupidinem atque rapacitatem.

282. 6. οὐδὲ γὰρ dant Iuntina et Aldina; quod equidem ne ipsum quidem sim reprobaturus, si sic legatur οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι τῶν ἐπιτηδ.

7. ἐργάζεται dant iidem auctores, quod ipsum quoque ferri atque defendi queat.

282. 8.

282. 8. ὑπερμαχικὸν dant iidem, cui ſi non vſus, analogia certe fauet. nam vt a συμμάχεσθαι formatur σύμμαχος, et ab hoc συμμαχικὸς, e. c. πόλεμος, ita ab ὑπερμάχεσθαι formari poteſt ὑπέρμαχος, et ab hoc ὑπερμαχικὸς.

283. 1. πίστεις ſunt eiusmodi munia, vel functiones, quae cum adminiſtratione pecuniarum aliarumue rerum alienae fidei credendarum, et in quibus fides adminiſtrantis ſpectari poteſt, coniunctae ſunt, vt orborum tutelae e. c. vel aerarii publici, aut tabularii cuſtodia.

8. μηδὲ οἷον] interponendum videtur voc. ἐᾶν. μηδ' ἐᾶν οἷον ἐξαλεῖψαι — ad μηδὲ ſubauditur a communi ἐᾶν. neque volente permittere, vel pati, quemquam quaſi extergere, vel expungere, diuerſitatem naturarum, atque diſſenſum animorum inter iſtos duos populos, Romanum atque Sabinum.

13. εἰς τομὰς] praepoſitionem de meo addidi.

vlt. aut pro αὐτὸ leg. videtur αὐτῶν, aut ſic leg. ἐν καὶ ταὐτό.

285. 6. ἐν φυλάττοντες] ſic de meo dedi, demens μὲν, quod in vulgatis interpoſitum vitioſe redundat.

14. αὐτῷ reuocaui e Iunt. et Ald. pro vulgari αὐτοῦ. elegans hic eſt graeciſmus. medicina haec ei volebat aliquando medicina indigere. h. e. tempus erat aliquando venturum, quo exſiſteret, qui neceſſarium factu ſibi duceret, vt huic a Numa profectae correctioni ſuccurreret ipſe noua quapiam correctione a ſe excogitanda.

vlt. ἐπὶ] ὑπὸ dant Iunt. et Ald. e quibus etiam δὲ addidi pone voc. δωδέκατος. verum in Iuntina καὶ non cernitur, quod Aldina addidit.

286. 4. δέκα μησὶν] haec eſt lectio ab Aldina prodita, quam ego ſuſpicor Muſuri conatum corrigendi eſſe, ſed improſperum. In Iuntina eſt δεκάμηνον. quod cum δέκα μόνον fuerat mutandum. Nemo enim eſt qui non facile cernat e praemiſſis ad δέκα ſubaudiri oportere μησὶ. Et ſic marte meo correxi.

9. ſi Muſurus καταφέρουσιν e mſtis in Aldinam intulit, haud improbabo. Sin ſuo hic abuſus eſt ingenio, licebat ei in lectione Iuntinae διαφέρουσιν acquieſcere, ſignificante *iactant.*

13. ὅτι δὲ τὸν Μάρτιον πρῶτον, ἡ τάξις] ſic reſtitui h. l. e Iuntina atque Aldina. ad πρῶτον ſubauditur e praemiſſis, ἔταττον οἱ Ῥωμαῖοι. vulgatae ſic dant. τὸν δὲ Μάρτιον πρῶτον ἡ τάξις — ſine ὅτι, et ſine commate, et traiectis vocabulis.

14. ἐκδηλοῖ] ſic dedi de meo, ambigens, vtrum ei ἐκκαλεῖ praeferrem. vulgatae dant ἐκάλει.

287. 1. Iuntina et Aldina dant ἑξῆς ſimplex.

ibid. tria vocabula καὶ τὸν Φεβρουάριον vt delenda, vncis incluſi. nam de ſolo Ianuario hic agi, non item de Februario, docent inſequentia τὸν εἰρημένον μῆνα (non τοὺς εἰρημένους μῆνας) cum

admonitione de numero opinato V. et vero VII. nam si Februarii quoque hic habita esset ratio, de numero VI. et VIII. illo opinato, hoc vero, debuisset item admoneri.

287. 11. ἀνοίγοντα videtur a Stephano profectum esse. in Iuntina et Aldina legitur ἀνοίγουσα. ab iisdem absunt duo vocc. καὶ ἀνακαλύπτοντα. Mihi videtur locus hic ita esse legendus, amputatis praue scriptis et assutis, τῆς ἐαρινῆς ὥρας ἀνοιγούσης τοὺς βλαστοὺς τ. φ.

288. 6. ὁ ἔκτος] articulum de meo addidi.

8. δύο non legitur in Iunt. et Ald. vel, vt rectius dicam, in editionum superiorum omnium nulla.

290. 1. aut ἢ plane delendum, aut cum ἦν est mutandum.

291. 6. seruari posse videtur διαδεχομένης. vt tranquillitas maris procellam excipit, ita turbidos foedosque bellis Romuli dies alma pax regnante Numa excipiebat. aut si quid mutandum sit, malim siue in praesenti διαδιδομένης, aut in perfecto διαδεδομένης.

8. bene si habet λέγουσιν, necesse, est vt aliquid deficiat.

vlt. duo vocabula οὔτε στάσις e Iuntina et Ald. addidi.

292. 8. f. ἀφεῖναι, ἐν τοῖς περὶ Πολιτείας.

293. 3. f. βίον, ᾧ (sine ἐν) τὸ κάλλιστον ἅπασι βοηθεῖν τέλος ἐστί. cui propositus est finis praeclarissimus, omnibus auxiliari.

296. 1. οἱ πυρὶ] articulum de meo addidi.

297. 4. καὶ τάς γε περιττὰς καὶ ἀπόρους] sic partim arbitratu meo, emendaui h. l. qui in vulgatis sic prostat καὶ τάς τε περὶ τὰς ἀπόρους. praeterea in Iuntina legitur καὶ τοὺς ἀῤῥήτους.

7. κοινῷ reuocaui e Iuntina. nam in vulgatis, auctore libro Aldino, est καινῷ. recte contra dat Aldi exemplum ἀναξίων, pro vitioso Iuntinae ἀξίων. rursus versu penult. ambo libri, tam Aldi, quam Iuntae, vitiose dant simplex γενομένων, pro διαγεν.

298. 5. f. πρὸς δὲ τὴν σύγκλητον ἔνορκον φῆσαι cum iureiurando affirmasse, vel auctorem esse factum senatui.

penult. f. μείζων ὢν ὁ κατόπιν ἔπαινος. vt vocabula ὁ μετὰ τὴν τελευτὴν omittantur, velut scholium, adscriptum explicandi ergo ad vocem κατόπιν. aut sic erit leg. μείζων ὢν παρὰ τοῖς κατόπιν ὁ μετὰ τὴν τελευτὴν ἔπαινος.

299. 7. καὶ μάλιστα] non improbo. quod si tamen mutari necesse sit, malim καὶ καλλίστοις.

300. 8. μὲν abest a Iuntina.

301. 4. ἁρμονικοὶ reuocaui e Iuntina et Aldina. vt λύρας, non genitiuus in singulari, sed accusat. in plurali sit.

5. ἐπέτεινε τὴν περὶ Σπάρτην] sic arbitratu meo collocaui verba, quae vulgo sic posita leguntur ἐπέτ. περὶ τὴν Σπ. in τὴν subauditur λύραν. deinde in istis ὁ δὲ τῆς Ῥώμης reuocaui articulum e Iuntina et Aldina. vbi probe tenendum est, τῆς non cum proximo Ῥώμης debere copulari, sed ad id subaudiri voc. λύρας e praemissis. idemque esse ac si dixisset τῆς λύρας τῆς περὶ Ῥώμην, aut τῆς κατὰ Ῥώμην.

Ῥώμην. Romanae; lyrae melos impetuosum et contentum. nam alias, si articulus τῆς omittatur, conueniat magis τὴν σφοδρὰν legi, quam τὸ σφοδρόν.

301. 6. γὰρ vt inutile vncis inclusi.

302. 8. φήσαμεν est in Iunt. et Ald. vnde possit effici φήσαιμεν. quamquam vulgatum φήσομεν non improbo.

9. τιμῆς, ἐλευθέρους ἐν τοῖς Κρ.] sic de meo interpunxi et correxi. vulgo legitur τιμῆς ἐλευθέρας, ἐν τοῖς Κρ. non enim intelligo, qui sit *honor liber*, quasi honor alius *seruus* sit. pro ὅςγε proximo, quod ex Aldina caeterae recte receperunt, vitiose est in Iunt. ὅς τε.

303. 5. ὁμοίας dedi de meo, pro vulgari ἀνομοίας. sed vt sententia illud flagitat, ita facile perspicuum est vel leuiter attendenti, primam syllabam in ἀνομοίας, perperam iteratam esse e fine vocabuli οὖσαν. sententia haec est. nisi velimus statuere (id quod est adsurdum) ad finem consequendum vtrinque dissimilem, adminiculis vtrique opus fuisse paribus atque similibus.

8. aut ὥστε τὰς ὑπερβολὰς leg. videtur, aut τὰς οὖν ὑπ.

11. post ἡ τοῦ Νουμᾶ addendum est ἰδέα. nam alias genitiuus in numero singulari τῆς διατάξεως et τῆς διαιρέσεως stare non posset, sed dicendum fuisset τῶν διατάξεων καὶ τῶν διαιρέσεων — ἡ μὲν — ἡ δὲ —

14. si ἀποφαίνοντος accommodari debet (id quod faciendum videtur) insequentibus ἀποκαθαίρουσα et συνάγουσα, melius h. l. conveniat ἀποφαίνουσα.

304. 4. Iuntina dat ἐλευθερίοις, sed sola. Eadem versu 9. οὐκ omittit.

6. δεδομένη restitui e Iunt. et Ald. pro vulgari διδομένη, item versu 12. ἠμέλησε, pro vitioso vulg. ἐμέλησε.

7. διακονία] subaudi παραδέδοται παρ' ἡμῖν τοῖς δούλοις.

13. μηδέπω] Iuntina et Aldina vitiose dant μηδὲ, sine postremo syllaba.

14. οὔσης cur improbem causa sat grauis nulla est. malim tamen προσούσης. vt varietur oratio, insequente ὄντων.

305. 3. παρέσχε (in actiuo) dedi de meo, pro vulgari παρέσχετο (in medio.) facile paret postremam syllabam τὸ e vocabulo proximo τὸν adhaesisse vitiose. quod hoc luculentius apparet recogitanti, in Iuntina et Aldina sic legi. παρέσχετο. ἡ δὲ προσφάτου. Effice ex illo ἡ literam ν, et το e παρέσχετο ei adiunge, habebis veram lectionem παρέσχε. τὸν δὲ προσφ.

8. ἐμποιοῦντες ἀμφότεροι de meo dedi, pro vulgari ἐμποιούσης ἀμφοτέροις. iniicientes ambo [Lycurgus puta et Numa] viris, h. e. suis quique ciuibus, Spartanus Spartanis, Romanus Romanis, aequitatem illam, et quasi lentorem animi, in re vxoria, et in negotio quaerendorum atque alendorum liberorum, ab aemulatione abhorrentem.

305. 12. ἐκδόσθαι ἢ μετεκδόσθαι] non intelligo h. l. nisi si ἐκδόσθαι de alicuius sorore, filiaue, μετεκδόσθαι de propria ipsius vxore accipiendum est. An delenda sunt verba καὶ μετεκδόσθαι. An μετεκδόσθαι significat, quam tu prius vxorem habuisses, eam vbi alteri elocasses, rursus ab eodem eandem tibi pati denuo elocari et quasi reddi. Quod si probatur, significabit ἐκδόσθαι, non elocare, sed elocatam sibi in matrimonium accipere, domum ducere.

306. 3. ἢ] annon haec est ratio discernendi, vt dicatur, ταῦτα μὲν, hos posteriore loco dictos mores Spartanorum, esse acrem, fortem, indomitam, et meram, haud temeratam insensilitatem, perturbationum prorsus omnium nesciam, erga vxores, eaque omnia, quae plerosque solent exsternare, et incendiis veluti zelotypiae exurere.

4. f. πρὸς γαμετὰς καὶ πάντα τὰ ἐκταράττοντα.

5. ζῆν λύπαις καὶ] haec tria vocabula vncis inclusi, quae tollenda aio esse, vt vitiosam scriptionem, verioris ζηλοτυπίαις imitatricem.

ib. ἐκεῖνα redit ad mores Romanorum, qui solebant, quo amicis honeste gratificarentur, vxores dimittere et aliis in matrimonium elocare. Hanc appellat ἀτυφίαν, sobrietatem mentis, a levitate et stoliditate errorum vulgarium, temere susceptorum, vacantis; quae sobrietas, veluti pudibunda tamen, cum despondenda alteri vxore velum quasi quoddam ipsa sibi inducit, sub quo lateat, tum confitetur tamen, communionem eiusdem vxoris cum altero haud sibi tolerabilem esse: vel impetrare se a semet non posse, vt eandem vxorem pari iure cum alio quopiam participet.

307. 2. ἱστορεῦσιν restitui. testantur esse in sexum virilem lymphatas. *Kuttentoll.* nam vulgata lectio a Stephano inuecta, ἀνδρομανεῖς λοιδορεῦσιν, vereor ne minus graeca sit. pro εἰς ἀνδρομανίαν λοιδ. Plutarcho familiarem esse dictionem ἱστορεῖν, pro λέγειν, φάσκειν, μαρτυρεῖν, παραδιδόναι, docebunt indices.

6. συνανεγύμνου bene habet. idem est ac si dixisset σὺν τῷ βαδίζειν, vel σύναμα ἐν τῷ βαδ.

pen. νέοργος puella est, ἡ νέον ὀργῶσα iam primum incipiens prurire quasi et turgere, atque aestuare libidine, catullire. v. p. 309. 12. vbi virgines appellantur πέπειροι καὶ ὀργῶσαι.

309. 8. Iuntina et Aldina dant γεταvίαν.

vlt. φόβων (in plur.) de meo dedi pro vulgari φόβου.

310. 1. ἐπιφέρειν in Iunt. et Ald. est.

6. τὰ μὲν] subaudi γίγνεται, vel ἐπιτετήδευται. haec ita factitari, vel instituta esse.

7. ἐπιστασίαις] id est ἐν ἐπισ. quamquam praepositionem additam esse mallem.

311. 2. μόνον ἐκ φόβου του [enclitice, pro τινος] ἰδίου) ita dedi, partim de meo ἐκ addens, partim φόβου e Iuntina et Aldina restituens.

311. 7.

311. 7. aut ad πρῶτον addendum eſt tacita cogitatione μᾶλλον, aut eius loco leg. eſt πρότερον.

12. malim καὶ πρὸς σωτηρίαν et ad conſeruationem legum.

antep. malim ἐνέδευσε. ab ἐνδεύειν. nam alias dicendum fuiſſet inuerſe ἀνέδευσε τὰ ἤθη τῶν παίδων τοῖς νόμοις.

312. 2. καθαψαμένης] ſcil. τῶν πολιτῶν, οἱονεὶ ἐρίων τινῶν. quaſi haec Lycurgea legislatio Spartanorum animis ita inſediſſet, in eosque tam alte penetraſſet, vt tinctura quaedam meraca tenaxque ſolet in lanas deſcendere.

313. 5. malim ἐκγενέσθαι, licuiſſe.

9. πάντας οὕτω καλῶς συναγαγόμενον] ita de meo dedi. vulgatae dant πάντας, οὐκ ἄλλως, προσαγαγόμ. niſi quod pro poſtremo vocabulo in Iuntina et Aldina legitur συναγόμενον.

AD SOLONEM.

315. 9. νόμου, ὃν ἔγραψε] ſic dedi de meo. aptus eſt hic genitiuus νόμου e praemiſſa praepoſitione ἐκ. vulgatae dant, νόμον ἔγραψε. (ſine articulo poſtpoſitiuo.)

12. bene ſi habet vulgata, debet accipi pro ἐπὶ ταῦτα προκαλούμενος. quamquam vtique vellem ſic legi. nam vulgata admodum eſt dura.

317. ὡς καὶ ὁ Μασσαλίας] ſubaudi οἰκιστὴς e proximo. articulum de meo addidi. quemadmodum etiam Protus, Maſſiliae conditor, ob mercaturae ſtudium a Gallis adamatus fuit.

318. vlt. παίζων πως ἔοικε προσχρ.] ſic de meo dedi, pro vulgari παίζων, ὡς ἔοικε, προσχρ.

319. 11. Rectene habeat vulgata, et hoc ſignificet ἐκ τοῦ ἠθικοῦ τῆς φιλοσοφίας μέρους μάλιστα τὸ πολιτικὸν μέρος, an ſic potius leg. ſit φιλοσοφίας δὲ τὸ ἠθικὸν μάλιστα, καὶ τούτου δὲ μάλιστα τὸ πολιτικὸν, in dubio relinquam, an denique φιλοσοφίας δὲ τῆς ἠθικῆς μάλιστα τὴν πολιτικὴν aut τὸ πολιτικὸν [ſcil. μόριον.]

12. τότε deeſt etiam Iuntinae Aldinaeque.

321. 3. ἑκουσίων reuocaui e Iuntina et Aldina, pro vulgari ἑκουσίως. non quo hoc damnem, ſed quod iſtud quoque probari debeat. Nam profecto ἑκούσιος δωρούμενος idem eſt atque ἑκουσίως δ.

11. Iunt. et Ald. dant δεύτερον δ' ἐπὶ Μίλητον. eaedem verſu 16. εἶναι omittunt, vncis a me incluſum.

pen. malim in plurali συνουσίας τινάς.

323. 11. εἰ ἴδῃ τι] ſic dedi de meo, pro vulgari εἰ δή τι.

324. 3. προσαγόμενον] id eſt πρόσω ἀγόμενον. vlterius protractum, quam vellet, aut opinaretur. num deinde μᾶλλον καὶ μᾶλλον, vel etiam ἐπὶ μᾶλλον deſit, in dubio relinquam.

4. ὑποβαλεῖν (in aor. 2.) de meo dedi, pro vulgari ὑποβάλλειν.

6. Φήσαντος δὲ τἀνθρώπου] poſtremum hoc articulo auctum a me fuit, quem vulgatae omittentes merum dant ἀνθρώπου. φήσαντος ſufficit.

ſufficit. φάναι eſt affirmare. καὶ additum non ſolummodo neque augeret elegantiam, neque vim intenderet, ſed ne graecum quidem foret.

325. 3. conſilione Stephani, an operarum errore verba ſic collocata ſint, mihi haud conſtat. nulla quidem erat cauſa ab ordine, qui in Iuntina atque Aldina hic eſt ἐξισαμένην ὁρῶμεν ὑπὸ νόσων καὶ φαρμάκων, diſcedendi.

13. ἢ θεράποντες] ſic dedi, partim ipſe commentus, nam ἢ de meo penu addidi, partim e Iuntina reſtaurans, in qua recte θεράποντες legitur. Caeterae, Aldinam h. l. vitioſam ſecutae, dederunt θεραπεύοντες. tres nominat claſſes hominum. 1) ingenuos alienos. 2) tuos, ſed ſpurios. 3) ſeruos de familia tua.

vlt. τῇ φύσει] num τῇ φράσει. durioribus, atrocioribus verbis.

326. pen. poterant adhuc alia, praeter illa a Bryano propoſita, in medium afferri, vt e. c. γεγυμνάσθαι et πεπωρῶσθαι. quaſi calloſus, aut ad inſtar ſaxi durus fieri. ſed ſimpliciſſimum et certiſſimum id eſt, quod praetuli.

327. 1. vocabula ἐκ τῆς οἰκίας, hinc ablata, collocanda ſunt pone v. ἐξεπήδησεν, p. 328. 1.

328. 1. ἄφνω πιλίον περιθέμενος] Lectio haec eſt Aldina. Iuntina dat ἄφνω καὶ πιλίυ περ. vitioſe illa quidem ſine dubio, at poterat tamen ex ea ſaltim καὶ ſeruari.

329. 1. κελεύσοντα de meo dedi, in futuro, pro vulgari κελεύοντα in praeſ. neque officere, aut ſcrupulum iniicere debet hoc, quod προσποιούμενον praeceſſit. num hoc tantundem valet, atque ἐν τῷ vel ἅμα τῷ, vel διὰ τῦ προσποιεῖσθαι.

331. 5. τὰ δρώμενα] id eſt τὰ νῦν ἔτι δρώμενα κατὰ ῥητὴν ἡμέραν ἐν Σαλαμῖνι, κατ' ἐνιαυτῦς.

12. ἐπιμενόντων] ſubaudi aut τῇ νήσῳ, aut potius ex inſequentibus τῷ πολέμῳ.

332. 5. τῆς Ἀθήνησι πολ.] articulum de meo addidi, nec non paulo poſt τὸν verſu 8. in iſtis τὸν τῶν Φιλαϊδῶν.

11. ἐκεῖνοι] Megarenſes. αὐτοὶ] Athenienſes.

vlt. μεῖζον ἔτι τῦτυ] ſcil. λέγοντα, vel προφέροντα τὸν Σόλωνα ἐλέγξαι τῦς Μεγαρεῖς, vel ἰσχυρίσασθαι. quae tacite ſunt e praemiſſis ſubaudienda.

334. antep. malim ἐπεσφάγησαν. ſubaudi τοῖς βωμοῖς. aut τοῖς καταλευσθεῖσι. ſuper, vel poſt illos priores ſaxorum coniectu peremtos.

pen. αὐτῶν] Megaclis et ſi qui alii eius in rep. gerenda conſortes eſſent.

335. 1. ἀπὸ] malim μετὰ.

336. 4. vocabula περὶ τὰ θεῖα vt e ſcholio perperam ingeſta eoque amputanda vncis incluſi.

8. προϋπειργάσατο [ſcil. πρὸ τῆς αὐτῦ νομοθεσίας] de meo dedi, pro

pro vulgari προσυπειργ. quod hactenus ferri queat, si subaudiatur, πρὸς τὴν ἐκείνου νομοθεσίαν.

11. εὐθὺς suspectum mihi est. num εὐτελεῖς leg.?

337. 14. quamquam vulgata reprehensione caret, malim tamen πεπαυμένοι.

pen. f. στάσιν τὴν ὑπὲρ τ. π.

338. 5. f. τότε δὲ καὶ τῆς — ad illam vetustam de forma reip. gerendae concertationem accedebat tum adhuc alia de debitorum aere alieno.

8. In Iuntina legitur τυραννίδος καὶ γενομένης. vnde num licebit efficere τυραννίδος καινοτομουμένης?

11. melius conueniret λαβόντες in aor. 2.

pen. δουλεύσοντες (in futuro) dedi de meo, pro vulgari δουλεύοντες in praesenti. ἐπὶ τῇ ξένῃ seruo. subauditur δουλεύσοντες. seruituri. aut ibi, h. e. domi, in Attica, aut in solo peregrino. Sed tum πεπραμένοι sit leg. pro πιπρασκόμενοι. quamquam vel sine hoc vocabulo plena et rotunda est oratio, et mallem id voc. prorsus abesse.

339. 1. τὴν, quod pone διὰ in vulgatis legitur, expunxi, auctoritate Iuntinae atque Aldinae motus.

340. 3. δὲ abest a Iunt. et Ald.

5. ἀρέσκει (in indicatiuo) de meo dedi, pro vulgari ἀρέσκειν in infinitiuo.

8. οἱ προϊστάμενοι] subaudi a communi ἑκατέρων.

9. ἅψασθαι] scil. τοῦ πράγματος, vel τῆς ἐλπίδος.

11. τὴν ὑπὸ λόγου] subaudi γιγνομένην, aut γενησομένην. conuersionem rerum ab oratione atque lege efficiendam, vel exspectandam.

341. 1. γενομένην bene habet. ἂν additum aoristo secundo vim futuri induit. γενομένην ἂν idem valet atque γενησομένην.

3. τούτων δ' οὐδὲν] particulam aduersantem de meo addidi.

9. Versus hi vt nunc leguntur, sic in Aldina prostant. in Iuntina deest δὲ post τυραννίδος. tum versu 10. μιᾶναι legitur, quod verum esse arbitror. Quod si est, paret μιᾶναι et καταισχῦναι (nam hoc quoque tum infinitiuus erit pro participio) apta esse ex ἐφεισάμην. peperci patrii soli decus polluere et dedecorare: Sumto hoc age versus ad hunc modum constituamus.

> Εἰ δὲ γῆς ἐφεισάμην
> Πατρίδος (τυραννίδος γὰρ καὶ βίης ἀμειλίχου
> Οὐ καθηψάμην) μιᾶναι καὶ καταισχῦναι κλέος,
> Οὐδὲν αἰδοῦμαι ———

et sic de meo reformaui.

342. 2. malim ἀτυσθεὶς. mente perturbatus, consternatus. ab ἀτύζειν. vel ἀτασθεὶς. ab ἀτᾶν. ictus, percitus, corruptus, deprauatus mente. Pro ἔστασε dat Iuntina ἔπαυσε. vnde possit effici οὐκ ἐπῆρε.

ἐπῆρε. non ſurſum extulit rete. Sed μέγα, ſiue hoc, ſiue aliud praeferas, ſemper eſt omittendum, vt officiens metro.

343. 1. ſic lege θυμῷ δ' οὐχ ὅλως ἁμαρτῶν — Ἤθελεν ἂν ῥᾷστα κρατήσας. Mente autem ſi non prorſus coecutiſſet, neque a recta ratione aberraſſet, nullus dubitaſſet, victoria facillima potitus opibuſque ampliſſimis, atque tyrannide gauiſus apud Athenienſes, vel breuiſſima, et in vnum modo diem, et ipſe excoriari, et prolem omnem ſuam habere funditus eradicatam. καὶ φρενῶν h. l. idem valet atque καὶ οὐ φρενῶν. nam particula infitians a communi tacite repetenda eſt e praemiſſo οὐχ ἁμαρτὼν, quod ſi tamen malis κοὐ φρενῶν legi, haud intercedam. Poſſit quoque ſic legi Θυμῷ δ' ἄλλος οὐχ ἁμαρτὼν. Alius aliquis, homo non plane demens, nil interceſſiſſet, quo minus vel excoriaretur — Num etiam τυραννεύειν dicatur, vt τυραννεῖν, eo pacto, quo a δοῦλος fit δουλεύειν, h. e. num τυραννεύσας rectum ſit, an τυραννήσας ſit leg. quorum hoc vtique vſitatius eſt, in medio relinquam.

4. αὐτὸς e Iuntina reuocaui. Paret enim hominem ipſum, tyrannum, ſeu tyrannidis cupidum, opponi ipſius proſapiae. vitioſum ἀσκὸς, ſpecie tamen praeclara blandiens, Muſurus inuexit.

9. ἄριστον bene ſe habere, docent inſequentia. qua medicina conſultiſſimum atque ſaluberrimum fuerat hoc malum ſanari, ea cunctatus eſt, vel veritus vti; praeuidens negatum ſibi fore eam applicare, vel in vſum vocare. Aliis verbis, medicinam omnium maxime neceſſariam, quia praeuidebat Athenienſes aſpernaturos, ideo ne auſus quidem fuit tentare.

10. poſt καινοτομίαν videtur ἀπεκινδύνευσε vel tale quid deeſſe. neque nouationem rerum vllam auſus eſt.

344. pen. καὶ τοῦ νομίσματος [ſubaudi ἐπαύξησιν] ἐς τιμήν. et monetae exaggerationem, ratione valoris. Augetur enim moneta alias valore, manente eadem mole atque pondere eodem; alias mole et pondere manente eodem valore.

345. 1. E. c. ſi quis 10 minas olim debuiſſet iam reddendas, reddebat numero quidem totidem, at reapſe 270 drachmas, hoc eſt quatuor propemodum minas lucrabatur, hoc minus reddens, poſteaquam valor minae a 73 ad 100 ſublatus eſſet.

347. 10. εἶχε] malim ἔχων.

348. 4. δήιοι in nominatiuo plur. dedi de meo. tuentur torvum, velut hoſtes. λοξὸν aequipollet aduerbio λοξῶς. Non ſubauditur με. ſed πρός με. quaſi dixiſſet ὁρῶσι πρὸς ἐμὲ λοξόν τι, καθάπερ οἱ πολέμιοι λοξὰ ὁρῶσι πρὸς τοὺς πολεμίους.

6. δῆμον] malim θυμὸν. impetum animi ſui non repreſſiſſet.

7. πῖον e Iuntina reuocaui, pro vulgari πῖαρ, quod ex Aldina promanauit. πῖον eſt neutrum, a maſculino et foeminino πίων. *pinguis.*

9. idem eſt ac ſi dixiſſet ἔθυσαν θυσίαν κοινὴν, σεισάχθειαν αὐτὴν ὀνομά-

ἐνομάσαντες. Sed difcedunt h. l. Iuntina atque Aldina a vulgatis, exhibentes σεισάχθειαν αὐτὴν θυσίαν. vnde colligo Plutarchum dediffe σεισάχθειαν καὶ αὐτὴν ταύτην τὴν θυσίαν. ipfum quoque hoc facrificium appellabant σεισάχθειαν, eodem ipfo nomine, quo Solon hanc fuam tabularum renouationem appellarat.

349. 6. ἔλαβε] fcil. ὅρῳ, vel μέτρῳ. modo, vel terminis certis concepit, conclufit, definiuit.

vlt. malim τετρακόσια.

350. I. f. τούτους ἱππεῖς, ὡς εἰς ἱππάδα τελοῦντας, ἐκάλουν. hos appellabant equites, vt ordini equeftri accenfos.

351. 4. ἀεικὲς fi pro aduerbio ἀεικῶς hic eft vfurpatum, et ἔχειν pro εἶναι, tum bene habebit τοῖς in datiuo. caui, his quoque ne quid fecius eueniret; ne male effet. Sin autem ἔχειν folito modo *habere* fignificat, et ἀεικὲς adiectiuum eft, *infuaue, aduerfum, moleftum*, leg. erit τοὺς in accufatiuo. profpexi, ne quid mali hi haberent.

8. λαχεῖν δίκην, quod Salmafius, aliud agens, re non fatis penfitata, feftinans in chartas proiecerat, ab hoc loco alieniffimum eft, et cum Plutarchi fententia pugnat aduerfa fronte. λαχεῖν τινι δίκην eft cum aliquo iure contendere. Ergone ad rem facit, Solonem vnicuique veniam feciffe cum vnoquoque litigandi? Voluit enim vero Plutarchus aequitatem et fapientiam Solonis hoc documento teftatam facere, quod Solo cuique liberum feciffet, tuendi et vindicandi oppreffum quemque, et ius ei ereptum aut denegatum recuperandi. id quod eft λαβεῖν τῷ ἀδικουμένῳ δίκην. contendere, vt vim paffo ab eo fatisfiat, qui vim obtuliffet. Salmafii fcripta qui triuerunt, hi auctores funt, magnum virum haud raro fic effe halucinatum. quae fuo loco fita quieta relinquere, et tacita praeterire decebat aequum et cautum editorem.

12. probo rationem Anonymi. poffit tamen haec quoque lectio haud aliena videri. ὥσπερ ἑνὸς μέρους [vel μέλους] ἀλγοῦντος τὸ πᾶν [vel τὸ ὅλον] σῶμα συναισθάνεσθαι.

352. 10. φυλακὴν dant Iunt. et Ald. vnde nefcio an effici oporteat φύλακα εἶναι.

353. 5. ὑπὸ τῶν βασιλέων] imo vero ἢ τοῦ βασιλέως. aut a rege facrorum condemnati. φόνοι funt caedes hominum fingularium. σφαγαὶ cum in tumultu plures occiduntur. φεύγειν ἐπὶ σφαγαῖσι fignificat exfulare ob concitatum tumultum, per quem ciuium complures perierunt. Argumentatio Plutarchi hoc e loco legis nulla videtur effe, quae cum iis, quae Plutarchus paulo ante tradidit de fenatu Areopagitarum et Prytanum a Solone primo inftituto, bene conftare poteft. Diligenter difcernere par eft annum eum, quo Solon Archon fuit, ab eo tempore, quo lex haec fcripta et in Axonas infculpta fuit, in iifque publice fixa. Tempus hoc fixarum legum ab initio eius anni, quo Solon Ar-

 chontis

chontis honorem geſſit, haud paulo videtur eſſe poſterius. Interea temporis, hoc eſt anno Solonis ipſo, aut alio quopiam, qui archonatu Solonis poſterior, verumtamen fixione legum antiquior fuit, inſtituti ſunt iſti duo ſenatus. Aut alias etiam Prytanes aetate Draconis iam fuiſſent, quos Plutarchus paulo ante dixit a Solone conſtitutos.

353. 7. πάλιν hic non ſignificat αὖθις, *iterum, denuo*, ſed *contra*, ἔμπαλιν, ἐναντίως τοῖς ἄρτι ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις.

pen. forte τινες γὰρ ἦσαν ἂν οἱ — quamquam ἂν ſaepe omittitur.

354. 3. κρίνουσιν] aut ἔκρινον eſt leg. quas tum iudicabant — cum haec lex ferretur, aut ſi ſaluum illud eſt, addendum eſt καὶ τότε ἔκρινον poſt vocabulum πρυτάνεις, vt ſententia ſit: et hodie iudicant, et tum iudicabant, cum lex illa ferretur.

6. malim ταῦτα μὲν οὖν ἕκαστος αὐτὸς ἐπισκοπείτω. haec vnusquiſque ipſe ſecum contemplator.

356. 6. ταῖς διαφοραῖς] id eſt διὰ τῶν διαφορῶν. ad ἀπογραφῆναι ſubauditur ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς τὴν γυναῖκα.

pen. οὐ δοτέον] num οὐδ' ἰστέον, vel οὐδ' ἀκουστέον. in ciuitatibus liberis par eſt ne audiri quidem nomen talis morum perturbationis. colligit ſic. Rerum haec peruerſio naturae repugnans, ſi Dionyſio adeo viſa fuit tam foeda, vt eam improbaret, qui tyrannus fuit, nihil non iuris in leges ſibi arrogans; quanto magis conuenit tantam foeditatem a liberis ciuitatibus exſulare. Aut ſi ſeruandum videtur δοτέον, et profecto ſolet Plutarchus verbum διδόναι pro ἐᾷν, συγχωρεῖν vſurpare, vt Tom. IV. p. 6. 1. δοτέον ἡμῖν, pro συγχωρητέον, erit tum addendus aliquis infinitiuus deficiens, e. c. ἐννεοσσεύειν, aut ἐμπεριστρέφεσθαι, aut ἐνεπιπολάζειν, aut talis aliquis alius. committendum non eſt, vt niduletur, aut inualeſcat, increbeſcat haec perturbatio in liberis ciuitatibus.

3. f. ὑπ' ἀσυνουσίας a denegata coëundi copia; quod negatum ei eſſet vires in congreſſibus nocturnis exhaurire, e quiete Veneris.

8. περὶ τούτων] ſcil. ἱκανὰ ἔστω. aut νῦν ἐμοὶ εἰρήσθω.

vlt. τῶν οὐχ ὑπαρχόντων] ſcil. τῶν λοιδοριῶν, aut τῶν ἀδικιῶν. ſeſe abſtinere ab inſectatione eorum, qui laedendi, aut conuitiandi principes non fuerunt. initium iurgii non fecerunt.

358. 9. poſt οὐκ ἐξῆν deeſt διαθέσθαι.

15. εἰ μὴ] ſcil. τις διέθετο καὶ ἄλλῳ τινὶ τὰ ἑαυτοῦ ἐδωρήσατο. De verbis legis ad Demoſthenem plura dicam. Interim auctor ero ſic legi εἰ μὴ νοσῶν, ἢ φαρμακῶν, (ambo ſunt participia) ἢ δεσμῶν. ἢ ἄλλῃ ἀνάγκῃ etc. aeger, aut a pharmacis furioſus factus, aut cuſtodiae neceſſitate, aliaue quapiam, conſtrictus.

359. 1. δυναμένην de meo dedi, pro vulgari δυναμένων, referens ad ἀπάτην et ἡδονήν.

359. 5. πλείονος, ἢ ὀβολῦ] ſubaudi ἄξιον. Bene ſi habet φερομένην, vſurpauit h. l. Plutarchus pro ἐπιφερομ. ſecum ferentem.

10. συντιθέναι] vna cum defuncto deponere in ſarcophago vel in monumento.

pen. reuocaui e vetuſtis cdd. probam lectionem et exquiſitam dictionem. cui H. Stephanus, tacito auctore, ſed neſcio an ipſe ſit, π. τ. πένθη ſuffecerat. τὰ γένη idem eſt atque οἱ συγγενεῖς. vt ſi latine dicas *neceſſitudines* pro *neceſſariis*.

360 8. ad leges ſenarii ſi redigere verſum velis Euripideum, poſſis ita legere πολλοῖς τε πολλὴν, δὶς τόσοις τε πλείονα.

11. περικεχυμένῳ e Iunt. et Ald. reſtitui pro vulgari περικεχυμένον. Conſtruebat nempe Stephanus, qui lectionis huius autor eſſe videtur, hunc accuſatiuum cum Λυκούργῳ κεκλημένῳ. non male hactenus; at oblitus fuerat idem, huic mutationi etiam εἱλωτικῦ πλήθυς accommodare, et εἱλωτικὸν πλῆθος reſcribere, id quod factu ei erat neceſſarium.

361. 6. ὁ γὰρ] particula γὰρ prodit, aliquid deeſſe. *Eſt illud paulo ſeuerius,* — paulo ante dixerat. Iam debebat ſubiungere ὁ μέντοι ἀπεικὸς vel ſimile quid. *non tamen abhorret.* Iam recte ſequetur. *Nam contemtor honeſti in re vxoria* —

7. durum eſt, cum ſcorto victitantem dici ἄγεσθαι γυναῖκα, domum ducere matremfamilias. neque tamen emendatione mollienda haec durities aliterue ſcripſiſſe videtur Plutarchus, quam vulgo legimus. facile poſſis ita comminiſci legendum eſſe ᾧ οὐ τέκνων ἕνεκα δῆλός ἐςιν, ἀλλ᾽ ὑφ᾽ ἡδονῆς, ἀγόμενος πρὸς γυναῖκα. quo prodit, ſe non ſtudio liberorum quaerendorum, ſed ſuae oblectationis ergo, ad conſuetudinem cum muliere duci. Satius tamen videtur eſſe, vt dictio ἄγεσθαι γυναῖκα, quae alias, quod ſciam, nunquam aliter vſurpatur, quam pro domum ducendo matrem familias legitimo coniugii modo, hic vniuerſe ſignificet, cum muliere quacunque, vulgari adeo et meretrice, conſueſcere.

antepen. λέγων (in participio) dedi de meo, pro vulgari λέγω (in indicatiuo) redit enim ad ἐπέταξε Σόλων. Plutarchus v. πωλῦνται aliter interpretatur atque Demoſthenes.

vlt. λάβῃ] pater puta. niſi ſi pater cognorit, certior factus fuerit a marito ſuae filiae, eam in primo congreſſu virginem non eſſe deprehenſam.

362. 3. πρόςιμος ζημία ea poena vel mulcta eſt, quae non toleratur corpore, ſed luitur aere. ἡ γίγνεται πρὸς τιμὴν ἀργυρίυ.

13. πολλαπλασίας] ſubaudi τῶν εὐτελῶν ἱερείων. nam tametſi credibile eſt, quae Solon pretia praeſcribit victimarum eximiarum, ea pretia multis modis luculentiora fuiſſe pretiis victimarum vilium; tamen illa ipſa tum ingentia pretia ſordeſcunt et vileſcunt ad pretia rebus hodie ſtatuta.

363. 2. pro lectione vulgari τελέοντας, a Stephano ſubiecta, reuo-

reuocaui lectionem Iuntinae atque Aldinae γεδέοντας, in qua inessent vestigia vocabulorum γῆν δαίοντας. quod si est, γεδέοντες in vetusta lingua prorsus idem significauit, atque γεωμόροι in recentiore.

363. 4. πρὸς ὕδωρ] id est πρὸς ὑδρείαν, πρὸς χρείαν ὑδάτων. quoniam neque riui perennes, neque lacus, neque fontes, aquarum vitae degendae necessariarum copias praebent satis vberes.

364. 4. ἐντὸς ἱππικȣ] subaudi δρόμȣ. nisi potius ςαδίȣ subaudiendum est, quia in continenti dicit τὸ ἱππικόν. Vtuntur Arabes quoque hoc cursus modo, saepe apud Ibn Arabschah in vita Timuri vsurpatur شوط الفرس.

antepen. idem est ac si sic dixisset, aliquanto planius. ἀφιςάμενος ἀπὸ τȣ̃ ἀλλοτρίȣ μῆκος τοσȣ̃τον, ὅσον ᾖ τὸ βάθος, ὃ ἐμβάλλῃ [hoc est ἐμποιῇ] τῷ ὀρύγματι.

365. 13. ἐπ' ἀειφυγίᾳ dedi de meo. vulgatae carent praepositione.

366. 1. proposita spe de communicanda vel participanda certa et perpetua ciuitate. quo possint securi esse, neminem vnquam fore, qui datam semel ciuitatem rursus adimat.

10. f. ἐν πλαισίοις tabulis ligneis formae quadratae, περὶ ἥλȣς ςρεφομένȣς. qui conuerti, in orbem circumagi possent circa clauos item ligneos.

pen. οἷσι νῦν] fort. ἂν τανῦν. vt ὧν construatur cum τοῖς κύρβεσι. quorum cyrbibus nunc milium torrent.

367. 1. f. περιείχοντο. verumtamen quia leges Solonis, si non in tabulis illis primigeniis, attamen in collectionibus calamo exaratis aetate Plutarchi adhuc supererant, potest fieri, vt Plutarchus hos scriptos codices in mente habens, praesenti tempore vsus, dixerit περιέχονται.

5. ἀνδριάντα] subaudi ἑαυτȣ̃. ni fallor. et sic quoque ad ἰσομέτρητον, subaudi ἑαυτῷ. verum impossibilia flagitare si perinde stultum est atque condicere, quis non rideat et exigentis et pollicentis stultitiam, tanta auri pondera, ista aetate, cuius penuriam aeris modo notarat Plutarchus?

vlt. τὰς δ' ἀπ' εἰκάδος] scil. ἡμέρας μέχρι τέλȣς τȣ̃ μηνός. cohaeret hic accusatiuus, non cum προσιθεὶς, sed cum ἠρίθμησεν. Ad προσιθεὶς subaudi ἀριθμὸν μείζονα, vel idem est προσιθεὶς atque αὔξων τὸν ἀριθμόν.

368. 2. ἑώρα] scilicet ȣ̓ προσιθέντα τι πρὸς τὸ ἑαυτῶν μέγεθος, ἀλλ' ἀφαιρȣ̃ντα τȣ̃ μεγέθȣς, καὶ ἀναλύοντα αὐτό.

9. num καὶ τὸ πράττειν ἄτοπον, καὶ τὸ μὴ πράττειν ἐπίφθονον. Ipsum suimet agere interpretem Solonem, erat ἄτοπον abhorrens, negatum, ob enormitatem laboris infiniti et inexantlabilis. Stultus vtique sit vel conans modo atque inchoans facta negata. contra denegare hanc ciuibus operam, necessariam quidem illam, rogan.

rogantibus aequa et debita, erat ἐπίφθονον inuidiam contrahebat, malam famam, odia.

369. 2. ſi πρότερον ſeruandum cenſebimus, leg. erit, ὡς καὶ πρότερον Λυκοῦργος, ᾗ αὐτός φησι. quemadmodum Lycurgus quoque ante eum fecerat, vt eius verbis vtar, Nili apud oſtia. Aut verba ſic erunt ordinanda. καὶ διέτριψε πρότερον, ὡς καὶ αὐτός φησι. venit in Aegyptum, et commoratus eſt prius, (vt eius verbis vtar —) Prius nempe in Aegypto infima, quam altius adſcenderet, ad Heliopolin et Sain, quae ſunt Aegypti ſuperioris oppida.

5. ἱερῶν vitioſe dant Iunt. et Ald.

370. 5. Σόλοι eſt nomen oppidi, et recte habet h. l. Σόλιοι autem, paulo poſt verſu 8. dicti, ſunt incolae huius oppidi.

9. καὶ γένος ὑμέτερον] ſubaudi a communi ναίοι πολὺν χρόνον ἀνάσσον Σολίοισι. Verum attentius conſideranti conſtructionem, paret, τε, quod in vulgatis pone τὴν legitur, non ſuo loco ſtare. Nam ſi ſtet, haec exiſtat ſententia ναίοις τήν τε πόλιν καὶ τὸ γένος. et tum γένος ſit, non nominatiuus, ſed accuſatiuus. Ecquae autem haec ſit ſententia. Habites tu vrbemque prolemque tuam! τε neceſſario copulandum erat cum σύ. σύ τε ναίοις, et tum καὶ τὸ σὸν γένος ναίοι. Praeterea tenendum, hoc τε in vetuſtis editionibus non legi, ſed a Stephano, clam, tacito auctore, ingeſtum eſſe, ad fulciendam credo metri ruinam. verum non ſentiebat ille, hoc facto conſtructionem omnem perturbari. quare leg. τὴν πόλιν εὖ ναίοις.

371. 13. ἔχειν bene ſi habet, addendum erit, aut ἡ Ἀσία, aut ἡ τρυφή. mihi vero potius in eo latere videtur ἐκείνοις. quicquid illis, Lydis puta, viſum eſſet, ad mundum et ſplendorem eſſe eximium.

372. 2. ἤρκει γὰρ αὐτὸς] Croeſus puta. Sententia haec eſt. Soloni, qui mores et ingenium Croeſi ſpectatum veniſſet, nil opus fuiſſet ad eam rem, Croeſi theſauros referari atque demonſtrari. Croeſus vel ſolus poterat animi ſui documentum Soloni praebere, callenti animorum ſpectatori.

5. ἑαυτοῦ μακαριώτερον dant Iunt. et Ald.

9. duo vocabula τῶν ἀναγκαίων deſunt iiſdem.

12. malim δημοτικὸν ἰδιώτου βίον. plebeium viuendique atque moriendi modum hominis priuati.

373. 8. ὤφθησαν bene habet. id eſt εὑρέθησαν.

12. ἔχειν ἃ ὁ θεὸς vitioſe dant Iunt. et Ald. Ego legi malim ἔδωκε, καὶ δὴ καὶ σοφίας.

antep. παντοπαῖς legitur in I. et Ald. vnde poterat etiam παντοίαις effici.

374. 1. poſt εἰς τέλος videtur παραμένουσαν deeſſe.

375. 14. num pro τἀγαθὸν leg. eſt τἀγαθὰ in plurali, an ſic leg. δόξα τις ἀγαθῶν.

375. vlt.

375. vlt. ἐκέλευε in imperfecto reuocaui e Iunt. et Ald. pro vulgari ἐκέλευσε. in aoristo.

377. 3. εἶχεν] Pisistratus nempe.

378. 1. f. ἔτι δὲ μᾶλλον.

382. 9. f. ὃν δὴ ἤκουσε.

383. 11. f. ἐν πολλοῖς καὶ καλοῖς. subaudi ἔργοις.

AD POPLICOLAM.

385. 10. aut delendum est καὶ, nam hic incipit apodosis sententiae ab ἐπεὶ versu 5. inchoatae, aut, si seruatur, non pro *et*, sed pro *etiam* accipiendum erit. *ita Brutus quoque.*

11. aut delenda videntur ista vocabula τῆς μεταβολῆς. nam sufficere possunt τῶν πραγμάτων. tum ἅπτεσθαι τῆς μεταβολῆς non dicitur, sed ἔχεσθαι. aut, si seruantur, leg. erit ἁπτόμενος τῶν πραγμάτων, κοινωνήσοντα τῆς μεταβολῆς ἐπὶ πρῶτον. vt verba modo sint traiecta, pro ἐπὶ πρῶτον τῆς μεταβολῆς κοινωνήσοντα ἦλθεν.

386. 4. Iam dubito, sitne lectio Iuntinae μετὰ τὸν Βροῦτον vitiosa; videtur potius vulgatae etiam praestare. *secundum Brutum*, cui primae partes sine dubio debebantur.

387. 9. malim διαφθερεῖν in futuro.

389. 5. τὸν Ἀκυλίων etc.] sic dedi de meo, pro vulgari τῶν Ακ. τρ. ἔχοντας β. κ. δ. τῶν Οὐιτ. Vocabulum βουλευτὰς h. l. non pro senatoribus habeo, sed pro factionis sociis. ob insequens οὗτοι πάντες ἦσαν. βουλεύειν facinus, pro consiliis id agitare, satis vsitatum est.

390. 3. post πρὸς τοὺς πονηροὺς videtur deesse μῖσος.

vlt. videtur ὑπέστη defendi posse, substitit, restitit, remansit; ποιησάμενος πρὸ ἑαυτοῦ λάρνακα κειμένην [subaudi ἐκεῖ] cum sibi praetendisset arcam ibi sitam, h. e. postquam pone eam se abscondisset. Vel etiam potest sic construi λάρνακα ὑπέστη stabat, collocabat sese pone arcam, ποιησάμενος αὐτὴν πρὸ ἑαυτοῦ, pro tegumento vel propugnaculo sibi obductam.

391. pen. post τοῦ ἀνδρὸς videtur τρόποις deesse.

392. 9. literas designat a Tarquinio ad coniuratos missos. v. p. 393. 2. sed cur eae literae ad palatium regium delatae fuerint, cum legati Tarquinii hospitio Aquiliorum vterentur, id quod p. 391. 5. affirmatum est, non intelligo.

13. προσδοκήσαντες] illum affuturum ad literas aufferendum a coniuratis ad Tarquinium scriptas.

16. περὶ τὰς θύρας] domus Aquiliorum puta.

393. 6. τῆς οἰκίας] Valerii Poplicolae puta.

13. τοῖν υἱοῖν de meo dedi, pro vulgari τὸν υἱόν.

395. 12. malim ἐγκαταμεμιγμένον.

antepen. προστριψαμένους de meo dedi, vt ad τοὺς προδότας redeat. nam hi, Aquilii, Bruto necessitatem in capita liberorum saeuiendi admouerant, non Collatinus; cui iniuriam facit vulgata, προστριψάμενος dans.

397. 9.

397. 9. f. πεδίῳ, ὃ τὸ ἥδιστον. campi Martii quam partem Tarquinius possederat iucundissimam, vel eam quoque diis consecrabant.

vlt. ἀλλ' ὅπου] perfectio sententiae hic occoeptae habetur in illis versu 10. p. 398. τοῦτο νῦν νῆσός ἐστι. Pro συνενεχθέντα si quid aliud sufficiendum sit, quod nego esse, conueniat συνενσχεθέντα.

398. 8. αὐτῷ bene si habet, referendum erit ad modo praemissum εἰς ταυτό. Hoc ταυτὸ conspissatum, haec moles conglobata, ipsa sibi nouam molem adsciscebat, acquirebat.

vlt. Cur autem Romani fruges et arbores eius fundi in Tiberim coniecissent, qui fundus ei dono datus esset a virgine Vestali, quam Populus Romanus ob hoc donum tam inusitatis honoribus prosecutus dicitur esse?

400. 5. ἐπαιρομένους] scil. ad leuitatem et temeritatem questuum de Valerio, ad praecipitationem iudicii de magnitudine cladis suae, et mediocritate cladis hostibus illatae.

6. num καὶ ἀπαραμίλλητος. id est ὁ παρ' αὐτοῖς γενόμενος φόνος [id est ὁ ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς φονευθέντων] οὕτως ἦν μέγας, ὥστε μὴ δύνασθαι ἁμιλλᾶσθαι, id est παραβάλλειν πρὸς τὸ πλῆθος τῶν παρὰ τοῖς πολεμίοις νεκρῶν.

15. malim ἀπ' αὐτοῦ. id est μετὰ τὸ φθέγξασθαι τοῦτο τὸ θεῖον. statim ab illa voce audita.

401. 12. malim καὶ λόγον, [scil. ἀπεδέξαντο] orationem probabant Valerii, ὃν ἐπ' αὐτῷ διεξῆλθεν — quam super eo [Bruto puta] habuit [Valerius] funebrem; quae oratio ita placuit, vt —

antep. τοῦτο] scil. τὸ ἐγκωμιάζεσθαι τοὺς ἀγαθοὺς τελευτήσαντας.

402. 10. fuit ergo Valerii domus amplior domo regia Tarquinii. Quam putas amplam fuisse istam regiam, si Valerius domum suam vna nocte solo aequauit.

11. ὑπὲρ de meo dedi, pro vulgari ὑπό.

403. 7. f. ἄχθεσθαι δὲ τῇ ἀπωλείᾳ τῆς οἰκίας.

9. f. τοῦ δ' ἄρχοντος οἶκον ἔχειν, ὥσπερ —

404. 3. μέγα ποιῶν de meo dedi, pro vulgari μεταποιῶν.

antep. τὸν γενησόμενον [scil. collegam consulatus] in masculino, dedi de meo, pro vulgari τὸ γεν.

405. 10. ᾧ] malim ὧν. quibus a pauperibus abstulit vectigalia reliquis a ciuibus praestanda.

406. 6. f. ἐν ἑνὶ τὸ μέτριον τῆς τιμωρίας ὑπερέβαινε. in vno crimine modum poenae excessit.

7. κτεῖναι τὸν βουλόμενον] lectionem hanc e Iunt. et Ald. reuocaui, exterminato διδόντα, quod vulgares pone κτεῖναι ingerunt, natum e scholio. subauditur ad illum infinitiuum, vt saepissime alias, δεῖν, vel ἐξεῖναι. Etiam talia, διδόντα, λέγοντα, κελεύοντα in similibus locis omitti solent.

11. rursus τὸν de meo dedi pro vulgari τό.

407. 5.

407. 5. μυριάδες in nominatiuo de meo dedi, pro vulg. μυριάδας (in accuſ.) ἀπογράφομαι eſt cenſum meum apud cenſorem edo. *es lieſſen ſich aufſchreiben* —

antep. ἄλλως eſt temere, fortuito, neſcio qui, haud conſtat quo pacto, vel qua de cauſa.

408. 1. ex ἐμβαλλόντων, quod eſt in vulgatis, detraxi alterum λ arbitratu meo.

10. τοσῦτον reuocaui e Iunt. et Ald. vulgatae ſic dant. ἀπεκρίναντο· τῦτο Ταρκ.

11. προσήκει, in indicatiuo, e Iuntina praetuli lectioni Aldinae et vulgatarum προσήκειν.

12. malim σπυδὴν τὴν εἰωθυῖαν cum articulo.

pen. f. ἀλλ' ἥρπαστο, ἀπήγαγον αὐτὸν ἐνδόντα τῇ ῥύμῃ auferebant equi aurigam neceſſario parentem atque cedentem rapiditati equorum.

410. 5. poſt κλήρῳ videtur ἐπιτρεψάντων deeſſe.

411. 5. malim ἐν καιρῷ ὕτω βραχεῖ.

14. f. τὸν τρίτον τῇ αὐτῇ πρός τε τἆλλα καὶ τῦτον [ſcil. τὸν τρίτον ναὸν] χρησ. qua vſus eſt proſperitate aliis in rebus, eadem in hoc quoque tertio templo vſus.

pen. ἐκεῖνον redit ad Sullam, vt τῦτον ad Veſpaſianum.

vlt. f. καθιερώσεως.

412. 5. τῦτυ —] ſic, vt nunc iacet, de meo dedi, pro vulgari πλῦτον ἐκλογισθέντας τὸ τῆς χρ. Conſtructio paullo conturbatiorum verborum haec eſt λέγεται τὸν μέγιςον πλῦτον τῶν ἰδιωτικῶν πλύτων ἐν Ῥώμῃ εἰ λογίζοιτο, μὴ τελέσαι [id eſt ἀρκέσαι ἂν συντελεῖν] εἰς μόνον ἀνάλωμα τὸ τῆς χρυσώσεως τῦ νῦν ὄντος ναῦ Καπιτωλίνυ. ſi ad computum vel calculum reuocentur opes vel maximae priuati cuiusquam hominis, eorum vnius, qui Romae ſint, non videri ſuffecturas vel ad ſolam inaurationem huius templi Capitolini, quod nunc ſupereſt, numero quartum. ἐκλογισθέντα in ſingulari e Iuntina et Ald. reuocaui.

11. ἀναξυσθέντες videtur canaliculati, vel cannulati. *ausgekehlet.*

413. 1. βασιλικὴν] videtur eſſe eiuſmodi genus aedificii, quod nominare ſolemus *Pavillon*, vt in hortis.

2. aut τὸ λεγόμενον ὑπ' Ἐπιχάρμυ, aut τὸ λ. παρ' Ἐπιχάρμῳ, aut denique τὸ λ. πρὸς τὸν Ἐπιχάρμυ ἄσωτον.

6. κατοικοδομῶν] ſcil. τὰ Ῥώμης καὶ τὰ τῆς οἰκυμένης χρήματα. gaudes in aedificiorum incredibili ſumtuoſitate Romae atque orbis terrarum opes prodigere.

414. 5. in Bodleiano dicitur ἀπὸ fuiſſe, loco ἀπών. vnde colligo libros Plutarchi nonnullos olim exhibuiſſe ἀποδημῶν. quae lectio mihi non videtur contemnenda. *verſans extra Vrbem.*

414. 7.

414. 7. πρῶτον] et tum copiis quoque, et artibus atque forte belli.

11. τὸ Κόκλιος] subaudi ὄνομα. Pro aduerbiali habeo ἐπωνυμίαν. loco cognominis. vt δωρεάν.

vlt. ἐκράτησαν, in plurali, tenendum esse docent praemissi nominatiui huius numeri οἱ πολλοὶ βουλόμενοι. homines vulgares obtinuerunt, peruicerunt, vt pro Cyclope Cocles appellaretur, in crebritate vsus delabente lingua ad hanc deprauationem.

416. antep. ὑπεξῆλθε bene si habet, erit sic accipiendum: clam Porsennam, eo inscio, furtim quasi exiit Vrbe aduersus Tyrrhenos. malim tamen ἐπεξῆλθε.

418. 2. τὸν φόβον τοῦ Πορσέννα] id est τὸν ἀπὸ τοῦ Π. terrorem et metum atrocissimorum cruciatuum, quos praeuidisset ab eo, aut eius caussa, sibi fore tolerandos. Sententia est. quamquam antea terrorem maiestatis Porsennae, poenarum ab eo exspectandarum, mortis atque tormentorum contemsisset --

6. καὶ ex more dicendi Plutarcheo non redundat, quamquam alius probatae Graecitatis studiosus id omisisset. λαχὼν προεπιχειρήσας idem est, atque προεπ. διὰ τὸ λαχεῖν κλήρῳ. qui primus omnium hoc facinus ideo sum ausus, quia primus a sorte sum ei peragendo deputatus.

419. 8. idem est ac si dixisset, pinguius, at aliquanto planius. ἐξισαμένοις τῆς χώρας, ἣν ἀπετέμοντο ἀπὸ τῆς Τυῤῥηνίδος.

12. καὶ ἡ] prius horum duum vocc. e Iuntina et Aldina addidi, posterius de meo.

420. 13. pro ὅμως malim aut προθύμως aut συντόνως aut tale quod aliud aduerbium.

421. 14. πωλ. τὰ δημ.] cum vectigalia publica, aut bona confiscata, hastae subiiciuntur, plus licentibus addicuntur.

422. 12. προσεπιλαμβανομένου bene si habet, passiue est accipiendum. quasi de publico [spatio puta] identidem nonnihil decerperetur. quia tamen verbum hoc in medio fere solet vsurpari, malim προσεπιλαμβανομένην. vt ad τὴν αὔλειον, scil. θύραν, referatur. ianuam extimam, in publicum educentem, quasi identidem de publico aliquid decerpentem.

18. ἔχειν] satis diligens in discrimine temporum obseruando si Plutarchus esset, praeferrem vtique σχεῖν, sententia tempus praeteritum requirente.

antep. προσεστῶσι] scil. ταῖς θύραις. sic de meo dedi, pro vulgari προεστῶσι.

pen. καταλαμβάνοιντο] occuparentur, praeuenirentur a valuis in publicum reiectis, inscii et incauti, antequam effugere aut deuitare possent praetereuntes.

423. 1. ὑπάτευεν ὁ Ποπλ.] sic de meo dedi, secutus Iuntinae vestigia, sic exhibentis ὑπατεύετο Ποπλικ. vulgatae dant ὑπάτευε Ποπλικ.

423. 6. ἱλασάμενος τῷ Ἄιδῃ bene ſi habet, tametſi haud memini ἱλάσκεσθαί τινι in datiuo vſurpari, (ni fallor ἱλ. τινα in accuſ. dicitur) ſignificabit idem atque ἱερὰ τῷ ἄδῃ προσενέγκας ἱλαστήρια. dictio ἀγῶνας πυθοχρήστους ἀναλαβεῖν latiniſmum ſapit *ludos ſuſcipere*, pro vouere ludos edendos, ab oraculo delphico imperatos. Eiuſmodi ludorum editio quoddam eſt quaſi onus, quod tu in humeros tuos ſuſcipis, eos ludos vouens.

vlt. malim καὶ καταδουλώσει. ſimplex enim voc. δούλωσις neſcio an minus frequentetur.

424. 15. τῶν ἀναγκαίων] inter ea, quae Clauſo neceſſario erant ſeu facienda, ſeu toleranda, hoc ipſi videbatur factu optimum atque imprimis optabile eſſe.

425. 4. malim τοὺς γὰρ ἐποίκους. nouos accolas.

14. καταστῆναι conquieſcere, ad ſedationem et pacem reuerti. ſic de meo dedi, pro vulgari καταστῆσαι. quod eſt ſedare, pacare.

427. 4. duo vocabula ἐνταῦθα μὴ deſunt Iuntinae. aduerbium ἐνταῦθα h. l. non loci, ſed temporis eſt. opponuntur inter ſe ἐνταῦθα, *iam*, *nunc ſtatim*, et αὖθις (nam ita leg. eſſe arbitror, non εὐθὺς) *poſtmodum*. Qui *nunc* auffugerant, ne conati quidem repugnare, hos *paullo poſt* occidebant Romani.

428. 3. poſt αὐτοῖς videtur παρασχὼν deeſſe.

5. χρῆσθαι τοῖς ξίφεσι] ſcil. τοῖς ἑαυτῶν ἐπὶ τὰ ἐκείνων σώματα, quo gladiis in eos pro lubitu ſaeuirent.

8. f. εὐθηνοῦσαν παραδοὺς τὴν πόλιν.

429. 3. (in comparatione) prius τὸν ἕτερον] Poplicolam. τοῦ ἑτέρου] Solonis. τὸν ἕτερον δὲ] Solonem. μάρτυν] ſcil. τοῦ ἑτέρου Poplicolae. Mirum in hac comparatione, eique proprium hoc eſt, quod Poplicola exemplum a Solone propoſitum factis expreſſerit, Solon contra praeconio ſuo Poplicolam ornauit, teſtatus eum eſſe, in quem beatae ſortis definitio quadret.

9. malim οὔτε παιδός. neque filiorum quemquam nominatim commemorauit. redit enim hic genitiuus ad λόγον ἔσχεν. deinde οὔτ' ἀρετή τις (non ἀρχή) neque praeclarum quoddam eius, Telli puta, et inſigne facinus in famam abiit.

430. 8. μακαριουμένης bene ſi habet, non eſt fut. verbi μακαρίζειν, ſed ab illo altero, minus vſitato, et neſcio an, praeter Plutarchum, nemini vſurpato, μακαριοῦν repetendum. quod ita fit a μακάριος, vt ἐλευθεροῦν, ab ἐλεύθερος.

pen. ποιεῖ] ſubaudi ἐν τούτοις, vel ταῦτα εἰπών.

431. 5. et 7. ἱμείρω et ἐθέλω dant Iunt. et Ald. quibus a lectionibus diſcedendi quae magna cauſa ſit, haud equidem intelligo.

432. 5. malim ταμιῶν. quaeſtorum, theſaurariorum, a nominat. ταμίας. ecquis enim ταμεῖον ἐπὶ χρήμασι dixit vnquam. at ταμίαι quidem poſſunt dici inſtituti eſſe, quo adminiſtrarent opes publicas.

432. 7.

432. 7. ἀσχολίαν πρὸς τὰ μείζω] diſtractiones, quae eum rebus maioribus vacare haud ſinant. πρὸς eſt *ratione, reſpectu* rerum maiorum.

433. 6. ſubimportunum et haud optime conueniens videatur ἀλλὰ, et melius conueniens ἂν ſi. ferri tamen poterit, ſi comminiſcare ſic ſcriptum a Plutarcho fuiſſe ἧς ἀπολαύειν ἐκ ἐᾷ τὰ χρέα τὰς πένητας.

434. 3. in Iuntina eſt τελευτήσαντος. quod ſi reſingatur in futurum τελευτήσοντος, poſſit pro vera lectione haberi. deſertos ab exſecutore, qui effectum iis afferat, eas effectui det. τέλος καὶ ἔργον ἐπιθήσοντος. nam τελευτᾷν ſaepe idem eſt atque τελεῖν, perficere.

7. προκιϛθομένῳ aut eſt εἰ προήσθετο, aut διότι προήσθετο. ἡτ]ήθη redit ad Solonem

11. πρὸς τῇ ἀρετῇ de meo dedi, pro vulgari πρὸς τὴν ἀρετήν.

435. 2. προσῆλθεν de meo dedi, pro vulgari προῆλθεν. cohaeret enim cum πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις.

vlt. ἀφέσει reuocaui e Iunt. et Aldina, pro vulgari ἀφαιρέσει. ante μεταχειρίσασθαι adde tacita cogitatione τούτῳ. pronomen hoc ſolet Plutarchus ibi omittere, vbi alius quicunque poſuiſſet. dictio ποικίλος ὢν μεταχειρίζεσθαι idem valet atque οἷός τ' ὢν (vel ἐπιςάμενος) ποικίλως μεταχ. qua res quaeque ratione capi optime tenerique poteſt, ea nouit illam capere atque tractare, pro varietate, flexilitate atque verſatilitate ſuae calliditatis.

436. 3. οἷς] quibus, hominibus puta, in datiuo, non ablatiuo. μέγα idem eſt atque χαλεπὸν ἔργον. quibus Romanis vrbem ſaluam conſeruare fuerat perarduum, illis inſuper peperit caſtra hoſtium, a quibus obſeſſi fuerant.

5. Hoſtis, a Poplicola dictus litis arbiter, cum ſecundum eum litem dediſſet, praeter victoriam cauſae, ea quoque adeptus eſt Poplicola, quae ſi dediſſet vltro, optabile ipſi fuerat magnique faciendum, ea mercede victoriam redemiſſe. ad περιγενόμενος ſubauditur τῇ δίκῃ. quam νίκην appellat, ea non armorum eſt, ſed forenſis victoria.

7. διέλυσε] malim in medio διελύσατο. redit hoc iam ad Porſennam, non ad Poplicolam, ad quem praemiſſa redibant.

AD THEMISTOCLEM.

440. 1. λεγομένων] Sententia poſtulat, aut γινομένων, aut τεταγμένων, aut συμβαλλομένων.

2. f. ſic eſt diſtinguendum et exarandum h. l. ὑπερορῶν, παρ' ἡλικίαν πως (enclitice) τῇ φ. π.

10. f. καὶ τῶν περὶ Μέλισσον.

441. 3. pro μίξαντες, quod ex Aldina in poſteriores omnes permanauit, dat Iuntina μίσαντες. vnde ſuſpicor Aldinae lectionem non eſſe veram, primigeniam, ſed aut σμήσαντες (a σμᾶν, *abſtergere, defricare, perpolire*) aut κοσμήσαντες.

441. 11. ὡμολόγηκε, τοὺς τρ.] ſic de meo dedi, pro vulgari ὡμολόγει, καὶ τοὺς τρ.

pen. τοῦ de meo addidi.

444. 7. f. ἐπὶ πολλὰ κενὰ [vel ἐπισφαλῆ] κινοῦντι.

447. 11. f. πόλιν κατακαυθεῖσαν ἀνέστησαν. e cineribus reſuſcitarunt.

14. τὴν τῶν νεῶν] ita reſtitui e Iuntina et Aldina. vulgatis deeſt τῶν.

448. 14. malim φοιτᾶν παρ' αὐτόν. (in accuſatiuo.) cum quod ipſa res id poſtulet, tum ad vitandam iterationis inſuauitatem.

449. 10. loco particulae καὶ dat Iuntina τό.

11. pro εἰπεῖν vulgari dedi de meo εἶπεν.

450. 6. 'Επιαύδην] Sic Iuntina quoque h. l. dat; paulo poſt autem 'Επικήδους. veruntamen tenendum eſt, illam editionem perſaepe locorum errare in duabus iſtis literis η et υ permutandis; quod genus erroris perquam crebrum eſt in codicibus graecis calamo exaratis.

11. ἐκπεσούσης de meo dedi, pro vulg. ἐμπ. de rebus ſecius euenientibus, aut alio, quam quo par erat, et tu voluiſſes, delatis, vt de nauibus ad oram a tempeſtate adactis, aut de hiſtrionibus cum ſibilis e ſcena eiectis, vſurpatur hoc verbum ἐκπίπτειν.

vlt. ἔγραψαν ſimplex dant Iuntina et Aldina.

453. 3. aut ſimplicius compoſitum περιβαλέσθαι malim, aut ſi decompoſitum praeferatur, ſaltim litera minus malim προπεριβαλ. h. e. περιβαλέσθαι οἱονεὶ πρόβλημά τι. circumiicere claſſi tanquam propugnaculum quoddam.

10. τῆς addidi e Iuntina et Aldina.

455. 4. παρ' αὐτῷ malim, aut περὶ αὐτόν.

14. τοὺς νεκροὺς] articulum de meo addidi.

456. 6. malim cum articulo διὰ τῶν γραμμάτων. illarum inſcriptionum miniſterio.

457. 5. aut deeſſe nonnulla prodit ὅπερ, quod ſeruatum conſtructionem reddit inexplanabilem, aut tollendum prorſus eſt. Quapropter vncis id admonitionis ergo incluſi.

7. προϊεμένων non cum θεῶν, neque cum πατέρων cohaeret, ſed cum σωτηρίαν. idem eſt ac ſi dixiſſet, οὐκ ἐπιστάμενοι ὅπως σώζεσθαι δύναιντο ἄνθρωποι θεῶν ἱερὰ καὶ πατέρων ἠρία προϊέμενοι. neſcientes, quo pacto ſalui poſſint euadere hi, qui deorum fana maiorumque monumenta hoſtibus proderent.

11. δράκοντος] ſeruabatur in arce ſerpens quidam vetuſta religione conſecratus, in cuius ſalute, aut exitio, praeſentia abſentiaue, hilaritate et comitate, fugaue et feritate ſuas librari fortunas opinabantur Athenienſes. Hunc ſerpentem, colludens cum ſacerdotibus Themiſtocles, e conſpectu tantiſper ſubducebat. quo plebem haberet hoc obſequentiorem et ad credendum proniorem.

De

De verbo ἐπῆγεν ambigo, ſeruandumne ſit, an cum ἐπῆδεν commutandum, *occinebat*, leniendi et ſopiendi ergo, et delectandi, vt puerulos canticulis delectant mulierculae.

457. antepen. f. διαδόντος.

458. 5. malim Ἀθηνῶν. reginae Athenarum.

12. διδόντες] ſcil. in diem.

459. 2. τὸ γοργόνειον] ſubaudi πρόσωπον. Sin autem vulgata τὸν γοργ. ſeruetur, ſubaudiendum erit ὀμφαλόν. vmbonem in ſcuto.

460. 7. f. καὶ [ſcil. μέγα τοῦ Θεμ. ἐστὶν] ὅτι τοὺς πολ.

antepen. περὶ] malim aut πρὸς, aut παρά. Etiam loco ſimplicis αἴρειν malim ἀπαίρειν.

461. 8. f. ἐπὶ τὸν σύλλογον. reduxit Themiſtocles Eurybiadem ad conuentum principum Graeciae.

463. 6. στενῶν de meo dedi, pro vulgari στενωπῶν.

464. 2. f. καὶ γελάσας εὐθύς. ſtatimque cum gaudio rem ad magnates extulit, vel retulit.

3. poſt νεῶν videtur deeſſe, ὧν ἐδόκει — redit ὧν ad νεῶν quarum nauium reliquas quidem viſum fuit —

pen. πίστιν ἔχοντα μᾶλλον] ſubaudi ἑαυτοῦ παρὰ τοῖς ἕλλησι. vt qui maiore polleret auctoritate fideque penes graecos, quam ipſemet, Themiſtocles puta.

465. 3. in μία latet νία exitus vocabuli τηνία. quare delendum eſt, vt mera correctio vocabuli τενεδία.

4. malim θυμὸν in accuſatiuo. adeo vt ira, vna cum neceſſitate, Graecos moueret.

vlt. Εὐφραντίδης non memini nomen graecum fuiſſe. ni fallor, hunc alii Ἐκφαντίδην appellant.

467. 9. τὸ] imo vero τήν. nam ſi τὸ ſeruetur, non ſolum καὶ τὸ κῦμα, ſed etiam κατάγειν ſit leg. qui infinitiuus aptus foret ex εἰωθυῖαν. *ſolitam deducere.*

vlt. καὶ ὅτι] id eſt καὶ τοῦτο δὲ τοὺς Πέρσας ἔβλαπτεν, ὅτι — etiam hoc Perſis obfuit, quod —

468. 1. κατ' ἐκεῖνον] ſcil. τὸν καιρόν. ſub idem tempus. v. p. 467. 6.

pen. poſt ἀπ' Αἰγίνης videtur ἀναχθέντα, aut προσφερόμενα, aut ſimile quid deeſſe.

469. 5. προσφερομένοις in datiuo dat Iuntina, quod equidem probarem, ſi proximum καὶ abeſſet.

antep. λόγῳ γνώμην ἐποιεῖτο] auctor fiebat conſilii, conſilium in medio ponebat, ſed verbotenus tantum, non bona fide, non quo ſerio id ageret, ſed ſolummodo, quo ſententiam Ariſtidis exploraret.

pen. ἐπιπλεύσαντας] ſubaudi αὐτῷ. Zeugmati puta. malim tamen ἀποπλεύσαντας.

470. 2. malim προσπεπολεμήκαμεν.

470. 13. ἀπαλλαγήσεται (in indicatiuo futuri primi) dedi arbitratu meo, pro vulgari ἀπαλλαγήσηται in coniunct. aor. 1.

471. 6. πεῖραν] ſubaudi ἑαυτῆς. documentum ſui dedit Themiſtoclis atque Ariſtidis prudentia in Mardonio.

pen. ἀπὸ τοῦ βωμοῦ] ab ea nempe ara, quae ibi fuit. At quaenam ibi erat? Neptuni nempe. Quamquam ergo Neptuni nulla facta eſt expreſſo nomine mentio, per ſe tamen paret, vel leuiter rerum graecarum notitia imbuto, de ara Neptuni hic agi.

475. 16. ὃ καὶ συνέβη reſtitui e Iunt. et Ald. pro vulgari ὃ δὲ συνέβη.

477. 8. malim διανενοῆσθαι. in mentem ſibi veniſſe.

478. 8. aut προῆγον in actiuo malim, altius atque altius provehebant, aut in medio προσήγοντο ad ſe propius adducebant, admouebant, applicabant, ſibi arctius deuinciebant.

479. 3. num δι' ἀναργυρίαν. propterea quod numis careret, quod pauper eſſet, beneficium hoc parato aere redimere nequiret. aut δι' ἀπορίαν. niſi ſi vulgatam ſic interpretemur, propterea quod Themiſtocles ab inimicis Timocreontis corruptus largitionibus, reditum eius in patriam impediuerit. Conf. verſu penult. huius paginae.

480. 3. poſterius τοὺς δὲ malim abeſſe, et tum ſublato poſt καίνων commate, mutatoque accentu legi ſic τοὺς δ' ἐκδιώκων, καινῶν ἀργυρίων ὑπόπλεως. recentibus, recens cuſis, adhuc aſperis et nitentibus numis argenteis onuſtus. *beladen mit neuen, friſch aus der Münze gekommenen harten Thalern.*

481. 10. δυσχεραίνοντας] ſubaudi αὐτὸν τοῦτο ποιοῦντα.

ibid. ὑπὸ [an ἀπὸ mauis] τῶν αὐτῶν [ſcil. ἀκουσμάτων vel ἀκροαμάτων] πολλάκις εὖ πάσχοντες [id eſt ἡδυπαθοῦντες.] Quid [vel cur] grauamini, fatigamini ab auditione earundem narrationum ſaepius identidem ſuauiter paſti?

483. 2. καὶ de meo addidi. etiam aduerſus eum, Themiſtoclem puta.

13. καὶ τὴν κοινωνίαν] Iuntina omittit articulum.

484. 6. malim πρὸς τὰς προτέρας κατηγορίας.

10. poſt ἀποδόσθαι videtur τολμῶν deeſſe. non facile ſe a ſemet fuiſſe impetraturum, vt vna cum Graecia ſemet in ſeruitutem barbaris venderet, iiſque hoſtibus.

486. 2. fort. ἐκεῖ δ' ὄντι αὐτῷ, vbi cum eſſet Themiſtocles. vxorem liberoſque eius ad eum miſit, furtim vrbe extractos, Epicrates.

6. τούτων] quae modo dicta ſunt de odio Themiſtoclis erga tyrannos, ſtudioque, quo is arſiſſet, libertatis graecae tuendae.

9. Iuntina dat ἀποτρεψαμένου. quod ſuſpicionem ad ἀποτριψ. (ab ἀποτρίβεσθαι) inclinat. Nego tamen a vulgata, cuius auctor eſt Aldina, diſcedendum eſſe.

486. pen.

486. pen. ἑτέραν] non illud mare, de quo modo egerat, Siculum, vel Ionium, ſed ab altera parte Graeciam alluens, Aegaeum puta, ad Aſiam verſus ſpectans.

488. 8. ἀνεφώνησεν ἐν μέτρῳ] ſic dedi de meo, pro vulgari ἀνεφώνησε μέτρῳ. poteram quoque ἀνεφώνησεν ἔμμετρα ταυτὶ dare.

9. enthuſiaſtica hominis lymphati verba ſi ſapientia eſt ad ſanitatem humanae ſententiae interpretando reuocare, videntur hoc dicere velle. Caue vocem tuam ne quis audiat. cela conſilia tua homines omnes. caue ne te victorem eſſe Perſarum emanet.

12. γενόμενον] ergo, ſecundum hanc lectionem, e dracone ſubito factus eſt aquila. In ſomniis quidem talia euenire poſſunt. Quod ſi tamen παραγενόμενον legas, haud paulo erit illud inſomnium humanius atque tolerabilius. Draco ad guttur iam cum arrepſiſſet, ſubito aquilam aduolaſſe, qui draconis nexibus diuulſis, ipſaque bellua depulſa, Themiſtoclem ſublimem ſublatum per auras procul auexiſſet. ἥψατο redit ad draconem.

489. 14. χρονικοῖς] ſubaudi κανόσι.

15. αὐτὸς de meo dedi, pro vulgari αὐτοῖς. ne hic ipſe quidem Thucydides. pro ἀτρέμα videtur ἀτρεκῆ legendum eſſe (id eſt ἀτρεκέα) vel ἀτρεκῶς: niſi malimus opinari, vulgatam idem ſignificare, certo, indubitanter, excluſa omni trepidatione atque titubatione. Datiuus συντατΊομένοις ſi ſeruatur, redibit ad κανόσι. quamquam ne hic ipſe quidem Thucydides cum canonibus concordat, certo, et ad fiduciam ſufficienter compoſitis. Malim tamen in nominatiuo ſingularis numeri legi συντατΊόμενος. vt ſit medii verbi, et ad Θουκυδίδης referatur. quamquam ne Thucydides ipſe quidem auctor eſt ſatis certae et ſpectatae fidei, componens, h. e. tradens liquido explorata, et dubio vacantia.

490. 8. ἔστι καὶ σοὶ] licet tibi quoque. ſic collocaui verba. vulgatae ita collocant ἔστι σοι καί.

491. 7. πρὸς αὐτὸν] Artabanum puta.

493. 5. παρόντος αὐτοῦ] ex eius, Themiſtoclis, ipſius coram ſe ſtantis ore. θύραις (in datiuo) de meo dedi, pro vulgari θύρας.

10. non me fugit adamata graecis vſurpatio genitiuorum abſolutorum. videtur tamen nihilominus hic loci Plutarchus accuſatiuos illis praetuliſſe, et ſic eſſe exarandum ἐλθόντα (nam αὐτοῦ ad Xerxen redit) et προσκυνήσαντα.

494. 10. fort. αἱ αὐτοῦ τιμαί. honores, quos Xerxes ei habebat, aut haberi volebat ab aliis.

495. 7. malim γράφειν πρὸς ἕκαστον. in ſuis ad eorum vnumquemque literis hac vti formula.

8. ὄντα e Iuntina et Aldina reuocaui.

497. 6. ἐν δὲ duobus vocabulis, de meo dedi, pro vulgari εἶδε vno vocabulo. ἐν δέ, ſubaudi τούτοις τοῖς ἀναθήμασι. in his ſimulacris dedicatis. καὶ etiam, ſc. ἐθεάσατο ſpectabat in fano Matris Deum.

497. 8. ἔτι de meo dedi, pro vulgari ὅτε.

antep. f. γράψειν φήσαντος, τὴν ἀπειλὴν φοβηθεὶς.

vlt. ἐκεῖνόν τε κατεπράϋνε τῆς ὀργῆς] pro ἐκείνῳ τε κατεπράϋνε τὴν ὀργὴν. quae eſt ſolennis loquendi ratio.

498. 1. καὶ τὸν φθόνον] id eſt οὐ μόνον τὴν ἔχθραν, ὡς πρὸ τοῦ ἐν ἀρχῇ, ἀλλὰ καὶ νῦν ἤδη τὸν φθόνον.

10. reuocaui ἐπέτρεψεν e Iuntina, pro vulgari ἐπέστρεψεν. quod ex Aldina manauit. Iam Plutarchi aetate coeperat verbum ἐπιτρέπειν eo ſenſu vſurpari, quo poſtmodum creberrime fuit vſurpatum a ſcriptoribus declinantis graecitatis. E. c. Theophanis paene nulla eſt pagina, qua non hoc verbum legatur, eo ſenſu, quem hic obtinet, ſcil. adhortandi, impellendi, inſtigandi. v. Indices Plutarchi.

12. δυνάμεις et στρατηγοὶ] Perſarum puta.

15. f. — ὑποσχέσεις. ὁ δὲ [is vero, Themiſtocles puta] οὔτε δι' ὀργὴν — ab hoc ὁ δὲ incipit apodoſis periodi verſu 8. coeptae in illis ὡς δὲ —

vlt. malim ἄλλως τε, καὶ. cum aliis de cauſis, tum quod excellentes tum eſſent imperatores.

499. 2. ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς] in rebus, et praecipue bellis, pro ſalute gloriaque Graecorum aduerſus Perſas gerendis.

500. 11. ἔθρεψε] tum aluit, id eſt domi ſuae adhuc habuit Themiſtocles, nondum elocatam.

12. ἐν e Iuntina et Aldina reuocaui. ad ἐν τῷ ſubaudi λόγῳ.

501. 11. malim ἅμιλλαι in plurali. ſcil. ὦσι, vel γίγνωνται.

AD CAMILLVM.

503. 2. πολλαῖς e Iuntina et Aldina reuocaui.

8. τῶν deeſt Iuntinae. In Aldina rurſus eſt Φρυγίων.

9. Ex iiſdem ambabus reſtitui ἐφ' ἑαυτοῦ, pro vulgari ἀφ' ἑ.

504. pen. πρόσχημα] maieſtas, decus, ornamentum, velut apex quidam, aut frontiſpicium.

vlt. malim ὅπλων μὲν πλήθει, καὶ ἀριθμῷ τῶν στρατ.

505. 3. f. καὶ πρότερον μὲν πολλοὺς κ. κ.

10. ἔξω cum ἐξιόντες eſt mutandum, aut alias ſic leg. οὐ πολὺν χρόνον, ἀλλὰ μόνον ὥρα θέρους, στρατεύειν.

507. 2. προσίστατο ταῖς ὑπωρείαις] haec non intelligo.

vlt. παῤῥησία] fiducia congreſſuum familiarium et libertas in loquendo, ſecretiores quaſque cogitationes haud cunctanter expromens.

508. 1. λογίων de meo dedi, pro vulgari λόγων. hic enim, non de memoriis vetuſta fama proditis, ſed de vaticiniis agitur.

4. poſt τῆς πολιορκίας deeſt ἐθαύμαζεν. ὁ δὲ — aut ſimile quidpiam. Romanus videns Veientanum exſultantem, mirabatur. h. e. haud celabat eum, ſe mirari Veientani hac de re gaudium. Ille vero, Veientanus puta, non hoc ſolum, inquit —

508. 9.

508. 9. τῦ ἀνθρώπυ] Romano puta.

11. διαλεγόμενος] Romanus cum Veientano. αὐτὸν ad Veientanum redit. καὶ abeſt a Bodleiano, non male. quod ſi probatur, erit διαλεγόμενος ὑπάγων idem atque διὰ τῦ διαλέγεσθαι, vel μεταξὺ τῦ διαλ. ὑπάγων inter colloquendum ſeducens Romanus Veientanum.

pen. τῦ ςρατοπέδυ] e caſtris Romanis.

509. 6. num περισχάσαντες. obicibus, repagulis obiectis.

14. τὸ τῆς Ἀλβανίδος] ſcil. λίμνης. poſteriorem articulum e Iuntina et Aldina addidi.

15. ἀνωσθὲν de meo dedi, a v. ἀνωθεῖν retrudere, retro agere, *zurückſchieben*. pro vulgari ἄνωθεν.

510. 4. ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς] ſic dedi, partim de meo, praepoſitionem addens, partim e Iunt. et Ald. vbi eſt ἐποιήσατο τῆς ἀρχῆς. vota pro imperio Rom. faciebat. in vulgatis legitur ἐποιήσατο τοῖς θεοῖς.

511. 9. ἐν e Iuntina et Aldina addidi, de meo autem τοῖς verſu proximo 16.

512. 12. Simile quid Liuius de Marcello narrat, Syracuſas paene iam captas tenente.

513. 7. τῶν τεχνιτῶν] articulum e Iunt. et Ald. reuocaui.

10. φησὶν dant eaedem ambae.

514. 3. δεικνύντες] oſtendentes, h. e. proferentes ad docendum et refellendum aduerſarios.

antep. ἐκφερυμένην dant I. Ald.

pen. τύφος h. l. eſt ſtupiditas mentis, vecordia, qua mens plane obbruteſcit, et occoecatur, belluae, quam homini fit ſimilior. idem eſt, atque ſi dixiſſet τυφώδη δεισιδαιμονίαν brutam, belluinam ſuperſtitionem.

515. 11. malim νόμῳ τῷ διοικίζοντι.

vlt. dedi de meo καὶ ἀχρήματος, ἄσμενος ἐδέξατο. plebs, numeroſa iam facta, ſed inops, percupide et grataanter acceptabat. vulgatae dant καὶ χρηματισάμενος ἐδέξ.

516. 12. τύτῳ] num πάντων. rerum bello captarum omnium.

518. 3. malim τιμὴν τὴν πρέπυσαν.

10. pro ὡς malim ὅτε. Iſta verba ἦν δ' ἄρα καὶ χειμὼν καὶ γαλήνη θαλάσσης ἀργαλέον ſunt gnomica. Placuit nempe fatali rerum neceſſitati iubere, vt ipſa adeo maris tranquillitas et coeli ſerenitas, non minus eſſet moleſta atque exitioſa, quam tempeſtates ſaeuiſſimae, vbi [h. e. cum] illis, Romanis tum Delphos miſſis, ita eueniret, vt —

11. ἐλθόντας] poterat quoque ἐλθῦσιν dicere. Sed nil intererat.

penult. ἐμβολῆς] quominus iſti Liparaei nauem Romanam infeſto roſtro perforatam vndis demergerent.

519. 1. ἀπεκήρυττον voce praeconis vendebant. niſi malumus

opinari, ἐπικηρύττειν idem esse, atque ἐπὶ κήρυκι ποιεῖσθαι potestati praeconis permittere.

519. 10. ἀπέδειξε reuocaui e Iunt. et Ald. pro vulg. ἐπέδ. bellum aduersus Faliscos declarauit Camillum tribunum militum, h. e. in caussa fuit, vt declararetur.

pen. sententia est, de capienda vrbe desperans quidem.

520. 9. quamquam vno communi magistro vtebantur, διδασκαλεῖα tamen, in numero plur. recte videtur vsurpare, quia plures artes, aliae aliis horis, aetatibusque diuersis tradebantur. *Schulstunden*, *Lectionen*.

pen. pone ὑπάγων videtur ποῤῥωτέρω deesse.

521. 12. malim στρατηγεῖν. oportere imperatorem muniis imperatoriis fungi.

523. 2. malim φθονήσαντος τοῦ ὠφεληθῆναι.

525. 3. ἀργυρίου] cuiusmodi nempe graecis in vsu est.

4. quantum colligere licet e ruderibus verborum, sic ferme reliquit Plutarchus scriptum. ἀσσάριον γὰρ ἦν δραχμῆς τὸ δέκατον, νόμισμα χαλκοῦν, οὐκ ἀργυροῦν, καὶ τὸ δεκάχαλκον οὕτως ἐκαλεῖτο δηνάριον.

8. οὐχ ἡδεῖαν, ἀλλ' ἀνιαρὰν] subaudi αὐτῷ. quae vt Camillo satisfecerit, atque arriserit, tantum abest, vt potius animum eius grauiter sauciarit; interim tamen fuit haec poena fama latissime fusa concelebrata. Suspicor tamen post ἀνιαρὰν deesse εἰς τὰ μάλιστα. inprimis luctuosam et peracerbam.

10. φόβον de meo dedi, pro φθόνον, quod e Iuntina in vulgares promanauit, item pro perinde vitioso φθόρον, quod in Aldina legitur. alii denique libri quod dant, φόνον, nihilo melius est.

pen. errorem in vulgaribus libris hic versantem, virorum doctorum sagacitas iam dudum sustulit. quos de vitii origine literula ἢ poterat admonere. Percrebrum in libris graecis hoc est genus erroris, cum librarii oscitantes, admissa menda, sese reprehendentes, neque tamen audentes rasura membranas foedare, ad mendam adscribunt emendationem, praemissa admonitoria particula ἤ. Quod idem hic quoque loci factum esse suspicor. Festinatione lapsus librarius cum exarasset Ἰουλίου μηνὸς, mature sentiebat, non de mense Iulio hic agi, sed de viro, censore. Cauens itaque litura munditiem membranarum commaculare, relinquebat quidem μηνὸς vitiosum, veruntamen, veluti quoddam antipharmacum ei subiiciebat ἢ τοῦ τιμητοῦ.

antep. γενόμενοι (in mascul.) dedi de meo, pro vulg. γενόμεναι, non enim ad μυριάδες redit, sed ad Γαλάται. vt mox ἄγοντες cum reliquis numero compluribus nominatiuis plur. generis mascul.

525. pen.

525. pen. πλείυς] μυριάδας puta.

527. 2. videtur Plutarchus Santonas (Santogne) in Galliis et Cantabros deſignare.

8. τὺς γονέας] articulum de meo addidi.

530. 4. malim ἀπὸ τῦ θείυ.

5. διά, quod Iuntina ſuppeditat, ſuſpicionem mouet a Plutarcho relictum eſſe ἔνεϛι, διὰ παντὸς ζητεῖν.

531. 3. αὐτῦ reſtitui e Iunt. et Aldina, ob inſequentes genitiuos, πρεσβευτῦ μὲν ἥκοντος etc. idem eſt atque ſi κατ' αὐτῦ dixiſſet. Vulgatae dant αὐτόν.

8. αὐτοῖς] ſibi caeteriſque ſuis Gallis, vel Celtis.

14. malim τὸ τῶν πεπραγμένων.

532. 1. ὅμοια] fecialibus etiam coram plebe Fabium ſimilibus de criminibus accuſantibus, atque coram ſenatu accuſauerant.

2. αὐτῶν] ſubaudi τῶν δημοτῶν. de plebeiis multi.

533. 8. aut vnice vera eſt lectio vulgaris κολακεύοντας, aut ſi diſcedendum ab ea ſit, quod cur fiat, cauſam nullam video, malim κολακευόντως, aduerbialiter.

534. 2. ὑ πολλοὶ de meo dedi, pro vulgari οἱ πολλοί.

pen. εἴτ' ὀρθῶς Ἡράκλειτος] ſic dedi de meo. an Heraclitus recte Heſiodum, ſic meritum, reprehenderit — vulgatae dant εἴτε μή, ὀρθῶς Ἡρ.

536. 1. μὲν Μαραθ. reuocaui e Iunt. et Ald. a quibus abeſt ἐν, quod vulgatae interponunt.

538. 4. αὖθις aut *poſtmodum*, aut *contrariam in partem* poteſt h. l. ſignificare; vtrumque recte. Inſignis illa atque a Graecorum vanitate nobilitata Xerxis ad Salamina clades incidit in tempus Myſteriorum, ſeu ſacrorum Eleuſiniorum. At rurſus, vel contra, ſub idem tempus menſis, ſeculis aliquot poſt, magnum vulnus acceperunt graeci in Thebarum exſcidio.

5. μετὰ ταῦτα] annis ferme quindecim poſt.

9. μετὰ vncis incluſi, quod a Iuntina Aldinaque abeſt, et ſalua ſententia poteſt abeſſe.

539. 7. καταληφθέντας de meo dedi, (a καταλαμβάνειν) pro vulgari καταλειφθ. (a καταλείπειν.)

vlt. βέλεσι valde ſuſpectum habeo. Sententia poſtulat χάραξι aut σκόλοψι, ſudibus, vallis.

540. 4. malim ἄφθιτον abeſſe.

6. σέβεσθαι] ſubaudi τὸ πῦρ.

10. προσελθύσης] ſcil. αὐτῆς πρὸς τὴν ὕλην. ſic dedi de meo, pro vulg. προελθ.

540. 13.

13. f. καὶ κελεῦσαι φρουρεῖν.

antep. f. ἄλλα δὲ ἄπ]α ἐντός. alia autem nefcio quae intus haberi occulta, extra confpectum vulgi.

541. 3. ἐξενεγκάμενον] e Samothracia puta. ad τὰ Σαμοθρᾴκια fubauditur ἱερὰ ἀποκεῖσθαι. Sed tum tamen deeft fiue λέγουσι, fiue διισχυρίζονται, fiue fimile quid. ἀποκεῖσθαι recte habere docent alii fimiles Plutarchi loci, quos reperies in indicibus, et in his in proximo fitus, verfu 7. fubauditur ἐν τῷ τῆς Ἑστίας ναῷ.

8. ὧν τὸν μὲν —] fcil. εἶναι. quod ex infequentibus huc erit tacita cogitatione reuocandum. malim tamen ὧν prorfus abeffe.

542. 4. πορευομένας] id eft βαδιζούσας. ambulantes fuis pedibus.

543. 5. aut plane delendum eft βραχὺν, aut fcrib. πρὸς βραχὺ. vel παρὰ βραχὺ. tempus paulo productius, quam funt anni 360.

545. vlt. τῷ λαθεῖν] fic dedi de meo, pro vulg. τὸ λ. Nam ἀγαπᾷν conftruitur cum datiuo. contentus effe aliqua re, in ea acquiefcere, eamque congratulari fibi, gaudere, quod ea fibi frui liceat, quamuis macra ieiunaque.

546. 1. τοῦ, quod in vulgatis ante ἀνδρὸς legitur, expunxi, non ea ductus ratione, quae Stephanum mouebat, vt τοῦ magis transponeret, quam expungeret.

11. διαφθαρῆναι] idem eft ac fi dixiffet ἐν τῷ διαφθ.

12. ἐν καιρῷ] id eft vbi tempus afferat oportunitatem victoriae difcrimine vacantis.

vlt. malim καθιππασάμενοι. agros cum perfultaffent in equis.

547. 9. aut pone κακῶς, aut pone μέθης deeft ἔχοντας.

13. malim cum articulo οἱ καταλαμβάνοντες. plerofque autem qui opprimebant fomno vinoque adhuc graues, hi eos inermes contrucidabant.

pen. malim in infinitiuo συνίστασθαι. impulit ad coeundum atque confiftendum in globos vel agmina.

548. 6. περιβαλόμενοι in aor. fecundo, de meo dedi, alterum λ detrahens.

549. 12. συνεπικουφίζων τῷ περαιοῦσθαι] id eft πρὸς τῇ ἀπὸ τῶν φελλῶν ἐπικουφίσει τοῦ σώματος, καὶ ταύτῃ ἐπικουφίζων τὸ σῶμα τῇ διανοίᾳ, ὅτι περαιοῦται πρὸς τὴν πόλιν. praeter illam corporis fubleuationem, quam fuberibus debebat, etiam hac fubleuans corpus fuum cogitatione, quod ad Vrbem tenderet flumen traiicere. Super vndis tenebat fefe, non ope fuberum folummode, fed etiam fpe in patriam redeundi.

14. αὐτοῖς τοῖς φέγγεσι] ipfis ignibus. h. e. dormientes a vigilantibus dignofcere fi nulla potuiffet alia re, hac vna certe facile

cile dignoſcens, quod ignes alias cerneret ardentes, alias nullos. αὐτοῖς de meo dedi, leniter emendata lectione Iuntinae, quae αὐτοὺς dat, ab Aldina, et ad eius exemplum a reliquis inſecutis omnibus omiſſum.

550. 16. f. οὕτω μὲν οὖν ᾑρέθη, vel potius totam hanc ſententiam ab οὕτω ad τοῖς πολεμίοις dele, quae ſupereſt e lituris Plutarchi. Eadem quippe dicit, et minus etiam, quam praemiſſa. Vnum hoc in poſteriore metaphraſi poſſit videri plenius atque explicatius, quod pro ἀφικόμενος in ſuperiore ſententia, hic iam dictum ſit a metaphraſta πορευθεὶς εἰς Οὐηίους. atqui nemo non videt, qui non ſit tardiſſimus, ad ἀφικόμενος ſubaudiri aut ad Veios, aut in caſtra Romana, quae erant apud Veios.

551. 3. f. ὡς ἂν εἴ τις ἀντελαμβ. vt ſi quis apprehendiſſet quid, quo ſuſpenſus ſe teneret, ſurſumue libraret

14. καθ' ἕνα] ſubaudi προσβαίνουσι προσβῆναι. ne multis quidem difficile eſt accedere, ſi ſigillatim accedant.

552. 7. οἱ de meo addidi. ſine quo conſtructio labat.

553. 10. μεγάλα de meo dedi, pro vulgari μεγάλην.

554. 3. ἐν, quod Bryanus in Flor. et Aldina legi negat, in ambabus reperi. et ſeruandum cenſeo, ſed locum ſic diſtinguendum et emendandum ἐν νεκρῶν πλήθει, καὶ οἰκιῶν χύδην καταβεβλημένων, σκηνοῦντας. in cateruis mortuorum habitantes, atque domiciliorum fuſim, mixtim, ſtratorum, vel proiectorum. ὧν ἐν ἐρειπίοις τὸ μὲν βάθος τῆς τέφρας — quorum in ruderibus vel ſtragibus corpora partim profundi acerui cinerum abſumſerunt — partim, ſed in primis, haud aſſuetum vitae genus —

6. ὑπὸ πνευμάτων] quomodo poteſt aer dici exhalare a ventis? Sine dubio leg. eſt ἀπὸ πτωμάτων. a cadaueribus. Cur aura corrupta labefactarit corpora, cauſam edit, eamque geminam. 1) τὴν δριμύτητα ἀπὸ τῶν πτωμάτων. acrimoniam odoris putridi a cadaueribus tabeſcentibus. 2) τὴν ἀπὸ τῶν καυμάτων ξηρότητα pulmones amburentem et exſiccantem aurae ariditatem a ruderibus vſtrinarum, ſeu domiciliorum incendiis abſumtorum.

10. πρὸς μετόπωρον reuocaui e Iunt. et Ald. articulum omittens, quem vulgatae intergerunt.

12. malim compoſitum ἐνοικοῦρου.

555. 12. aut ἀνθελκόντων, partem in contrariam trahentibus, vt nempe lanx, aurum tenens, alleuaretur. aut καθελκόντων, deorſum trahentibus, lancem puta onera tenentem, quo lanx oppoſita, aurum tenens, altius ſurgeret.

13. ἢ τοῖς νενικημένοις] ſic reſtitui e Iunt. et Ald. pro vulgari ἤδη τοῖς ν.

555. 14.

555. 14. f. μὲν νῦν ἤδη. iam nunc. ab illo ſtatim tempore inde.

antep. καὶ μὴ τῶ πλείω] id eſt, paulo plenius ſi dicas, καὶ μὴ μόνον τῶ πλ. neque acceſſionem ſolam, ſeu id, quod vltra poſtulatam et condictam auri ſummam exigatur mantiſſae loco, ignominioſam exiſtimare eſſe; ſed ipſum adeo conſenſum ad dandum quicquam, a barbaris imperatum.

15. poſſit νόμῳ ſeruandum videri, ferens interpretationem, quamuis coactam. Ego vero nullus dubito ſic leg. eſſe atque diſtinguendum μηδενὸς ἄρχοντος ἑτέρου, cum nemo alius imperio gaudeat praeter ſe, ἀνόμως πρὸς — pacta illa Gallis eſſe inita praeter ius et fas cum illis, qui paciſcendi iure atque poteſtate carerent.

557. 1. neſcio qui fit, vt abſonum mihi quidem ſonet ἄπτεσθαι ἀψιμαχίας. quid ſi legamus ἤρξατο.

penult. τότε] nam antea deiecti fuerant animis pauidique.

558. 3. malim cum articulo οἱ ἐπεξελθόντες.

559. 14. malim στρατείαν (per diphthongum) vel potius ἐπιστρατείαν.

16. οὐδ' ἡσυχῇ reuocaui e Iuntina. neque modeſte, lente, clam, remiſſe, pudenter, ad Veios reuertentes, ſed cum impetu, ferocia, palam et cum vociferatione.

penult. ἀρχὰς] ſcil. τοῦ δημαγωγεῖν, vel τῆς ἔριδος καὶ στάσεως. cauſas, praetextus, oportunitates, plebem ſeditioſis orationibus exagitandi, praebebant oratorum iis, ſi quos iuuaret, blanda et ad ſtudia plebis compoſita oratione auram popularem captare. idem eſt ac ſi dixiſſet τῶν δημαγωγῶν τούτοις, οἳ ἦσαν εἰθισμένοι.

561. 1. ἠρία de meo dedi, pro vulgari ἡρῷα.

3. ἐπιθειάσας] cum inuocatione atque obteſtatione numinis, proſperitatem rerum omnium iis largituri, ſacra illa ſalua et inviolata ſeruantibus, contra vero ſaeuam vltionem in eos exſecuturi, ſi qui ſacra illa culpa ſua violari aut perire ſinant.

10. ἐσομένην de meo dedi, pro vulgari ἐσόμενον. neque enim ad πῦρ redit, neque ad ὄνειδος, ſed ad πόλιν. tum Veſtae proferebant, [h. e. allegabant, in mentemque ipſis reuocabant] quem ignem rurſus aboleri atque extingui aiebant ab iis, Vrbem relinquentibus; quam Vrbem ipſis futuram eſſe dedecori, ſiue ab alienigenis et peregrinis aduentitiis reſtauratam videant, ſiue a nemine reſtauratam, ſed deſertam et paſturae pecudum permiſſam.

15. ἐκ ναυαγίας de meo dedi, pro vulgari ἐκ ναυαγίου. ναυαγία in foemin. et 1. declin. eſt naufragium, quaſſatio, et laceratio nauis

nauis, aut claffis. ναυάγιον in 2. decl. et genere neutro, eft rudes, tabula fuperftes e naui confracta.

561. antep. προβιάζεσθαι dant Iunt. et Ald.

562. 8. malim vocabulis tranfpofitis legi τὸν φέροντα τὸ πρῶτον σημεῖον. baiulantem lignum primum.

11. ἐννοίᾳ] imo vero ἀγνοίᾳ. infcitiae fuae rerum futurarum. deinde poft ἀδηλότητι deeft tale quodpiam vocabulum συμφώνου, aut προσηκούσης, aut ἁρμοζούσης. voce hac edita, quae effet vna temporique illi, et fuae rerum futurarum infcitiae atque incertitudini mirifice confentanea.

15. προτρεπομένων de meo dedi, pro vulgari fimplici τρεπομ.

16. poft πρὸς τὸ ἔργον, videtur deeffe ἀνώμαλον γενόμενον. — ad opus adhortantibus; quod opus factum eft inaequale ideo, quod loca a quoque occuparentur, non e praefcripta diftributione, — fed —

563. 5. e vulgari καλλιάδα alterum λ detraxi.

12. ἐπ' ὄρνισι] ab obferuandos auium volatus, infeffus, cantus. διαμαντευόμενοι] diuinantes, h. e. ifta omina hac illac interpretantes, prout quaeque identidem in alteram partem magis, quam in alteram ferrent.

antep. ᾧ] malim aut ὧς, aut ἐφ' ᾧ. quam ad rem Romulus quoque —

564. 7. geminaui, iudicio meo, λ vocabuli ἐμβαλ. quod in vulgatis fimplex eft, ob infequens πολιορκούντων.

565. 2. virgines liberas, h. e. conditionis ingenuae, non feruili loco natas, quae fibi, Latinis, loco matrumfamilias forent.

566. pen. τοῦς abeft a Iunt. et Ald. vt contra p. 567. 5. in Aldina legitur ἐπὶ τῷ τοῦ Ῥωμύλου.

ibid. συνεπιλαμβανομέναις de meo dedi, in datiuo, vt referatur ad αὐταῖς. et fubauditur ἐγίγνετο. vulgatae dant accufatiuum, συνεπιλαμβανομένας.

567. 5. κατὰ ταύτην de meo dedi, pro vulgari κατ' αὐτήν.

568. antep. f. βέλεσι καὶ κραυγῇ καθ' ἕτερον μέρος.

570. 13. ὑπολελοιπότας reuocaui e Iuntina et Ald. pro vulgari ἀπολελ.

571. 8. ἀπολαβεῖν ftare poteft, aut nequit, prout ἀφῃρημένους aut in fignificatione paffiua, qua vulgariter non vfurpatur, accipis, aut in actiua, qua paene fola frequentatur. videtur tamen vulgata recte habere, et Plutarchus ftudio ludicri captus, h. e. alliterationis in ἀπολαβεῖν et ἀποβαλεῖν, vocabulum ἀφῃρημένους in fenfu

ſenſu infrequentiore priuatos, exutos, vſurpare maluiſſe, quam alliteratione nil vti, et ἀφῃρημ. ſenſu vulgari vſurpare, qui eſt, eos, qui abſtulerunt, priuauerunt.

571. antep. διὰ νυκτὸς] reuocaui e Iunt. et Ald. praepoſitionem, quae a vulgatis abeſt.

572. 11. γινόμενον in praeſenti, quae res fieri, ſolet, de meo dedi, pro vulgari γενόμ. (in aor. 2.)

573. 2. Sequendam h. l. auctoritatem Dacerii mihi duxi, recta docentis. Perquam conturbatus enim in vulgatis ordo verborum ſic habet. ἔβλαπτεν ἡ ὄψις. ὁ γὰρ τόπος — πρὸς τοὺς Κελτοὺς ὑπεφαίνετο τῆς ἀγορᾶς ἀπὸ τοῦ Καπιτωλίου, καὶ παρεῖχεν —

6. aut prorſus amputanda ſunt iſta duo vocabula τὸ ἀδίκημα, nam homo dicitur ἀφίεσθαι abſolui, non crimen, aut ſic leg. eſt φανερῶς ἐλέγχουσι τὸ ἀδίκημα.

11. f. ὅ τε διώκων ἐλευθέρα [aut ἀνέδην] ἐχρήσατο τῇ κ.

12. f. παρεχώρησεν ἀποῦσα ἡ μνήμη τ. γ. mens rerum geſtarum memoria vacans permittebat — Ludit in vocabulis ἀποῦσα et παροῦσιν.

574. 16. τοῦ συνάρχοντος] articulum e Iunt. et Ald. addidi.

575. 7. τοὺς μὲν] partem illam copiarum Rom. quae in fugam coniecta iam in caſtra Camilli peruenerat. 8. τοὺς δὲ] partem, quae adhuc fugiens verſus illa caſtra ruebat, ſed nondum in ea ſe receperat.

15. Σουτρίαν dant Iunt. et Ald. et profecto, res vniuerſa ſatis luculenter prodit, de Satria Sutriaue et hic et paulo ante narrata prorſus eadem eſſe, quibuſdam aduentitiis, rem non mutantibus, non nihil inter ſe diſcrepantibus.

577. 8. pone συνειδότες vereor ne ἑαυτοῖς deſit.

14. αἱ ἐπιφανέσταται] articulum de meo addidi. Etiam poſt ἔκπης ſi addatur αὐτῷ, fiat oratio haud paulo planior.

578. 7. διαπεπραγμένον in accuſatiuo, de meo dedi, cohaeret enim cum αὐτὸν, pro vulgari διαπεπραγμένος in nominatiuo. nolens repugnare hominibus, quibus fiducia loquendi eſſet ad ſe, Camillum, qui, Camillus puta, ſecum, plebeiis nempe, peregiſſet foris, in bellis, imperatorem agens, res praeclaras, et numero plures, et illuſtriores, quam domi, in pace peregiſſet cum patriciis.

8. διὰ φθόνον ἐκείνων] propterea quod patricii ipſis, plebeiis puta, inuiderent, atque infeſti eſſent.

9. ὑπ᾽ αὐτῶν] a patriciis, a ſenatoribus.

ibid. malim compoſitum κατισχύσας. vbi ei, Camillo, licuiſſet ſuae potentiae praepollentia plebem opprimere.

578. 10.

578. 10. post καταλυθείη videtur αὐτὸς deesse.

15. ἀντανισταμένων] aut medium h. l. actiui locum implet, aut potius leg. videtur ἀντανιστάντων. iubentibus plebem e Comitio surgere atque decedere.

antep. ζημιώσειν] subaudi αὐτὸν, ipsum, Camillum puta.

579. 1. num deest καὶ λαμπρὰ, pone v. πολλά.

2. δυσεκνίκητον de meo dedi, pro vulgari δυσκίνητον. aegre expugnabilem et aegre domandam.

15. ὃ δὴ aut latinismus est, *id quod* — (nam graeca constructio postulabat ἣ δὴ, scil. φιλονεικία, —) aut sic est exponendum: ὃ μέρος τῆς στάσεως ἣν τὸ χαλεπώτατον μέρος αὐτῆς.

580. 6. καὶ ἡ βουλὴ τῷ δημοτικῷ de meo dedi, pro vulg. καὶ τῇ βουλῇ τῶν δημοτικῶν. quamquam ista prorsus abesse mallem, haud videns, quid aliud illa vocabula ἡ βουλὴ τῷ δημοτικῷ possint esse, quam verba τοῖς πολλοῖς οἱ κράτιστοι.

10. ὑποτίμησιν] nisi additum esset ὡς πρότερον, suspicarer locum hunc sic leg. esse οὔτε τὴν ἀπὸ τῆς ἡλικίας ἀπόλυσιν εἰπὼν οὔτε τῇ νόσῳ προφάσει χρησάμενος. neque aetatis veniam, neque morbum excusans. Verum iam necesse mihi video esse, vt fatear, me rationem non inuenire, qua me hoc e loco expediam. ὑποτίμησις non est mulcta, neque mulcta Camillo fuit irrogata, sed terror eius tantum fuit ostensus. deinde si vocabulum ὑποτίμ. mulctam h. l. significaret, abesse non posset articulus τήν. Possit ὑποτίμησις esse causatio, vel praetensio insufficientiae, cum tu excusas, te honore oblato indignum, eique gerendo te imparem esse. Foret tum ὑποτίμησις quasi *suppreciatio*, depressio suimet infra verum et iustum pretium. Verum haud praecessit in superioribus, quod equidem meminerim, Camillum hac excusatione vsum, defugisse honorem, vt ei se inhabilem ferret. αὐτόθεν est protinus, in continenti, vltro, sine mora, sine tergiuersatione.

17. κατάγνυσθαι significare potest, non solum confringi, sed etiam crenas accipere, *schärtig werden.*

antep. κύκλῳ] non tota scuta laminis aeneis obducebat, sed eas tantum extremis oris scutorum in orbem circumducebat. vtpote quas in oras gladiorum ictus primi et violentissimi infligerentur. Er fassete die äusersten Ränder der Schilder mit ehernen Blechen ein, die wie Krippen gestaltet waren. Er fütterte sie gleichsam damit von aussen, von innen, und von oben, *rund um.*

vlt. ad μακροῖς videtur οὖσι addendum esse.

581. 2. καταφορᾶς] ſubaudi αὐτῶν. enſium puta.

8. malim aut ἀνειλεῖσθαι, aut συνειλεῖσθαι. nam κατὰ in hac compoſitione cum natura locorum arduorum non conſentit. niſi ſi pro προσάντη leg. cenſeas κατάντη. verum loca depreſſa, ad quae facilis hoſti ſit acceſſus, haud oportuna ſunt copiis pauidis; magis ſunt loca ardua, ad quae negatum eſt hoſtibus accedere.

9. προσήμυνε dant Iunt. et Ald. quam lectionem mutandi cauſa, grauis quidem, erat nulla. cum τῶν ὑ. π. πορθουμένων accipi ſic poſſint, quaſi dixiſſet, ὅτε τὰ ὑπὸ πόδας ἐπορθεῖτο. non ſuccurrebat defendendi ergo, cum agri proximi deuaſtarentur.

pen. κατεβίβασεν] ſcil. e caſtris ſuis, quae in colle poſuerat.

582. 3. παρ' ἀξίαν] funditores enim cum omni reliqua armatura genus militiae ſunt ignobile et contemnendum.

13. τὰς μαχαίρας] id eſt ταῖς μαχαίραις τὰς αἰχμάς. die Schärfen, die Schneiden an den Schwertern.

15. συστρέφεσθαι] accipio pro συμπεριφέρεσθαι ſeſe accommodare, vertere, intorquere illam in partem, vnde Romanorum arma in ſe infligerentur.

583. 3. ἁλωσόμενον] id eſt ὅτι ἁλώσεται. futurum eſſe vt caperetur. propterea anguſtiis caſtrorum ſuorum ſe includere nolebant, ſed in amplitudinem campi patentis potius ſe coniiciebant.

antep. ἐν παρέργῳ] ſic dedi de meo, articulum omittens, quem vulgatae interponunt.

vlt. ὑπελείπετο καὶ χαλεπώτατος, ὁ πρὸς τὸν δῆμον] ſic de meo dedi. vulgatae dant ὑπελείπετο χαλεπώτερος πρὸς τὸν δ.

584. 2. aut in actiuo malim ἀντιπρατΊούσης, aut ἀντιπαρατατΊομένης.

4. μαχησομένων poteſt hactenus defendi, quod βουλὴ ſit nomen multitudinis. nam recte conſtructio poſtulat μαχησομένης, vt ἐώσης. et videri poſſit Plutarchus ab ea, quae eſt directiſſima et planiſſima loquendi ratio, ideo diſceſſiſſe, quo caueret, ne quis μαχησομένης cum ἐξουσίας copularet. videtur tamen potius Plutarchus μαχησόμενον in accuſ. ſing. dediſſe, vt ad Camillum redeat, et ἐκείνου tantundem valeat atque αὐτοῦ. quomodo a Noſtro ſaepe vſurpatur. Senatus non ſinebat Camillum deponere imperium, vt qui cum illa ſua poteſtate, vtpote ampliſſima et validiſſima, pro partibus optimatum hoc eſſet efficacius pugnaturus.

584. 14. εἰς τὸ Κατ.] malim pro praepoſitione ſiue ὡς, ſiue πρὸς.

antepen. neſcio an infinitiuus καταςήσειν ſit delendus.

585. 5. malim σὺν κρότῳ.

8. poſt ἐπὶ τοῖς γεγεννημένοις videtur χαριστήριον deeſſe, teſtimonium quo eſſet monumentumque memoris animi gratique.

14. τοῦτο τὸ πέρας] articulum de meo addidi.

586. 2. ἧλ. μὲν ἕνεκα] ſic de meo dedi, expuncto οὖν quod inter ambas illas particulas medium in vulgatis legitur, natum, ni fallor, ex eo, quod alii libri ἕνεκα, alii οὕνεκα ſcriptum exhiberent.

AD PERICLEM.

586. pen. poſt nomen Caeſaris ἐπιτιμήσεως χάριν increpandi ergo, aut ſimilis quaepiam ſententia deeſſe videtur. Nam cur alias addidiſſet ὡς ἔοικεν? dici poſſit hanc dictionem redire ad ξένους τινὰς, aut ad πλουσίους. non minus enim eſſe probabile, vt ciues Romani, in vrbe nati et educati, ſic inſanierint. et conditionem pauperum eiuſmodi ineptias non ferre. verum nimis diiuncta a ſemet et conuulſa ſunt, quam vt facile lector in ſuſpicionem incidat, iſta tam disiecta membra inter ſe copulanda eſſe.

587. 3. ἄρ' οὖν affirmatiue ſi accipis *Ergo* — bene habet. ſin interrogatiue, leg. erit ἆρ' οὖν οὐκ, ἐπεὶ — nonne igitur — conſentaneum eſt? Poſt ἐπεὶ vulgares editiones addunt κυνῶν τε καὶ πιθήκων ἔκγονα. quae vocabula periculo meo expunxi, illuc ab importunitate aut ſupinitate librariorum, aut neſcio quo caſu, lectorumue errore, perperam ingeſta. Sunt enim aliud nihil, quam varians lectio vocabulorum illorum, quae primo ſtatim verſu huius vitae leguntur, κυνῶν τέκνα καὶ πιθήκων.

8. τῆς πληγῆς de meo dedi, pro vulgari τὴν πληγήν. conſtrui enim ſolet ἀντιλαμβάνεσθαι cum genitiuo, non cum accuſatiuo.

antep. τῷ χαρίεντι] venuſtate, amoenitate ſua. ſic dedi de meo, pro vulgari τῷ χαίρειν.

588. 1. τοῖς ἱστορήσασιν] iis, qui eiuſmodi ſpectacula noſcitarunt. ſic, in aor. 1. participio, de meo dedi, pro vulgari ἱστορήμασι.

2. τῶν ἄλλων] quae non ſunt ex illorum genere, ad imitandum illicientium.

11. κατατέχνως de meo dedi, *Kunſtmäſſig*, artificioſe, ſecundum regulas et modulationes artis, pro vulgari κατατεχνικῶς. non

enim in adiectiuo, vnde aduerbia formantur, κατατέχνικος dicitur, sed κατάτεχνος. forte nata est lectio vulgaris, e scholio τεχνικῶς, superscripto.

588. pen. νέμῃ reuocaui, pro νέμει, aptus est ille coniunctiuus ex ἄν. sufficit regem Musis honorem habere, qui honos magnus est, in eo, vt alios spectet, musicorum certaminum documenta edentes. Verum tamen nunc mallem, vetustati tantum a me delatum non fuisse, vt nouam lectionem, νέμει, quae vtique praestat, ei cedere cogerem.

589. 1. εἰς τὰ καλὰ bene si habet, erit accipiendum pro ἐν τοῖς καλοῖς. malim tamen πρὸς τὰ καλά.

8. εἶναι καὶ τὸν] interposui καὶ de meo.

10. ὁρμὴν de meo dedi pro vulgari ἀφορμήν. quod sententiae repugnabat. vsurpat enim h. l. Plutarchus dictiones Stoicorum, quibus ἀφορμὴ est repugnantia, auersatio, fuga ab aliqua re; ἐφορμὴ contra inclinatio, propensio, incitatio et impetus animi versus aliquid. Licebat ergo ἐφορμὴν quoque sufficere; praeferendum tamen videbatur simplicius atque vsitatius.

590. 2. ante τὴν videtur σύμφωνον vel simile quid deesse. honestum iniicit animo impetum aliquem et conatum agendi, conformans spectatorem ad moratum quasi quendam mentis habitum non per ipsam imitationem, sed per meram honesti facinoris noscitationem (contemplationem, vel auditionem,) procreans voluntatem agendi, illi facinoris honestati consentaneam.

7. non video, cur hi tres accusatiui minus possint a κατὰ praemisso regi.

antep. sic de meo dedi. vulgares sic dant. τῶν μὲν φυλῶν Ἀκαμαντίδης, τῶν δὲ δήμων.

vlt. κατ' ἀμφοτέρους] scil. τοὺς γονέας.

591. 2. τοὺς Πεισιστρατίδας] articulum de meo addidi.

593. 3. Iuntina dat τοῖς ἐν δήμοις. quae lectio si probatur, leg. erit πυνθανομένοις, in datiuo plur. iis, qui in fabula Demi dicta percontantur. vulgatam peperit Aldina.

vlt. τὴν προτέραν] articulum e Iuntina et Aldina reuocaui. Plutarchus admonens, Damonis primam syllabam esse corripiendam, docet, hoc nomen proprium, non a δῆμος, sed a δαμᾶν vel δαμάζειν esse repetendum.

594. 1. τὴν μουσικὴν] articulum de meo addidi; αὖ item suffeci arbitratu meo in locum particulae ἄν, quae legitur in vulgatis.

594. 5.

594. 5. συνῆν] malim συνεῖναι. vt aptum ſit ex ἔοικε.

pen. f. πραγματευομένου μὲν καὶ αὐτοῦ περὶ φ. qui ipſe quoque, pariter atque Parmenides, phyſicis verſatus eſt in quaeſtionibus atque ſtudiis.

595. 2. οὐκ ἀπατηλὸν] non iocoſum, non ludicrum, non nugax, ſed graue, compoſitum, ſerium, atque ſeuerum.

pen. ἐν μεμιγμένοις] ſic, duobus vocabulis, de meo dedi, pro vulgari, ἐμμεμιγμ. vno vocabulo. reliquis in rebus omnibus commixtis et inter ſe perturbatis.

597. vlt. φοβερᾶς] id eſt περιδεοῦς, φόβου μεστῆς. quae ſignificatio huius vocabuli eſt inuentu paulo rarior. vulgo enim ſignificat, non pauidum atque trepidantem ipſum, ſed eum, qui alii terrorem iniicit.

598. pen. γέγονε de meo dedi. vt in verſu proximo vltimo pro vulgari γεγονέναι.

599. 2. τεχνητὰ σύμβολα ſunt indicia rerum ab aliis rebus effecta vel exiſtentia, non a natura procreatis, ſed ab arte humana elaboratis. vt taeda ardens, et gnomon vmbra tempus ſignificans, ſunt res hominum manibus comparatae. per quas nonnulla indicantur, quae videntes intelligunt, vel coniectant. ſunt σύμβολα, δι᾽ ὧν συμβάλλεταί τι ὑπὸ τῶν ὁρώντων. vt e. c. obſeſſi in vrbe, videntes eminus ſublatam facem, intelligunt, copias adeſſe ab amicis conſcriptas, a quibus eripiendi faucibus hoſtium atque obſidione liberandi ſint. Paraſitus vmbram in gnomone decimam cernens, intelligit eundi tempus ad coenam eſſe. Colligit Plutarchus ſic. ſi diuinis indiciis, (ſunt autem diuina, quaecunque a natura ipſa, ſine induſtria et voluntate hominum eueniunt, et e quibus diuinatio documenta capit) his ſi fidem derogamus, vna humanorum quoque fidem tollimus indiciorum. His autem ſi non licet fidem derogare, relinquenda etiam divinis eſt.

5. οὖν deeſt quibuſdam libris, quo fit vt ſuſpicer Plutarchum pro more ſuo loquendi, etiam hic dediſſe καὶ ταῦτα μὲν ἴσως.

601. 1. ὥστ᾽ ἐν de meo dedi, pro vulg. ὡς ἐν.

7. μάλιστα φαινόμενα] maxime in oculos incurrentia, cuiusmodi ſunt, vultus, vox, veſtitus, inceſſus, domicilium, victus, familia.

9. aut delenda videntur vocabula duo τοῖς συνοῦσιν, aut addendum φαῦλος vel ἐκφαυλιστέος. vt ſententia ſit ſiue iſtaec. extraneis nihil perinde mirandum videtur virorum bonorum, quam vita domeſtica. ſiue haec. cum vita virorum fortium domeſtica

 familia-

familiaribus contemnenda videtur, tum eadem extraneis videtur in primis venerabilis.

601. 11. ἐπλησίαζεν] in concione puta. verum, aut vehementer fallor, aut Plutarchus dedit ἐκκλησίαζεν concionatus eſt.

602. 2. παρατείνειν ſignificare videtur h. l. torquere veluti atque exagitare, h. e. crebro citare et vſurpare. vult dicere, ni fallor, Periclem in concionando ſaepiſſime artes ab Anaxagora acceptas ad vſum vocaſſe.

11. βαφὴν] tinctura, qua ferrum ſolidatur, et in chalybem vertitur, firmum tenaxque, ſed et flexile atque elaſticum, et acutum ſecanſque redditur, h. l. βαφὴ appellatur. Rhetorica, ſeu exercitatio allocutionum in concione populi habendarum, comparatur cum ferro, nobilitando atque perficiendo per βαφὴν hanc, h. e. per diſputationes e phyſica depromtas. Sic appellabant tum vniuerſum philoſophiae ambitum, quatenus euentus naturales in coelo terriſque, naturas diuinamque humanamque, mores, iura, ciuileque atque natura cum populis omnibus communicatum amplectitur. vt nos loquimur, Phyſicam, Theologiam, Pſychologiam, Ethicam, Ius Naturale, Ius Ciuile. Loci ex his diſciplinis arma ſunt ab oratore rotanda et intorquenda. ὑποχεῖν vel ὑποχεῖσθαι eſt clam, paulatim, ſine ſenſu inſtillare, infundere.

vlt. τὴν ἐπίκλησιν] cognomen, quod omnes nimirum norunt Pericli fuiſſe additum. Nihil hic deeſſe videtur.

603. 5. vulgatae dant τῷ ἀνδρὶ αὐτῷ τὴν δόξαν. ego periculo meo αὐτῷ expunxi, quod aut e varia lectione, aut e ſcholio natum eſſe videtur, h. e. aut aliis in codd. fuit αὐτῷ, in aliis τῷ ἀνδρὶ, aut iſtud aliquis ſuper hoc pro interpretamento adſcripſit.

9. ἐν τῇ γλώσσῃ] articulum de meo addidi.

vlt. ἐρῶντας] ſcil. αὐτὸν πίπτοντα, ὑπ᾽ ἐμοῦ καταβληθέντα.

604. 7. προσφερόμενον] accedentem, inuectam, velut nubem nimboſam, aut procellam ventoſam, aut vndam turritam.

605. 2. ταῦτ᾽] honores puta, qui ſic defunctis a poſteris habentur, et bona, quibus poſteri perpetuis fruuntur, poſtquam ſemel iſtorum defunctorum contentione ſpiritụque parta ſunt, libertas puta et maieſtas imperii, quae bona maiores tribuunt et relinquunt poſteris, ea ſunt immortalia. Ergo ſic defuncti ſunt perinde immortales, atque dii ipſi ſunt. Enthymema eſt, vltimo membro, h. e. concluſione, detruncatum.

609. 6. ἀπελθὼν bene habet. profectus, Spartam puta.

610. 1.

610. 1. non difplicet poft γραῦς εἶ, vocabulum γραῦς, fed folum, fine εἶ iterari.

2. δράσειν fufpectum eft. num θράσσειν? hoc eft ταράσσειν. nimis es vetula anus, quam vt te deceat tantas res conturbare. an δρασείειν leg. eft. geftire facere, ligurrire veluti reip. tractationem. verba in είω exeuntia, notum eft indicare ftudium, cupiditatem, ardorem aliquem.

9. προσβέβληκε] id eft quafi προσεμέμηκε vomitu in os eius reiecit. fic dedi de meo, pro vulgari προβέβληκε.

11. ἧς οὐδὲν ἐκφύεται] fic rurfus de meo dedi, pro vulgari οἷς οὐδὲν ἐμφύεται.

612. 3. εἰς τἀντίπαλον] id eft εἰς τὸ ἀντίπ. fic de meo dedi. vulgatae omittunt articulum. pari modo τοῦ verfu vltimo de meo addidi.

613. 3. f. διαπλοκὴ ἀμυδρά τις ἦν, ὕπουλον [in accufatiuo] deeffe vocabulum ἀμυδρὰ vel fimile quodpiam infequentia, his oppofita, docent.

6. ἐκείνων] Thucydidis atque Periclis.

14. μῆνας bene habet. octo menfes tantundem valet, atque fi dixiffet, potiffimam anni partem. Attinebat vtique hoc commemorari. De minis cogitari h. l. nullo modo poteft. Octonas minas ais gregario militi datas effe? Menftruafne? immanis fumma. an annuas? atqui nunquam datae tot funt, neque in menfem, neque in annum.

614. 9. καταψεύδεσθαι [compofitum] de meo dedi, pro fimplici ψεύδεσθαι, quod eft in vulgatis. Quo facto neceffe quoque fuit, vt in voc. αὐτῆς qui in vulgatis lenis eft, afpero mutarem, et ἐκείνης genit. cum ἐκείνην accufatiuo. Vidit quidem iam Bryanus quoque dudum, hoc fieri debere. verum interpretatio ipfius prodit, veram loci fententiam ipfum fugiffe. Exiftimat enim ἐκείνην ad δύναμιν referri oportere. Atqui redit ad Ἑλλάδα. fententia haec eft. id quod Graeciae vel folum teftatur atque documento eft, illam, ἐκείνην, Graeciam puta, non falfo de fe praedicare iftam vulgo iactatam famaque celebratam potentiam. καταψεύδεσθαι ἑαυτοῦ τι eft aliquid ipfe de fe gloriofius, quam verius, praedicare.

616. 6. vifum fuit interpretibus ordinem vocabulorum γιγνομένων et γενομένων effe inuertendum. Mihi fecus videtur. vulgatus ordo probandus eft atque feruandus. Mallem equidem noluiffe Plutarchum h. l. ineptire. Verbis enim ludere, nulla neceffitate, et ita vt frigida fiat atque coacta oratio, quid eft

 aliud,

aliud, quam pueriliter ingenium iactare. Verum hanc quidem ipſe culpam praeſtet. Nos ſententiam eius veſtigemus. Athenienſium ea tum ait fuiſſe inſtituta, vt ab iis, dum fierent, gloria exſiſteret immortalis, et a iam factis opulentia. Fiebant ergo ſeu agebantur, exercebantur, ἐγίγνετο Athenis bella terreſtriaque atque maritima, et negotiationes, h. e. mercium per naues vecturae et permutationes, ex omnibus orbis terrarum partibus, vndecunque et quaquaverſum. Artes has, bellicaſque et mercantiles, adde literarum et philoſophiae ſtudia, quibus Athenae inprimis florebant, nemo dubitauit vrbi gloriam aeternam ex eo peperiſſe, non quod ibi olim exercitatae fuiſſent, ſed quod tum adhuc exercerentur, aetate puta, non Plutarchi, multo minus noſtra, ſed Periclis. Opera autem artis, ab opificum manibus atque induſtria perfecta, quae Plutarchi ſunt τὰ γενόμενα, pariunt vrbi contrahuntque opes e venditione. Prius enim quam ſunt γενόμενα, perfecta, elaborata, abſoluta, vendi et aera merere nequeunt. Verum vt dixi luſus hic verborum obſcurus, difficilis captu, ingratus, et affectatus eſt.

616. 10. κοσμουμένην] artibus belli. τρεφομένην] artibus pacis.

12. ἀσύντακτον] in codicillos ordineſque militares non relatam. h. e. ſtipendia non merentem. vel etiam συντάξεις. nullas praebentem, neque ferentem. h. e. certa et condicta ſtipendia, aut contributiones pecuniarias ad aerarium militare.

617. 5. χρυσοῦ μαλακτῆρες, ἐλέφαντος, ζωγράφοι] loci huius haec diſtinctio non a me inuenta, ſed ex editione Bryani ſeruata eſt. Mihi videtur leg. eſſe χρυσουργοὶ [vel potius χρυσοχόοι. id quod illo altero eſt vſitatius] aurifabri, μαλακτῆρες ἐλέφαντος, qui ebur molle et ductile reddunt. ζωγράφοι. pictores. Verum qui ſint mollitores eboris eſt paulo obſcurius. Si ſunt qui ebur tenues in lamellas diſſecant, age, χρυσοῦ μαλακτῆρες καὶ ἐλέφαντος ſcribamus. qui aurum tenuiſſimas in bracteolas contundunt, et in ſubtiliſſima fila extrahunt, item qui ebur pellucidas in tabellas concidunt; Poteſt quoque ſic diſtingui χρυσοῦ μαλακτῆρες, *Goldſchläger, und Golddratzieher.* ἐλέφαντος ζωγράφοι, qui in ebore pingunt encauſto. Verum non video qua de cauſa ſolum hoc genus pictorum maluerit appellare, encauſtiarios, reliquas omnes gentes pictorum, quae ſunt plurimae numero, tranſmittere ſilentio. ποικιλταὶ ſunt ſutores phrygionici, qui filis aureis ſericeisue florum aliaſue imagines veſtibus inſuunt. *Gold- und Silber-Sticker.*

7. duo vocabula καὶ κυβερνῆται e Iuntina et Aldina addidi.

10. ληκυθουργοὶ de meo dedi, pro vulgari λιθουργοὶ. qui lecythos faciunt et vendunt, h. e. ampullas ſcorteas oleo ſeruando,

ad

ad vſum balnearem, et in itineribus. Nemo veterum iter faciebat, qui non aut ipſe lecythum gereret, aut ſeruum ſecum haberet, lecythum baiulantem. vt nos hodie panaria, ciſtulaſque lagenis vini refertas (*Felleiſen, und Flaſchenfutter*) nobiſcum gerimus peregrinantes.

618. pen. ἀρχαῖον] ob operis praeſtantiam vel vetuſtiſſimis quibuſque comparabile.

619. 4. ἐχόντων τῶν ἔργων] exit haec quoque ſententia eadem in verba, in quae proxima ſuperior exibat, quam ſimilitudinem in tanta vicinitate miror vtique.

620. 3. προάγει producit, extrahit, de meo dedi, pro vulg. προσάγει.

vlt. malim πρῶτον aduerbialiter. tum primum.

622. 2. ἐπεστάτει (in imperfecto) reſtitui e Iuntina et Aldina. vulgatae dant ἐπιστάτει. in imperatiuo.

623. 2. ἐπίπροσθεν εἶναί τί τινι, dicitur res, e. c. turris, aut murus fluuiuſue, intercedens, obſtans, officiens, quominus tu, quod videre vis, id videas; quo accedere vis, eo peruenias. Egit, niſi memoria me fallit, hac de dictione Gronouius ad librum primum Polybii.

623. 10. ἐμοὶ δεδαπανήσθω] leuis admodum et friuola atque nugatoria oratio. Quaſi tu, Pericle, tuo de patrimonio refundere potuiſſes aerario illos tam enormes atque incredibiles ſumtus in opera tot numero atque tam ſumtuoſa. Idemne eſt titulum ſui nominis inſcribere monumento, et ſumtus in id erogare? Iocari hoc quidem eſt, et facilitati plebeculae illudere. Verum tota haec facetiola Taubmannianis digna, non attico e foro, neque ore Periclis, ſed e ſchola neſcio cuius vmbratici et fatui Sophiſtae exiſſe videtur. Plutarchi iudicium nil moror.

624. 3. haud liquet, vtrum rectius ſit, vulgatum Ἀθηναίων, an Ἀθηνῶν, genitiuus ab Ἀθῆναι.

12. ἔνια] id eſt κατ' ἔνια, vel εἰς ἔνια, vel πρὸς ἔνια. quamquam addi ſiue εἰς, ſiue πρὸς, vtique malim. ὑποθρύπτεσθαι eſt cum tu gratia, reuerentia, caritate, commiſeratione alicuius ei conniues, indulges, gratificaris, quae ſponte tua non ſis auſurus.

vlt. ἡδονὰς εὐλαβεῖς] oblectationes cum cautione coniunctas, quas et medicus cautus et parca manu indulget, et aeger ſeuera cum diligentia atque circumſpectione percipit. Quid de coniectura ſit arbitrandum, quae primum legenti hunc locum mihi occurrebat ἡδ. ἀβλαβεῖς, voluptates noxia vacantes, in medio poſitum eſto.

625. 1. προσφέροντα ἐπὶ σωτηρίᾳ] ſic dedi de meo, pro vulg. πρ. τῇ σωτηρίᾳ.

626. 10. αὐτὰ malim, ſi metrum ſinat, cum αὐτὸν permutari. ipſum ſuis manibus.

15. ἐφ' ὥραν de meo dedi, pro vulg. ἐφ' ὥρᾳ.

627. 1. Sententia eſt, quamuis tot eſſent ſingulares eius ϛρατηγίαι ſeu praeturae, quot anni, quorum in ſingulos quoſque identidem praetor legeretur, verum tamen quod quotannis praetor nuncuparetur, hae particulares ſtrategiae in vnam ſummam collectae, pro vna continua poſſunt haberi praetura, vtpote nullis priuatae vitae ceſſationibus interpolata.

vlt. ἅπαντα] ſententia poſtulat ἀπάρτητα. Sunt quidem iſtaec [nam ἐϛὶ ſubauditur] diſcrepantia et diuerſa ab Anaxagorae ſapientia. ἀπάρτητος idem eſt atque ἀπηρτημένος. disiunctus, ſeparatus.

632. 8. reuocaui e Iuntina et Aldina τῆς παραλίας πόλεις. ſubaudi τινάς. oppida quaedam regionis in Peloponneſo mari aſſitae.

633. 14. οἰκίαν in ſing. dat Iuntina. Tyranni ſunt Timeſileos, cum liberis atque neceſſariis et familiaribus.

635. vlt. χρήμασιν] decem talentis. v. p. 636. 13. vbi commemorata x. talenta, quae Pericles, a ſe in rationem expenſorum relata, cum reticuiſſet cui eſſent data, quamue in rem impenſa, populus Athen. nil vltra inquirens, rationem probauit, haec ipſa ſunt Cleandridae data χρήματα.

637. 5. Ἀθηναίους κατῴκισε, μόνοις τούτοις —] Sic ordinaui verba, meo arbitratu, in vulgatis ſic iacentia. Ἀθηναίους μόνους κατῴκισε, τούτοις — Pericles ſolos in illos [Heſtiaeenſes] hac vſus eſt acerbitate, quod —

638. 10. ὡς ſuffeci in locum εἰς. idem valet atque πρός.

640. 10. καὶ ταῦτα] copulatiuam de meo addidi.

641. vlt. ὧν εἴκοσι ϛρατιώτιδες ἦσαν] de ſeptuaginta nauibus ſi ſolae viginti militibus armatis inſtructae fuerunt, 1) primum magnum non eſt facinus claſſe 44 nauium vincere aliam, viginti tantum naues habentem. 2) quid vexerunt caeterae 50 naues? num ſolos nautas? multo magis eſt conſentaneum, illarum 70 nauium vnamquamque cum nautis etiam claſſiarios vexiſſe. Ergo non ſatis intelligimus, quae ſint naues ϛρατιώτιδες.

642. 15. alius ſic locutus eſſet πολλὰς μὲν αὐτάνδρους ἑλόντες ναῦς, πολλὰς δὲ διαφθείραντες.

642. 16.

642. 16. ἐχρῶντο τῇ θαλάσσῃ] ſcil. ἐλευθέρᾳ.

643. 3. f. ὑπόσιμος μὲν εἰς τὸ πρώρωμα. Subſima, h. e. nonnihil obtuſa, et introrſum repreſſa, quoad partes anteriores. nam aliae naues circa proram ſunt acutae, roſtratae. *Vorne am Schnabel etwas platt, wenig gekrümmet, und wenig zugeſpitzet.*

5. non video quomodo nauis circa proram ſima poſſit celeriter et cum impetu vndas findere.

pen. εἰς ὀκτὼ μ.] praepoſitionem de meo addidi.

644. 4. id eſt τῇ καινότητι αὐτῶν θελχθέντα vel κηληθέντα.

5. malim πορόντες. (per tria ο.) praebitas, praeſtitas, ſuppeditatas ab Artemone.

645. 8. ἡμέρας (in accuſat.) de meo dedi, pro vulg. ἡμέραις.

646. 2. aut pro ὃς leg. eſt ὅθ' [id eſt ὅτι, *quod*] aut illo ὃς ſeruato, leg. eſt ταῦτ', ἔφη, σοῦ τὰ θαυμαστά.

8. σὺ κἂν μύροισι] Sic de meo dedi, pro vulgari οὐκ ἂν μ. Conſtructio haec eſt. σὺ, κἂν γραῦς οὖσα, ὅμως ἠλείφου ἂν μύροις. tam es expudoratae et perfrictae frontis, vt, quamuis ſis anus, tamen nil te pudeat vnguentis vti. In iſta oris tui foeditate, et in iſto aetatis marcore, tamen affectas mores proſtibulorum.

650. 2. προβαλομένου de meo dedi, detrahens alterum λ e vulgata.

4. στρέψον εἴσω τὸ πινάκιον] tabulae, cui plebiſcitum hoc inſcriptum eſt, partem anteriorem, h. e. literis exaratam, nunc omnium conſpectui patentem, inuerte, vt pars iam auerſa, literis vacua, fiat aduerſa, vt eam ſpectantes tabulam quidem videant, ſed nihil in ea literarum. Nam lex nil definit de parte plebiſciti ſpectatum exponenda, vtrum ea ſit conſcripta, an vacua.

5. κομψοῦ] ſcitum, egregium, callidiſſimum et expeditiſſimum inuentum, quod difficultates omnes diſſolueret et expediret.

14. αἰτίᾳ bene ſi habet, Latiniſmus eſt. culpa Megarenſium. Alius ἀνοίᾳ vel ἀπονοίᾳ dixiſſet.

vlt. malim πάτριον.

651. 2. num θριασίας.

652. 1. ἔσχε] ſcil. plebiſcitum contra Megarenſes.

4. poſt γνώμης videtur ὀρθῆς deeſſe. ad κατὰ τὸ βέλτιστον poteſt πέρας ſubaudiri. excelſi animi cum pertinacia, et conſilio recto, ad finem ſaluberrimum, obſtitiſſe atque eluiſſe impetus aduerſariorum.

653. 1. τῷ ἀγάλματι] articulum de meo addidi.

653. vlt. malim καὶ Ἀσπασία. etiam Aſpaſia.

655. 1. malim τῷ ἐν τῇ πόλει. id eſt τῷ ἐν τῇ ἀκροπόλει. nam τὴν πόλιν ſaepe ſic nude appellari pro acropoli, notum eſt. iudices arbitrarentur iurati, teſtulis ex ara depromtis, illa nempe ara, quae in aede Mineruae in arce religioſiſſime colitur.

4. ἀδικίας] in vetuſtioribus edd. legitur ἀδίκου. vnde ſuſpicor, olim hic verſatum in libris fuiſſe ἀδικίου. malae fraudis admiſſae, peculatus, opum interuerſarum, quo laeſa et imminuta eſſent P. A. commoda a Pericle. Crebra occurrunt nomina actionum in foro attico, in ιου exeunte, vt ἀγραφίου, λειποταξίου.

658. 3. ὡς τἀνάπαιςα] id eſt ὡς τὰ ἀνάπαιςα. ſic correxi vitium vulgatarum ὥς' ἀνάπαιςα.

660. 7. vulgatae dant καθάπερ πρὸς ἰατρὸν. Ego arbitratu meo πρὸς deleui. Conſtructio eſt καὶ ἐπεχείρησαν ἀδικεῖν [ſubaudi αὐτὸν] καθάπερ ἀδικοῦσιν οἱ νοσοῦντες παραφρονήσαντες τὸν ἰατρὸν. et conabantur eum vexare, vt faciunt aegri, mentis de ſtatu a vi morbi deiecti, in medicum inſurgentes.

14. malim καταδεξάμενος. verſu proximo ſuperiori videtur ante τῷ πολέμῳ deeſſe πτοηθέντα, aut ἐκτιναχθέντα, aut ſimile quid aliud.

661. 4. e lectione Iuntinae atque Aldinae ἔλαττον, potuiſſet etiam ἐλάττονα effici.

11. δεινὸν] ſcil. τὸ μηδὲν ὁρᾶν παρακαλυφθέντα, καὶ ἀποκεκλεῖσθαι τῆς ὄψεως.

662. 4. κυρίους] ſcil. earum duarum rerum, quae in continenti commemorantur, abrogationis imperii, et irrogationis mulctae. poteſt quoque αὐτῆς ſubaudiri. ſcil. τῆς ψήφου. cum facti eſſent compotes teſtulae, vtram ferre mallent, damnantem, an abſoluentem.

11. παύσεσθαι de meo dedi, pro vulgari παύσασθαι.

antep. διατεταραγμένῳ (in datiuo ſing.) dedi de meo, pro vulg. διατεταραγμένων. redit enim ad αὐτῷ, vt ἔχοντι.

pen. vulgatae poſt πρεσβύτατος addunt αὐτῷ, quod expunxi, fretus auctoritate Iuntinae Aldinaeque.

vlt. δαπανηρὸς] Eaedem editiones principes dant πονηρὸς, vnde reuocaui.

663. 1. num Ἰσχάνδρου.

664. 3. idem eſt ac ſi dixiſſet. οὐ μόνον οὐδὲν αὐτῷ ἀπέδωκεν, ἀλλὰ καὶ προσέλαχε δίκην. non tantum nihil ei reddidit, ſed praeterea quoque in foro perſecutus eum eſt, quod aere mutuo ſuppeditando filii degeneris atque prodigi nutriret luxuriam.

665. 7.

665. 7. περὶ τῆς γυναικὸς] Stefimbroti puta. v. p.

667. 3. Locus hic fanus non videtur. Alius dixiffet ἐρημία [in nominatiuo] διαδοχῆς καταλάβῃ τὸν οἶκον, ἐπιλίποι τε τοὔνομα.

668. 1. τοῦ reuocaui e Iuntina et Aldina. nam vulgatae dant τόν. deinde de meo dedi τοσούτων, fubaudi ἀνθρώπων. Conftructio haec eft. ὄντος δεινοῦ τοῦ διαλυθῆναι τὸν νόμον, τὸν κατὰ τοσούτων ἰσχύσαντα, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ γράψαντος αὐτόν. Res nefanda cum videretur effe, quae lex adverfus tot numero miferos et infontes homines valuiffet, fi ea lex ab ipfo eius latore rurfus refcinderetur.

6. Iuntina et Aldina dant αὐτόν τε νεμεσητά τε παθεῖν. vnde colligi poffit Plutarchum dediffe αὐτόν τε νεμεσητὰ πεπονθέναι. Sed quid funt νεμεσητά? exprobranda, cenfuris, notis, exagitationibus digna. Vocabuli vtique formatio fignificatum hunc fecum fert; fed illum ab huius loci fententia alienum. Num ergo ἀνεμέσητα. non digna cuiufquam infectatione, non eiufmodi, vt par fit quemquam ideo probris confcindi, aut flagello laetitiae de cladibus alienis exfultantis vri. *wo Tadelfucht und fchadenfrohe Bitterkeit hämifcher Vorwürfe keinen Platz hat.* quia non flagitia, fed infortunia ifta funt, quae nulli non homini nato contingunt, ipfifque adeo criminantibus.

11. f. τότε δὲ καὶ τοῦ Π.

670. 6. vocabula duo Ὀλύμπιον προσαγορεύεσθαι vt amputanda vncis inclufi, quae conftat e fcholio nata, ad illa vocabula τὴν μειρακιώδη καὶ σοβαρὰν ἐκείνην προσωνυμίαν adfcripta.

13. χρώμενον] melius conueniret τεθολωμένον.

671. 7. ἀνωμολογοῦντο] fic, in medio, dedi, contractis duobus in vnum vocabulis. vulgatae enim fic dant ἀνωμολόγουν τό. quafi actiuum fit.

AD FABIVM MAXIMVM.

675. 12. ἐπεὶ —] apodofis huius periodi incipit a verbis τὸν μὲν ὕπατον p. 676. 10.

676. 8. f. πολλὰ πολλαχῆ γραμματεῖα.

10. f. τὸν μὲν ἕτερον ὕπατον. Apodofis eft in verbis Φάβιον δὲ verfu 15. nam idem eft ac fi dixiffet τὸν δ' ἕτερον ὕπατον. Nam Fabius Flaminii erat collega.

677. 1. ἐπ' αὐτὸ τοῦτο] ad pugnandum puta in aperto campo, collatis fignis. fic de meo dedi, pro vulgari ἐπ' αὐτῷ τούτῳ.

4. αὐτῇ (in datiuo) rurfus de meo dedi, pro vulgari αὐτήν (in accufatiuo.)

677. 5. num ἐκλάμψασαν.

13. ἐξέπεσε] scil. τοῦ ἵππου, vel τῆς ἕδρας. raro modo vsurpauit h. l. Plutarchus hoc verbum, quod de histrionibus ferme vsurpatur scena eiectis.

678. I. βιαίου τοῦ πάθους] articulum de meo addidi.

9. ἠγνοεῖτο τὸ παράπαν] sic de meo dedi. vulgatae dant ἠγνόει (in imperf. actiui) [quasi Hannibal ignorasset] τὸ παρ. Iuntina et Aldina dant ἠγνοεῖτο (in imperf. passiui) παράπαν sine articulo.

14. aut deest aliquid, aut leg. οὐ περιπλέκων, οὐδὲ παράγων.

679. II. post ἔτι deest, aut subaudiri certe debet ἀντίπαλον.

681. I. malim χρησμίων. Libri χρήσμιοι sunt χρησμῶν γέμοντες. oraculorum pleni. αὐτοῖς idem est atque παρ' αὐτοῖς. aut τῶν παρ' αὐτοῖς ἐν τοῖς χρησμῳδέσιν ἀριθμουμένων.

vlt. προελθὼν] e curia puta. sic de meo dedi pro vulgari προσελθὼν, quod si probetur, sit quoque εἰς cum πρὸς mutandum.

683. vlt. f. τοῦτο τὸ πλῆθος. (in accusat.)

684. 3. f. πλήθους ὢν, ἐν αὐτῷ τάς τε πρ. aut sic καὶ πρῶτος τῶν περιττῶν ὢν, ἀρχήν (in accusatiuo) τε πλήθους ἐν αὐτῷ, τάς τε πρ.

4. διαφορὰς] omnis numeri puta.

6. malim ἀναρτήσας.

14. ἀπὸ] num ἄποθεν *procul.*

16. παραφαινόμενος de meo dedi, pro vulg. περιφ.

pen. μαχησομένου (in genit.) de meo dedi, pro vulg. μαχησόμενος (in nominat.) metum perpetuum, quasi mox pugnaturi.

vlt. αὐτῆς ex Aldina reuocaui. In reliquis, et ipsa adeo Iuntina, est αὐτοῖς. quod miror, cum rarissime Iuntinam sequantur, paene in vna Aldina conquiescentes.

685. 14. quid si sic legatur. τῷ δ' ἡ μὲν κρίσις, πίστιν ἔχουσα τοῦ συμφέροντος ἐν ἑαυτῇ, βέβαιος — At ei iudicium, seu consilium, quod ceperat, de praeliis defugiendis, vtpote in semet habens fidem vtilitatis, h. e. de eo, quod expediret reip., alii nemini, praeterquam sibi soli fidens, firmum perstabat.

687. 8. ἔνθα τὰ ἕλη —] vitium loci cerno, quod tollere nescio.

9. ἔχει] scil. ὁ αὐλών. vallis.

13. τῶν ἄλλων bene videtur habere. vnico tantum in loco pate-

patebat oſtium, h. e. introitus et exitus, in hanc vallem, per hiatum inter par montium oppoſitorum. reliqua iuga, inter ſe continuata, imperuia erant. Oſtium illud oppilabat Fabius.

688. 8. f. τοιάδε in foemin. ſcil. ἀπάτη.

689. pen. δὲ bene habet. Idem eſt ac ſi dixiſſet. ου μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ οἱ ψιλοὶ τοῦ Α. —

691. 5. ὃς de meo addidi, quod ſine eo conſtructio ſit hiatura.

7. ἐκείνῳ redit ad Minucium, τούτου ad Fabium.

10. ὡμολογήκεισαν de meo dedi, ob inſequens αὐτοῖς, quod e Iuntina reuocaui atque Aldina. nam vulgatae dant αὐτῷ. et omnes ὡμολογήκει. in ſingulari. Sententia haec eſt. conuenerat ipſis inter ſe, Hannibali puta cum Fabio.

12. τὸν κομιζόμενον (in accuſat. ſing.) de meo dedi, pro vulg. τῶν κομιζομένων. vt qui referret capita, quae non potuiſſent aliis paribus capitibus relui, ideoque aere relui deberent, pro capite quoque penderet tantum —

692. antep. προσβαλὼν τῷ ὑπολιπομένῳ, κατέῤῥαξεν] ſic correxi ſcriptionem cum diſtinctione, de meo ſenſu. vulgatae dant προσβαλὼν, τῶν ὑπολειπομένων κατ. Ad τῷ ὑπολιπομένῳ ſubauditur τῆς ϛρατιᾶς. adortus copiarum eam partem, quae in caſtris remanſerat. ὑπολιπέσθαι ſolet pro ὑπολειφθῆναι vſurpari.

693. 15. χρόνον de meo dedi, in accuſ. pro vulg. χρόνῳ — certas Hannibali ſtabileſque det in Italia ſedes, otiique ſatis, quo nouae ex Africa copiae accedere poſſint.

pen. aut οὐδ᾽ ἐμέλλησε leg. eſt, aut οὐδὲν οὐδ᾽ ἐμέλλησε. (nam verbum μέλλειν, cum litera geminata, bene hic habet.) ne conatus quidem eſt oratione ſe defendere, ne in mentem quidem id ſibi venire paſſus eſt.

vlt. ὡς᾽] ſententia poſtulat εἶτ᾽ (id eſt εἶτα.)

694. 1. βαδιεῖσθαι] ſcil. ἔφη. aiebat ſe iturum. prius ἔφη p. 693. pen. accipiendum eſt pro imperabat, edicebat.

3. poſt κινδυνεύσαντος videtur ἂν deeſſe, aut certe ſubaudiri debet. nam aoriſtum tempus h. l. recte habet.

695. 7. προῆλθε vt redundans vncis incluſi. aut alias, ſi ſeruatur, comma poſt βουλὴν puncto erit mutandum verſu 8. et ad αὐθημερὸν addendum δέ.

9. προαγαγόντας in aor. ſec. de meo dedi, pro vulg. προάγοντας. a quibus in forum deductus fuiſſet ad honorem iſtum capeſſendum.

696. 3.

696. 2. malim ὅτω καὶ Φάβιος.

6. διὰ vtique delendum videtur, vt e calce vocabuli proximi ἀβελία natum. Sententia haec fubiicit ἀβελία, λυμαίνεσθαι τὰ κοινὰ δεδ. vecordia plebeianorum, qui remp. peffumdandi oportunitates hominis leuis et vani ambitioni male fanae dediffent. Nam poft ἀνδρὸς videtur κούφε aut tale quid deeffe.

14. τι videtur redundare.

698. 4. τῇ vncis inclufi, quod in hac dictione ἅμα ἡμέρᾳ folet omitti.

9. ἐπὶ τῦ λόφε] articulum de meo addidi.

10. ἐπὶ] malim ἀπό.

699. 6. ἐπὶ τῶν ὅπλων vna vtrumque fignificat, tam *in armis*, quam *in caftris*. tenebat copias intra vallem, ftantes in acie, et armatas, vt ii confeftim dimicandum fit. Ideo p. 700. 3. ἐκφέρειν ait figna extra vallum efferre.

700. 4. νῦν τις] id eft ὁ βελόμενος. iam mihi quis, h. e. quicunque vir fortis haberi vult, incitatus eat, feftinet, id eft velim vos omnes acerrime contendere. Dictio in omnibus linguis vfitatiffima. τις refpondet noftrati *man*. *Nun fey man mir muthig und wacker, und fchreite frifch zum Wercke.* id eft. *Cameraten, haltet euch brav.*

8. quaerant velim num πρῶτος ἐπιφανεὶς idem fit, atque ἅμα τῷ πρῶτον ἐπιφανῆναι. vt primum in confpectum venit.

701. vlt. fort. μὴ καλῶς φιλοτιμ. cognoui me contendere, fed parum honefte, parumque decenter contendere de gloriae victoria cum iis, a quibus vinci multo fit honeftius atque gloriofius.

704. pen. fic, vt vides, lector aeque, locum hunc conftitui, tranfpofitione vocabuli πολλῶν, quod ad veram fedem fuam reduxi, a qua in vulgatis aberrat, quae fic dant ἄνδρα πολέμων ἔμπειρον. et tum καὶ καταπλῆγα πολλῶν ἔκ τινος.

705. 1. ἀνίςη, in imperfecto, de meo dedi, pro vulg. ἀνέςη, in aor. fec. excitabat perculfum, animi deiectum.

5. f. τῆς αὑτῦ δυνάμεως. Varronem haud intelligentem, quae fint et quantae vires, qui nerui fuarum copiarum, ideo bellum effe flagitaturum, et in id tota vi incubiturum. Hannibalem contra bellum effe defugiturum, vtpote fuae infirmitatis probe intelligentem.

13. Sententia haec videtur effe. Vtrouis pacto video mihi pereundum eft, fiue a telis hoftium, fiue a condemnatione ciuium. illud, fi furiofae libidini, qua Varro cum plebe ad dimicandum

candum fertur, cedo, hoc ſi tibi morem gero, Fabi, ſalutaria ſuadenti. Hac in neceſſitate mortem a telis hoſtium praehabebo morti a ſuffragiis ciuium. Quod ſi ergo reſp. eum in locum eſt adducta, vt pugnandum neceſſario ſit, ſtudebo boni partes imperatoris potius fungi, quam —

706. 6. quod in libris eſt Ἀμφίδιον non ita prorſus eſt improbandum, modo teneatur, illud μ, more graecorum illud multis literis inutiliter praeponentium, redundare. vt πέμπερι aliud nihil eſt, neque aliter ab ipſis pronuntiatur, quam a nobis πέπερι. Ita Ἀμφίδιος non aliter pronunciatur, quam Ἀφίδιος. et ſic pronunciabant Aufidus, quaſi ſine *u* eſſet exaratum. Omnia nomina ab *au* incipientia, illi per longum *a* pronunciabant, ita vt *u* nullum audiretur. *Auguſtus*, ſemper vt *Aguſtus*.

707. 4. f. διὰ πολλȣ̃ (in ſingul.) ſcil. χρόνȣ. admodum diu.

10. ἐπιτάκτων, in ſubſidiis, in poſtrema acie locatorum. ſic dedi de meo pro vulg. ἐπιλέκτων.

12. ὑπεκκλίναντες de meo dedi, pro vulg. ἐπεκκλ.

709. 6. ἔτι item pro vulg. ἐπὶ.

710. pen. neſcio an nuſquam locorum ſimplex voc. δειλίασις reperiatur. videtur ἀποδειλ. compoſitum vſitatius eſſe.

712. 2. num καθάπερ τὴν Καμίλλȣ ἐν τοῖς Κ. π.

4 δύσελπις de meo dedi, pro vulgari δυσέλπιστος. illud actiuum eſt, qui male et aegre ſperat, id quod ſententiae conuenit, hoc paſſiuum, de quo male ſperatur, deſperatur. id quod a ſententia abhorret.

9. κοινοῖς poſſit ferri. ad complorandum et lamentandum communiter clades publicas. Suſpicatus tamen aliquando ſum de κενοῖς vanis, irritis, infructuoſis.

714. 10. τῷ τρόπῳ] vncis incluſi articulum, vt delendum. praeceſſit enim verſu 8.

antep. ἀθλητικὰ σώματα] ſubaudi ποιεῖ, vel εἴωθε ποιεῖν, vel κατατρίβεται αὐτὰ περὶ ἑαυτοῖς. ſuffeci meo arbitratu nominatiuum, pro vulgari ἀθλητικȣ̃ σώματος.

pen. forte καὶ κατακόρȣ. plus quam par eſt ſaturata. h. e. in nimium adaucta. Saturatus, ni fallor, vt de coloribus vſurpatur, ita de re quaque, quam augere atque intendere licet, nil impedit quo minus dicatur.

715. 3. συνηθείᾳ] ſic Aldina prima dedit. In Iuntina eſt συνυθείᾳ. vtrumque vitioſe. vera lectio non vult nunc ſtatim mihi ſuccurrere meditanti.

715. 5. ὑπεσείετο de meo dedi, pro vulgari ἀπεσ. conuellebatur, labefactabatur, concutiebatur. ἀποσείεσθαι onus abiicere, amoliri, hinc alienum est.

717. vlt. vulgata possit idem dicere videri, atque ἀνδραγαθίας καὶ πράξεις ἐπιφανεῖς. suspicor tamen post πράξεις deesse aliquod epithetum, e. c. μεγάλας. vt p. 726. antepen.

719. 3. ἐφ' ἡγεμονίᾳ, in datiuo, quo dux, praeses oppidi esset, als Commendant, de meo dedi, pro vulgari ἐφ' ἡγεμονίας.

6. post τῶν ἡμερῶν deesse videtur ἀσυνουσίαστοι αὐτοῖς. per primos quidem dies, qnibus frater Tarenti agebat, soror ei soli vacabat, nullis eius cum Bruttio congressibus, solo tum cubante, seorsim sine amica; quippe quae nulla dubitaret, de suis cum Bruttio furtiuis amoribus fratri nil constare.

8. καὶ μὴν] atqui. reuocaui hoc e Iuntina et Aldina, pro vulg. καὶ μὲν. ἐκεῖ] ibi, in castris Romanis, vnde aufugi.

vlt. f. τοσοῦτον ἔσχε πίστεως. tantam fidem inuenit apud Bruttium.

720. 7. τῶν Βρεττίων] aut τῶν Ταραντίνων est leg. aut τῶν ἐν Τάραντι Βρεττίων.

antep. malim περιστρατοπεδεύσαντας.

vlt. designat illos milites, qui ob rem ad Cannas male gestam a senatu Rom. infamia notati et in Siciliam missi, deinde vero a Marcello rursus illinc in Italiam reportati fuerant. Res nota e Liuio.

721. 1. ἀπολλυμένους] subaudi ἄν. perituros, si pereant.

9. τοῖς προσβάλλουσι redit ad solum ἐνδώσειν. Nam παρήσειν non fert datiuum, sed postulat accusatiuum τοὺς προσβάλλοντας. id quod etiam mallem hic legi.

722. 5. καὶ] malim καίτοι ταύτης —

16. Marcellus enim Siculis deos reliquerat, nihilque simulacrorum illinc mouerat, templa nulla violauerat.

723. 5. f. ἰδίᾳ δὲ τότε πρῶτον. priuatim autem ad amicos tum primum libere coepisse profiteri, quod adhuc dissimulasset.

9. f. ἀγαθὸς ἀγαθῷ ἐπαγωνιζ. strenuus athleta aduersus alium, non minus strenuum athletam, Hannibalem puta.

727. 5. malim πᾶν δέους (in genitiuo) nullam non formidinem.

11. ἀνελόντος e Iunt. et Aldina reuocaui, pro vulgari ἀνελθόντος.

728. 7. ἤγειρε] ab ἀγείρειν corrogare, mendici ad modum, ostiatim eundo. quod tironibus dictum esto. nam doctiores his nil indigent.

729. 8.

729. 8. ἐπεὶ δὲ] apodoſis ſententiae hic coeptae eſt in verbis ὕτω προσέκρυσε p. 730.

730. 11. θεῦση τὸν] ſic de meo dedi, praepoſitionem παρὰ omittens, quae in vulgatis intergeſta cernitur.

732. 1. προσεπαρκῦντος de meo dedi, pro vulgari προσαρκύντων, redit ille genitiuus ſingularis ſiue ad ἑκάςυ praemiſſum, ſiue ad inſequens δήμυ. quam poſteriorem rationem priori ſi praeſers, ad πατέρα ſubaudiendum erit ἑαυτῦ. E Iuntina reuocaui θάπ͡οντος (in genit. ſing.) Ex Aldina manauit in reliquas vulgares θάπ͡οντες.

733. 3. num ἢ ἀνακ͡ήσασθαι ἐκ πολέμων. recuperare, releuare, recreare e bellis. φυλάξαι (in actiuo) de meo dedi, pro vulgari φυλάξασθαι. ſubaudi σῶαν ἐν πολέμοις.

8. f. ἐῤῥωμένῳ καὶ βεβηκότι.

9. τὴν πόλιν] accuſatiuus hic non eſt copulandus cum ἀντιλαμβανόμενος, quod verbum genitiuum ſibi adſciſcit, ſed cum ὐκ εἴασεν ἐκχυθῆναι.

vlt. ἰσχυρὸν τὴν γνώμην] id eſt κατὰ τὴν γνώμην. Sic de meo dedi, pro vulgari ἰσχυρόν τινα γνώμην.

735. 16. καὶ θάρσος ἀφαιρεῖται] Sic reſtitui e Iuntina et Aldina. vulgatae etiam hic θράσος inculcant, perperam. nam vt initio verſus bene conuenit hoc vocabulum, ita huic loco peſſime. θράσος eſt audacia, temeritas furioſa. θάρσος fiducia cum ratione bene ſperans. illud eſt vitium, haec virtus.

vlt. τῦ] imo vero τῆς Περικλέυς. redit enim ad πολιτείας.

736. 6. f. τὸν Περικλέυς πρὸς Κίμωνα. ob inſequens ὑπ' αὐτῦ. quod ab incauto lectore ad Fabium referri poſſit, niſi ab expreſſo Periclis nomine rectam in viam reuocetur.

12. f. μετεκοσμῦντο.

737. 1. malim τύτων. ſcil. captiuorum redimendorum.

2. ἓξ τάλαντα] videtur ἀπώλεσε aut ἀπέβαλλε deeſſe.

10. ἀλλ' ὁ μόνος] ſic de meo dedi, pro vulgari ἀλλ' ἢ μόνος.

EX OFFICINA SAALBACHIA.